



Toronto University Library

Presented by


The Right Reverend The Lord Bishop of Southwell


through the Committee formed in

The Old Country

to aid in replacing the loss caused by

The disastrous Fire of February the 14th 1890





Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

LGr
H562C.2

DEPARTMENTAL LIBRARY.

HERODOTI MUSAE

TEXTUM AD GAISFORDII EDITIONEM RECOGNOVIT,
PERPETUA TUM

FR. CREUZERI

TUM SUA ANNOTATIONE INSTRUXIT, COMMENTATIONEM DE
VITA ET SCRIPTIS HERODOTI, TABULAS GEOGRAPHICAS
INDICESQUE

A D I E C I T

IO. CHRIST. FEL. BAEHR.

5281
1811

VOLUMEN QUARTUM.

L I P S I A E

I N B I B L I O P O L I O H A H N I A N O .

clbccccxxv.

L O N D I N I

A P U D B L A C K , Y O U N G & Y O U N G .



HERODOTUS

F. R. G. R. U. N. H. I.

18347
27/1/91

b

HERODOTUS
L. O. D. I. V. I.
L. O. D. I. V. I.
L. O. D. I. V. I.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΟΗ.

ΟΥΡΑΝΙΑ.

1 ΟΙ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέν-
τες, ἦσαν οἶδε. Ἀθηναῖοι μὲν, νέας παρεχόμενοι 5 619
ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν· ὑπὸ δὲ ἀρετῆς τε καὶ
προθυμίας Πλαταιέες, ἄπειροι τῆς ναυτικῆς εἶοντες,

Exponuntur
deinceps rex
mari gestae.
Qui Graeciae
populi classem
instruxerint.

Cap. I.

Οἱ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυ-
τικὸν στρατὸν ταχθέντες, ἦσαν
οἶδε] De locutione ταχθέντες
ἐς τὸν ν. στρατὸν conf. alla-
ta ad VII, 21. ἦσαν pro ἕσαν
dedi cum Gaisfordio. Quod
idem feci VIII, 2. 5. 6. 10.
18. 24. 37. 46. 47. 69. 72.
86. 87. 93. 99. 107. 110. 111.
113. 129. Cf. Censor Ienens.
1828 nr. 186 p. 48. Ad argu-
mentum loci haec adscripsit
Schweigh.: „Referuntur haec
ad ea, quae VII, 202 dicta
sunt: ἦσαν δὲ οἶδε Ἑλλήνων
οἱ ὑπομένοντες τὸν Πέρσην
ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ: nempe
ad Thermopylas. Scilicet haud
ita procul a Thermopylis ab-
erat Artemisium: (VII, 175
extr.) ad Thermopylas copiae
Graecorum pedestres opposi-
tae sunt Xerxi; ad Artemi-
sium, copiae navales. Iam
HERODOT. IV.

postquam, quae ad Thermopy-
las acciderunt, exposuit scrip-
tor, nunc pergat ad exponen-
das res ad Artemisium gestas.“
Ἀθηναῖοι μὲν, νέας πα-
ρεχόμενοι ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ
ἑκατὸν] Ita cum Schweigh.,
Gaisf. et Bekk. e Sancrofti li-
bro alioque rescripsi, quae vul-
go sic legebantur inverso ordi-
ne: ἑκατὸν καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτὰ.
Conf. Matthiae Gramm. Graec.
§. 140 pag. 264, qui idem in
textu vulgarem retinuit ordi-
nem. Quod vero *centum viginti
septem* ab Atticis exhibitas esse
naves scribit Herodotus, vix dis-
sentit Diodorus XV, 78, qui *du-
centas* ponit, itemque Cornelius
Nepos Themistocl. 3, ubi vid.
Namque ipse Noster VIII, 14
coll. Diodor. XI, 13 *quinqua-
ginta tres* naves scribit auxilio
venisse Atticas, quarum inde
summa fit *centum octoginta*, ut
legimus VIII, 44. Quibus si ad-

2 συνεπλήρουν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας. Κορίνθιοι
δὲ τεσσαράκοντα νέας παρείχοντο· Μεγαρέες δὲ, εἰκοσι· 10

das viginti Chalcidensium na-
ves, ducentarum prodibit nu-
merus, quem eundem proferri
invenimus VIII, 61 fin. Itaque
trecentarum navium si classis to-
ta erat, ut canit Aeschylus Pers.
339, (345 Blomf.) duas certe
partes Athenienses soli prae-
buisse putandi sunt. In uni-
versum navium multitudine re-
liquis antecessisse Athenienses
scribit Plutarch. Themistocl. 7
p. 115. Tu conf. quoque Dahl-
mann. Herodot. pag. 219.

συνεπλήρουν τοῖσι Ἀθηναί-
οισι τὰς νέας] i. e. una cum
Atheniensibus naves militibus in-
struxerunt. Namque πληροῦν
et πλήρωμα, quae verba sae-
pius quidem de nautis ac remigi-
bus (qui igitur alii sunt atque
οἱ ἐπιβάται propugnatores, mi-
lites classiarū, ut vidimus ad
VII, 96) intelliguntur, ad utros-
que etiam subinde referri so-
lent, ita ut h. l. συνεπλήρουν
de propugnatoribus aequae ac
de remigibus intellexerim,
quemadmodum VIII, 43. 45
πλήρωμα de ipsis navibus unā
cum hominibus, quibus instru-
ctae sunt. Cf. Lexic. Poly-
bian. s. v. [pag. 482], quod
laudat Schweighaeuserus recte
monens, Plataeenses, licet ma-
ri adsueti non fuerint, haud
aegre tamen eorum nonnullos,
quaque in Attica nave remigi-
bus Atticis mixtos, utilem hac
etiam in parte operam praesta-
re potuisse. Memorant Platae-

enses Atheniensibus in certa-
mine navali operam praestantes
Demosthenes c. Neaer. p. 740
[p. 1377 seqq. R.] et Pausa-
nias IX, 1 §. 2, quos affert
Valckenaer.

Κορίνθιοι δὲ τεσσαράκοντα
νέας παρείχοντο] Intelligi hinc
potest, Corinthios ceteris Grae-
cis, si ab unis Atheniensibus
discedas subito ad tantam re-
rum navalium copiam evectis,
cum paucis ante annis ab ipsis
Corinthiis naves mutuari coacti
essent, teste Herodoto VI, 89
coll. Thucydid. I, 41, praestit-
tisse re navali. Corinthios pro-
xime excipiunt Aeginetae, quos
mature inter Graecos re navali
eminuisse constat. Megarenses
et Chalcidenses, quibus Athe-
nienses naves praebuere, vix in
censum venire possunt. Quo
magis mireris Lacones, princi-
patum Graeciae tunc temporis
obtinentes, decem modo naves
complevisse, ac sedecim navi-
bus ad Salaminem pugnasse
(VIII, 43). Ad paupertatem
civitatis Spartanae, opibus ad
naves extruendas necessariis de-
stitutae, referas licet cum G. We-
ber. (De Gytheo et Lacedae-
moniorum rebb. navall. Heidel-
berg. 1833 pag. 48) aut potius
ad Spartanorum ingenium, quos
a bellis maritimis abhorren-
tes omnem ad bella terrestria
convertisse curam novimus. Sed
Attici oratores hinc maxime
Laconibus decem istas obiece-

καὶ Χαλκιδίαιες ἐπλήρουν εἴκοσι, Ἀθηναίων σφι παρεχόντων τὰς νέας· Αἰγινῆται δὲ, ὀκτωκαίδεκα· Σικωνῶνιοι δὲ, δυνάδεκα· Λακεδαιμόνιοι δὲ, δέκα· Ἐπιδαύριοι δὲ, ὀκτώ· Ἐρετριέες δὲ, ἐπτά· Τροιζήνιοι δὲ, πέντε· Στυριέες δὲ, δύο· καὶ Κεῖοι, δύο 620
 τε νέας, καὶ πεντηκοντέρους δύο· Λοκροὶ δὲ σφι οἱ 15
 Ὀπούντιοι ἐπεβώθειον, πεντηκοντέρους ἔχοντες ἐπτά.

- 2 Ἴσαν μὲν ὧν οὗτοι οἱ στρατευόμενοι ἐπ' Ἀρτεμίσιον· εἴρηται δὲ μοι καὶ ὡς τὸ πλῆθος ἕκαστοι 20
 2τῶν νεῶν παρέχοντο. ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθει-
 σέων νεῶν ἐπ' Ἀρτεμίσιον ἦν, πάρεξ τῶν πεντηκον-

Numerus navium ad Artemisium collectarum. Summus earum praefectus, Eurybiades Spartiata.

runt naves, eoque simul Atheniensium studia extulerunt. Monuit Valckenaer. laudans Isocrat. in Panathen. pag. 242 seq. [cap. 16 seq.]

Ἀθηναίων σφι παρεχόντων] Ita e Florentino dedi cum recentt. edd. pro παρεχόντων σφι, quod tuetur Matthiae, qui idem cum Bekkero mox tenet δυοκαίδεκα, quod equidem cum aliis e duobus codd. mutavi in δυνάδεκα. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 140 pag. 264.

Στυριέες δὲ] Male duo codd. Στυριέες. Intelliguntur incolae Styrae, quae fuit Euboeae urbs prope Carystum, Homero iam cognita Il. II, 539, aliis, quorum locos dabunt Wasse, Duker. et Poppo ad Thucydid. I, 2 pag. 269 ed. Poppo. Et conf. ipsum Herodotum VIII, 46. Mannert. Geogr. d. Gr. u. Röm. VIII. p. 264. Ipsa urbs Malia-co bello eversa dicitur. Nunc loco nomen Stura s. Asturi.

καὶ Κεῖοι] Plures codd. Κῆοι; quam lectionem, haud infrequentem illam quidem; e

mala scribendi ratione ortam esse bene monet Bröndsted Itiner. I p. 102 coll. p. 73 omnium copiosissime de Ceo insula, eiusque historia, antiquitatibus, aliis tractans. Ipsa civitas, quae nunc Zea vocatur, olim vocabatur Κέος; Ceos (Herod. VIII, 76); cives Κεῖοι sive Κήιοι Herod. IV, 35. V, 102. VIII, 46. Thucydid. VII, 57.

Λοκροὶ δὲ σφι οἱ Ὀπούντιοι ἐπεβώθειον] In Florentino aliisque: ἐπεβώθειον, ad vulgarem dicendi usum, cui h. l. praestat Ionum forma, quam etiam agnovit Hesychius I p. 783. βώθειοντες· βοηθοῦντες itemque Abydenus apud Euseb. Praep. Evang. IX, 14 pag. 416. Ex Herodoto confer sis VIII, 14. 45. 47. 72. 144. IX, 23 et quae eodem spectant: ἐβώσθησαν VI, 131. βεβωμένα III, 39 alia, quae ad I, 10 protulimus.

Cap. II.

ἐπ' Ἀρτεμίσιον] Conf. VII, 176. In proximis retinui librorum vetustorum lectionem ὡς

τέρων, μία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διηκόσια. Τὸν δὲ στρατηγὸν τὸν τὸ μέγιστον κράτος ἔχοντα, παρ-
 3 ρείχοντο Σπαρτιῆται, Εὐρυβιάδεα τὸν Εὐρυκλείδεω.
 οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν „ἦν μὴ ὁ Λάκων ἡγε-
 „μονεύῃ, Ἀθηναίοισι ἔψεσθαι ἡγεομένοισι, ἀλλὰ λύ-
 3 „σειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι στράτευμα.“ Ἐγένετο γὰρ
 κατ' ἀρχᾶς λόγος, πρὶν ἢ καὶ ἐς Σικελίην πέμπειν
 ἐπὶ συμμαχίην, ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὸν
 2 εἶη ἐπιτρέπειν. ἀντιβάντων δὲ τῶν συμμάχων,
 εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι, μέγα πεποιημένοι περιεῖναι τὴν 30
 Ἑλλάδα, καὶ γνόντες, εἰ στασιάσουσι περὶ τῆς ἡγε-
 μονίης, ὡς ἀπολέεται ἢ Ἑλλάς· ὀρθὰ νοεῦντες.

Atheniensium
 prudentia impe-
 rium maritimum
 Spartanis in hoc
 temporis articulo
 concedentium.

τὸ πλῆθος *κ. τ. λ.* (i. e. *quomodo*), a Schaefero, quem Borheck. et Schultz. secuti sunt, sic immutatam: ὅσον τι πλῆθος, cuius loco olim Reiskio reponere placuerat ὅσον τὸ πλῆθος. Tu conf. etiam VII, 60. Ad vocem πάρεξ conf. nott. ad III, 97 fin.

μία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διηκόσια] Ita cum recentt. dedi e duobus codd. pro vulg. διηκόσια καὶ ἑβδομήκοντα καὶ μία. Conf. Matthiae I, supra I.

Cap. III.

Ἐγένετο γὰρ κατ' ἀρχᾶς λόγος] Miratur G. Weber. (De Gytheo p. 48), quod Lacedaemonii totius Graecae classis tenuerint imperium idque eo refert, quod illi tum maxima fruebantur auctoritate neque ulla civitas cum iis de imperio contendere ausa est. Addit, Atheniensibus, qui nuper demum Themistoclis operâ classe instructi ceteris civitatibus pares viderentur, earum ipsarum in-

vidiam hanc concedere noluisse praestantiam; neque enim Spartanos maritimum imperium studiose quaesivisse, qui non tam aegre laturo fuissent, si Athenienses classi imperassent. Quod mihi haud persuasit iuvenis sollertissimus; novi enim Spartanorum studia, qui principatum in omnes Graecas civitates sibi eripi nunquam aeque tulissent animo neque imperium civitati paulo antea inferiori, nunc subito ad tantas opes evectae sponte concessissent. — In seqq. cum Gaisf. dedi e Sancrofti libro χρεὸν pro χρεῶν, quod retinuerunt Matthiae et Bekker. Vid. nott. ad V, 49. Idem feci VIII, 74. 75. 79. IX, 16. 17. 25. 25. 26. 41. 46. 53. 54. 58. 106.

εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι *κ. τ. λ.*] Quae h. l. in Atheniensium laudem edixit pater historiae, bene congruunt cum iis, quae VII, 139 leguntur, ubi vid. nott. Add. VI, 103 ibiq. nott.

3 Στάσις γὰρ ἔμφυλος πολέμου ὁμοφρονέοντος τοσού-
 τω κἀκίον ἔστι, ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης. Ἐπιστάμε-
 νοι ὦν αὐτὸ τοῦτο, οὐκ ἀντέτεινον, ἀλλ' εἶκον³⁵
 4 μέχρι ὅσου κάρτα ἐδέοντο αὐτῶν, ὡς διέδεξαν. ὡς
 γὰρ δὴ ὠσάμενοι τὸν Πέρσεια περὶ τῆς ἐκείνου ἦδη
 τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο, πρόφασιν τὴν Πανσανίω
 ὕβριν προῖσχύμενοι, ἀπέιλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς
 Λακεδαιμονίους. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο. 40

Στάσις γὰρ ἔμφυλος πολέ-
 μου κ. τ. λ.] „Excitat hinc
 Choricus Orat. in Summum
 Duce[m] cp. 11 Bibl. Graec. Fa-
 bric. V, 31 [T. VIII] pag. 869
 ὅσῳ γὰρ εἰρήνη, φησὶν Hero-
 dotus, πραοτέρα πολέμου, το-
 σούτῳ πόλεμος ἔφν στάσεως
 ἱμερώτερος. Quanto, inquit ille,
 pax bello sedatior, tanto bellum
 seditione amabilius. Nonne me-
 ra sententiae παραδιόρθωσις
 est?“ Wesscl. Sententia He-
 rodoti haec est: seditionem do-
 mesticam (s. bellum inter di-
 versas Graeci nominis gentes
 ortum) tanto peiorem esse bel-
 lo, quod ex omnium (Graeco-
 rum) consensu (adversus exte-
 ros) geratur, quanto peior sit
 ipsa pax bello.

μέχρι ὅσου κάρτα ἐδέοντο
 αὐτῶν] i. e. Athenienses cesse-
 runt, quamdiu illis (reliquis scil.
 Graeciae civitatibus) magnopere
 indigebant. Retinui μέχρι ὅσου,
 quod optimi et plurimi fere-
 bant libri. Alii μέχρι s. μέχρις
 οὗ. Tu cf. I, 181. Ad verba
 proxima ὡς διέδεξαν cf. nott.
 ad VII, 172 et de forma accu-
 sativi Πέρσεια, cuius loco Flo-
 rentinus cum duobus aliis Πέρ-

σην, Matth. Gr. Gr. §. 91 p.
 195.

περὶ τῆς ἐκείνου] Minime
 opus cum Galeo corrigere περὶ
 γῆς ἐκείνου, quandoquidem
 vocula γῆ in talibus plerumque
 reticetur, ut VIII, 41. 106; ne
 plura afferam in re sanequam
 notissima. Intelligitur autem ἡ
 ἐκείνου terra Xerxi subdita, in-
 primis Asia minor.

πρόφασιν τὴν Πανσα-
 νίω ὕβριν προῖσχύμε-
 νοι] „Satis erat dixisse τὴν
 Πανσανίω ὕβριν προῖσχύμε-
 νοι, ut hoc illudve praetexere
 dicitur προσέχσθαι τι: sed scri-
 bere Noster maluit πρόφασιν
 προσχέσθαι, ut IV, 165 [ubi
 vid. nott.] VI, 137.“ Valcken.

ἀπέιλοντο τὴν ἡγεμονίην
 τοὺς Λακεδαιμονίους] De struc-
 ctura vocis ἀφαιρῆσθαι Val-
 cken aet. citans VI, 70 (ubi
 conf. nott.) et Thom. Magist.
 s. v. p. 130, haec ad ipsum ar-
 gumentum loci adscripsit:
 „Evenit illa res triennio post,
 Ol. LXXV, 4. Athenienses tum
 temporis dicuntur Thucydidi
 I, 96 παραλαβόντες τὴν ἡγε-
 μονίαν ἐκόντων τῶν ξυμμά-
 χων διὰ τὸ Πανσανίου μῖσος.

4

Τότε δὲ οὗτοι οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίον Ἑλλήνων ἀπικόμενοι, ὡς εἶδον νέας τε πολλὰς καταχθείσας ἐς τὰς Ἀφέτας, καὶ στρατιῆς ἅπαντα πλέα, ἐπεὶ αὐτοῖσι παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον, καταθύρωσάντες, δρησμὸν ἐβούλευον ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου ἔσω ἐς 45 2 τὴν Ἑλλάδα. γρόντες δὲ σφεας οἱ Εὐβοέες ταῦτα βουλευομένους, ἐδέοντο Εὐρυβιάδεω προσμεῖναι χρό-

Graecis de fuga capessenda deliberantibus, Euborenses Themistocli, classis Atheniensium praefecto, amplissimis moribus dandis persuadent, ut caeteros ad proelium ante Euboeam pugnantem permoveat.

Spartani quidem Pausaniae, *Περσίζοντος*, superbia socios irritavit; sed ad imperium in Athenienses transferendum caeteros Graecos aequitas potissimum movit Aristidis: Cornel. Nepos in *Aristid.* c. 2 vid. et *Diodor.* XI, 44, qui cap. 46 utrumque memorat; et *Pausaniae vitia*, *Aristidis autem virtutes fecisse* scribit, πάντας ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς ὁμῆς ἀποκλῖναι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους atque adeo Athenienses χωρὶς κινδύνου παραλαβεῖν τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχήν. Quam acceperunt oblatam, τὴν ἡγεμονίην Athenienses apud Herodotum, ἀπέλλοντο τοὺς Λακεδαιμονίους: suâ nimirum virtute virorumque principum artibus non illegitimis.“

Cap. IV.

οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίον] Pro καὶ, quod equidem cum recentt. edd. revocavi e libris scriptis, Schaeferus posuerat ὡς. Sine causa, opinor. — Ad verbum καταχθείσας conf. nott. ad VII, 59 et ad Ἀφέτας VII, 193 ibique allata.

τὰ πρήγματα — ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον] Eadem fere locutio I, 79 ubi vid.

δρησμὸν ἐβούλευον] Vulgo ἐβουλεύοντο, quod Schaefer., Matth. et Bekker. retinuerunt. Schweighaeuser. et Gaisf. revocarunt duorum codd. lectionem ἐβούλευον, quod omnes praebent libri VIII, 97. 100. IX, 110. coll. I, 11. V, 124. VIII, 18 fin., ubi eadem scripturae diversitas. Nam ibi quoque Schweigh. et Gaisf. cum Wesselingio retinuerunt ἐβούλευον, cuius loco Schaeferus ἐβουλεύοντο, quod et ipsum praebet Florentinus liber cum aliis. Nostro in loco nihil obstat, quod mox sequitur βουλευομένους, quum Herodotus, ut observat Schweigh., ita orationem variare soleat; v. c. V, 124. Equidem δρησμὸν ἐβούλευον reddiderim: cogitabant de discessu, agitabant consilia de discessu; et βουλευομένους ταῦτα: haec secum deliberantes, haec consilia agitantibus s. secum animis volventes, ut et activi et medii verbi eluceat vis ac discrimen. Hinc recte medium ponitur VII, 207. VIII, 7. 30.

νον ὀλίγον, ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας
 3 ὑπεκθέωνται. ὡς δ' οὐκ ἔπειθον, μεταβάντες τὸν
 Ἀθηναίων στρατηγὸν πείθουσι Θεμιστοκλέα ἐπὶ
 μισθῷ τριήκοντα τάλαντοισι, ἐπ' ᾧ τε καταμείναν-
 τες πρὸ τῆς Εὐβοίης ποιήσονται τὴν ναυμαχίην.

5 Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς τοὺς Ἕλληνας ἐπισχεῖν ᾧδε
 ποιέει. Εὐρουβιάδῃ τούτων τῶν χρημάτων μεταδι-
 δοῖ πέντε τάλαντα, ὡς παρ' ἑαυτοῦ δῆθεν διδούς.
 2 ὡς δὲ οἱ οὗτος ἀνεπέπειστο, Ἀδείμαντος γὰρ ὁ

Id quomodo The-
 mistocles elie-
 ctum dederit.

ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ
 τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέωνται] De
 verbo ὑπεκτίθεσθαι conf. nott.
 ad V, 65 et add. VIII, 41. Nec
 alio pertinet verbum ὑπεκκο-
 μίζεσθαι IX, 6 et ὑπεκκείσθαι
 VIII, 60 §. 2. Similia quae-
 dam verba excitavi ad IV, 120.
 οἰκέτας non servos tantum dici
 ac mancipia, verum omnes, qui
 ad familiam domumve perti-
 neant, ipsamque adeo uxorem
 et liberos, e Thomae Mag. ob-
 servatione p. 644 hic tradit
 Wesselingius. Tu vid. potissim-
 um VIII, 106, ubi τοὺς οἰκέ-
 τας ipse postmodo interpreta-
 tur τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα,
 ut VIII, 60 §. 2 coll. VIII, 44.
 142. 144.

μεταβάντες τὸν Ἀθηναίων
 στρατηγὸν κ. τ. λ.] Eadem fer-
 me enarrat Plutarch. The-
 mistocl. 7 pag. 115, Euboeen-
 ses timentes, ne Graeci disce-
 derent, clam cum Themistocle
 egisse, misso cum pecuniis ad
 ipsum Pelagonte, aliaque adii-
 cit e Phania Lesbio desumpta.
 Add. Aristid. schol. ad T. III,
 p. 313 pag. 233 Frommel., ubi
 eadem produntur. Dispicue-

runt autem Herodotea, cum
 Graecis principibus non valde
 sint honorifica, Pseudo-Plutar-
 cho (T. II pag. 867 B.); de
 quo ita disserit Valckenaer.:
 Si vera sunt, ut esse videntur,
 veracis historici laudem mere-
 tur Herodotus: verisimillima
 reddit aliunde nota viri maximi
 Themistoclis avaritia, quae
 summa saepius ingenia dedeco-
 rat.“ — Ad locutionem ἐπὶ
 μισθῷ conf. V, 65, ubi etiam
 locutionem ἐπ' ᾧ τε attigi. De
 dativo τριήκοντα τάλαντοισι cf.
 Matth. Gr. Gr. §. 428, 5
 pag. 794.

Cap. V.

μεταδιδοῖ πέντε τάλαντα]
 De accusativo hoc Cr. conferri
 vult Schaefer. Melett. critt. p.
 21. Tu vid. Matth. Gr. Gr. §.
 528, 3 not. pag. 634, qui idem
 §. 588 in. pag. 1172 de locu-
 tione παρ' ἑαυτοῦ (ubi male
 olim παρ' ἑαυτῷ) consulendus.
 Add. Herod. II, 129. VII, 29.
 Ad usum voculae δῆθεν conf.
 citt. ad III, 74. Adde mox
 VIII, 6.

ὡς δὲ οἱ οὗτος ἀνεπέπει-
 στο κ. τ. λ.] Deest ad haec

Ὀξύτου, Κορίνθιος στρατηγός, τῶν λοιπῶν ἤσπαι-
 ρε μῶνος, φάμενος ἀποπλώσεσθαι τε ἀπὸ τοῦ
 Ἀρτεμιδίου καὶ οὐ παραμένειν, πρὸς δὴ τοῦτον 60
 3 εἶπε ὁ Θεμιστοκλῆς ἐπομόσας· „Οὐ σὺ γε ἡμίας
 „ἀπολείψεις, ἐπεὶ τοι ἐγὼ μέζω δῶρα δάσω ἢ βασι-
 „λεὺς ἂν τοι ὁ Μήδων πέμψει ἀπολιπόντι τοὺς
 „συνμάχους.“ ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ πέμπει
 4 ἐπὶ τὴν νέα τὴν Ἀδειμάντου τάλαντα ἀργυρίου τρία. 65
 Οὗτοί τε δὴ πληγέντες δώροισι, ἀναπεπεισμένοι

verba apodosis, quae, si quid
 video, a verbis proximi capitis:
 οὕτω δὴ κατέμεινάν τε κ. τ. λ.
 exordiri debet. Ubi enim Eu-
 rybiadi et post etiam Adimanto,
 qui solus renitebatur, persua-
 serat ille, tum demum Graeci
 in Euboea remanserunt. Ita-
 que reliqua verba pro inter-
 iectis habenda sunt per paren-
 thesin quasi, illata per particu-
 lam γὰρ, quae ita causam ac
 rationem indicans, haud raro
 interserta orationis iustum ac
 legitimum ordinem turbare so-
 let. Eadem prorsus ratio est
 loci VIII, 8 init. De ipso *Adi-*
manto conf. Pseudo-Plutarch.
 II p. 871 A. et *Analectt. vett.*
 poett. Graecc. I p. 133 nr. 41,
 ubi epitaphium eius legitur a
 Simonide conscriptum.

Κορίνθιος στρατηγός] Re-
 vocavi cum Schweigh. et Gaisf.
 Κορίνθιος e. codd. consensu,
 ut VIII, 94 init. Sine causa
 Schaefer., quem sequuntur
 Matth. et Bekker., Κορινθίων.
 Nec aliter Valla expressit. Ver-
 ba proxime sequentia τῶν λοι-
 πῶν in pluribus codd. desunt.

ἤσπαιρε] Alfert Suidas s. v.
 I pag. 81 itemque Eustath. ad

II. pag. 410, 34 s. 326, 4, ubi
 ἄσπαιρην interpretatur προ-
 θυμειῖσθαι. Et confer quoque
 Pseudo-Plut. II pag. 327 C.
 Schweighaeuserus cum Porto
 et Wesselingio interpretatur:
 prae metu palpitabat, trepidabat.
 Equidem malim cum Valla et
 Valckenaerio: reluctabatur, ob-
 luctabatur, ut IX, 119. Aristid.
 I p. 356 s. 545 Dind. Probat
 Blomfield. in Glossar. ad Ae-
 schyl. Pers. 970, ubi vid. In
 quam sententiam etiam Negrus
 interpretatur ἦναντιοῦτο. In
 seqq. pro ἀποπλώσεσθαι Flo-
 rentinus aliique ἀπὸπλωσε-
 σθαι.

ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ
 πέμπει] De usu particularum
 τε — καὶ dixi ad III, 135.

Οὗτοί τε δὴ πληγέντες δώ-
 ροισι] Quod pro πληγέντες
 Florentinus cum quatuor aliis
 codd. habet πάντες, id ex li-
 brariorum, quibus vulgatum
 durius visum, ingenio derivat
 Wesselingius, comparans The-
 mistii locum Orat. II p. 26 A.,
 ubi legimus τάλαντοισι οὐκ
 ἔτρωσε οὐδ' ἔκαμψε. Magis
 huc facit Plutarch. Demosth.
 25 p. 857 D. π λ η γ ε ἰ ς ὑ π ὸ

ἦσαν, καὶ τοῖσι Εὐβοέεσι ἐκεχάριστο· αὐτὸς τε ὁ 622
 Θεμιστοκλέης ἐκέροδην. ἐλάνθανε δὲ τὰ λοιπὰ ἔχων·
 ἀλλ' ἠπιστέατο οἱ μεταλαβόντες τούτων τῶν χρημά-
 των ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἐλθεῖν ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ
 τὰ χρήματα. 70

6 Οὕτω δὴ κατέμεινάν τε ἐν τῇ Εὐβοίῃ, καὶ ἐναν-
 μάχησαν. ἐγένετο δὲ ὧδε. Ἐπεὶ τε δὴ ἐς τὰς Ἀφέ-
 τας περὶ δειλίην πρωΐην γινομένην ἀπίκατο οἱ βάρ-
 βαροι, πυθόμενοι μὲν ἔτι καὶ πρότερον περὶ τὸ Ἀρ-
 τεμίσιον ναυλοχέειν νέας Ἑλληνίδας ὀλίγας, τότε δὲ
 αὐτοὶ ἰδόντες, πρόσθυμοι ἦσαν ἐπιχειρέειν, εἰ κως 75
 2 ἔλοιεν αὐτάς. ἐκ μὲν δὴ τῆς ἀντίης προσπλώειν
 οὐ κω σφι ἰδόκεε τῶνδε εἴνεκα, μὴ κως ἰδόντες οἱ
 Ἕλληνες προσπλώοντας, ἐς φυγὴν ὀρμήσειαν, φεύ-
 γοντάς τε εὐφρόνη καταλάβοι· καὶ ἔμελλον δῆθεν 80

τῆς δωροδοκίας, Cicer. 15 p. 868 B. πληγεῖς ὑπὸ τοῦ δεινοῦ. Nic. 10 p. 529 F. ἄχει καὶ θαύματι πεπληγότες aut Moral. T. II p. 74 E. πληγεῖς παρῳήσια coll. p. 763 B. — In seqq. pro Εὐβοέεσι, quam formam Graecam esse negat, rescribi vult Struve Spec. Quaest. II pag. 7 Εὐβοεῦσι. Secutus est Bekkerus. At scripti libri omnes quantum scio, vulgatam retinent.

ἐλάνθανε δὲ — ἔχων] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 552 β. pag. 1082, qui idem §. 204, 7 b. pag. 378 de forma ἠπιστέατο, quae etiam exstat VIII, 25 consulendus. — Quae sequuntur ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ valent: sub hac conditione. Cf. VII, 158. IX, 26. 33 coll. I, 60. Mox pro ἐκ τῶν Ἀθηναίων Bekker. dedit ἐκ τῶν Ἀθηναίων.

Cap. VI.

περὶ δειλίην πρωΐην] „Esse

horam pomeridianam, uno ore Hesychius, Suidas, Moeris, Grammatici omnes, profiterentur.“ Schweighaeuser. Et sic quoque accipi vult A. Schoell vernaculus interpres, tempus intelligens, quod proxime vesperam antecedit: mit der ersten Dämmerung. Mox e Florent. cod. cum recentt. dedi γινομένην pro γενομένην, quod retinuit Matthiae. — ἐκ τῆς ἀντίης, ubi mente addas licet ὁδοῦ vel simile quid, valet ex adverso. Sic VIII, 7 ἐξ ἐναντίης.

φεύγοντάς τε εὐφρόνη καταλάβοι] De vocula τε simpliciter posita, ut VIII, 10. 13. 20 conf. nott. ad VII, 188, ubi etiam de voce εὐφρόνη. Quae continuo sequuntur verba: καὶ ἔμελλον δῆθεν ἐκφεύξεσθαι, ea per parenthesis mihi posita videntur neque cum reliquis verbis coniuncta (in eo nimirum illi erant, ut fugā salutem peterent);

ἐκφρεύζεσθαι· ἴδει δὲ μηδὲ πυρφόρον, τῷ ἐκείνων λόγῳ, ἐκφυγόντα περιγενέσθαι. Πρὸς ταῦτα ὧν τάδε ἐμνησανέοντο. τῶν νεῶν ἀπασέων ἀποκρίναντες διηκοσίας, περιέπεμπον ἕξωθεν Σιαῖθου, ὡς ἂν μὴ ὀφθῆσσι ὑπὸ τῶν πολεμίων περιπλώουσαι Εὐβοίαν⁸⁵ κατὰ τε Καφηρέα καὶ περὶ Γεραιστὸν, ἐς τὸν Ἐύρι-

7 Naves CC a Persis praemissae, quae Euboeam circumvectae potitaeque Euripo, fugam Graecis intercluderent.

quare vix opus corrigere μέλωσι vel μέλλοιεν, quod Schweighaeusero in mentem venerat, qui haec ipsa minus accurate sic interpretatur: *ne — nox fugientes reciperet adeoque salvi illi evaderent.* Ubi nullam prorsus rationem habuit voculae δῆθεν, de qua cf. citt. ad cap. 5. — In Tauchnitz. edit. min. exstat: *κατὰ λάβῃ ἢ καὶ ἔμελλον κ. τ. λ.* ἴδει δὲ μηδὲ πυρφόρον — *ἐκφυγόντα περιγενέσθαι*] Proverbiali Noster utitur locutione de iis, qui ad unum omnes inter necione pereunt, ita ut ne unus quidem supersit, cladis nuntius qui sit, ut disertis verbis prodit Diodor. XI, 23, ubi vid. Wesseling. De ipso proverbio citant Suidam s. v. οὐδὲ πυρφόρος II p. 732. Zenob. Cent. V, 34. Diogen. VII, 15. Schol. ad Euripid. Phoeniss. 1386 pag. 141 Valck. Schol. ad Gregor. Nazianz. Stel. II p. 92. Ac πυρφόρος proprie dicebatur sive sacerdos sive minister ignifer, qui in Spartanorum expeditionibus facem exercitui praeferebat, sacrum ignem secum gestabat ipseque inde sacrosanctus habebatur. Qui inde si occubisset, omnes reliquos, ita ut ne nuntius qui-

dem calamitatis superesset, obisse dicebant. Vid. Xenoph. De republ. Laced. XIII §. 2. 3 coll. Sturz. Lex. Xenophont. III pag. 766. Scite proverbii vim vernacule sic reddidit Lange: „es sollte auch keine Maus davonkommen.“

Cap. VII.

ἕξωθεν Σιαῖθου] De hac insula vid. nott. ad VII, 176.

κατὰ τε Καφηρέα καὶ περὶ Γεραιστὸν] Sine iusta causa Schaeferus, quem Matth. et Bekk. secuti sunt, delevit περὶ, quod omnes codd. retinent. *Caphareus* dicebatur promontorium maxime importunum, ad quod olim fecerat naufragium Graecorum classis Troiâ revertens, in Euboeae meridionalis apice situm e regione Andri insulae. Nunc fertur loco nomen *ξυλοφάγον* (i. e. *ligna devorans*) vel *Capo d'Oro*. Non multum hinc distabat *Geraestus* et urbs et portus, cuius iam apud Homerum mentio Odys. III, 177. Tu vid. Thucydid. III, 3 ibiq. Wasse et Poppo T. I. 2 pag. 270. Adhuc vocatur *Geresto* s. *Castri*.

De Euripo conf. nott. ad VII, 173. — In fine cap. ante ἀριθμὸν quidam codd. offerunt τὸν, ut VII, 59.

πον· ἵνα δὴ περιλάβοιεν, οἱ μὲν, ταύτη ἀπικόμε-
νοι, καὶ φράξαντες αὐτῶν τὴν ὀπίσω φέρουσαν
2 ὁδὸν, σφεῖς δὲ, ἐπισπόμενοι ἕξ ἐναντίας. ταῦτα
βουλευσάμενοι ἀπέπεμπον τῶν νεῶν τὰς ταχθείσας, 90
αὐτοὶ οὐκ ἐν νόῳ ἔχοντες ταύτης τῆς ἡμέρας τοῖσι
Ἑλλησι ἐπιθήσεσθαι, οὐδὲ πρότερον ἢ τὸ σύνθημά
σφι ἔμελλε φανήσεσθαι παρὰ τῶν περιπλωόντων
3 ὡς ἡκόντων. ταύτας μὲν δὴ περιέπεμπον· τῶν δὲ
λοιπέων νεῶν ἐν τῆσι Ἀφείτησι ἐποιεῦντο ἀριθμὸν. 95
8 Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ οὗτοι ἀριθμὸν ἐποι-
εῦντο τῶν νεῶν, ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ
Σκυλλίης Σκιωναῖος, δύτης τῶν τότε ἀνθρώπων
ἄριστος· ὃς καὶ ἐν τῇ ναυηγίῃ τῇ κατὰ τὸ Πήλιον
γενομένην πολλὰ μὲν ἔσωσε τῶν χρημάτων τοῖσι Πέρ-
σῃσι, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς περιεβάλετο· οὗτος δ' 1
Σκυλλίης ἐν νόῳ μὲν εἶχε ἄρα καὶ πρότερον αὐτο-
μολήσειν ἐς τοὺς Ἑλληνας, ἀλλ' οὐ γὰρ οἱ παρέσχε,
2 ὡς τότε. ὅτερον μὲν δὴ τρώειν τὸ ἐνθεῦτεν ἦδη ἀπί-

Re per Scylliam
urinatorem
Graecorum du-
cibus prodita,

623

Cap. VIII.

ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ.
τ. λ.] oratio ἀνακόλουθος eo-
dem modo intelligenda, quo
VIII, 5 ubi vid.

Σκυλλίης Σκιωναῖος] *Scyl-
lias*, qui *Scione* urbe, cuius men-
tio VII, 122 oriundus erat, non
Sicyoniis, ut falso reddit Valla,
celeberrimus fuisse videtur uri-
nator, cuius etiam meminerunt
Pausan. X, 1981. Athen. VII
p. 296 F. Antholog. Gr. I, 69
Ep. 1; ubi vid. Jacobs, in Ani-
madverss. T. II, 1 (VIII) pag.
363 seq. Unde carmine illum
honoratum esse discimus et ta-
bula pictà repraesentatum, Del-
phisque illius statuam positam.
Vid. Polluc. VII, 137, qui etiam
vocem δύτης attingit, quo Noster
usus est, contra Grammatico-

rum, ut videtur, praecepta. —
Ad voces τῶν τότε ἀνθρώπων
conf., si tanti est, Matth. Gr. Gr.
§. 272 init. p. 557.

ὃς καὶ ἐν τῇ ναυηγίῃ τῇ κα-
τὰ τὸ Πήλιον γενομένην] Vid.
VII, 188 seqq. et ad verbum
περιεβάλετο conf. nott. ad III,
71. — In seqq. vocula ἄρα
pluribus postposita vocibus, ut
VI, 62. VII, 35. 130. VIII, 111.
136. IX, 108 coll. 58. 90.
Aeschyl. S. c. Th. 487. Hartung.
Lehre v. d. Gr. Part. I p. 446.

ἀλλ' οὐ γὰρ οἱ παρέσχε] i. e.
neque vero potuit, neque enim
ei talis obtigit occasio, qualis
tunc obtigerat). Itaque non
recipiendum, quod in uno cod.
invenitur: ἀλλ' οὐπω καιρὸς
παρέσχε. Tu vid. nott. ad III,
73 et ad VIII, 25. 100. 140.

κετο ἐς τοὺς Ἑλληνας, οὐκ ἔχω εἶπαι ἀτρεκέως·
 3 θωυμάζω δὲ εἰ τὰ λεγόμενά ἐστι ἀληθέα. λέγεται 5
 γὰρ ὡς ἐξ Ἀφετέων δὺς ἐς τὴν θάλασσαν, οὐ πρό-
 τερον ἀνέσχε πρὶν ἢ ἀπίκετο ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον,
 σταδίου μάλιστα κη τούτους ἐς ὀρθώκοντα διὰ τῆς
 4 θαλάσσης διεξελθών. λέγεται μὲν νυν καὶ ἄλλα
 ψευδέσι εἴκελα περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου· τὰ δὲ
 μετέξτερα, ἀληθέα. περὶ μέντοι τούτου γνώμη μοι 10
 5 ἀποδεδέχθω, πλοίω μιν ἀπικέσθαι ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον.
 ὡς δὲ ἀπίκετο, ἀντίκα ἐσήμηνε τοῖσι στρατηγοῖσι
 τὴν τε ναυγήρην, ὡς γένοιτο, καὶ τὰς περιπεμφθείσας
 9 τῶν νεῶν περὶ Εὐβοίαν. Τοῦτο δὲ ἀκούσαντες οἱ
 2 Ἑλληνες, λόγον σφίσι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν. πολλῶν δὲ 15

navibus illis ob-
 viam eundi con-

οὐκ ἔχω εἶπαι ἀτρεκέως] Tres libri εἶπεῖν, solempni confusione. Usus noster est hac formula crebrius in rebus incertis mirisve, a quibus prudentis suum assensum cohibet. Conf. IV, 25 ibique nott. 187. I. 160. II. 103. V. 9 ibique nott. Quo eodem spectant verba sequentia: θωυμάζω δὲ (ita enim scripsi pro θωυμάζω δὲ), εἰ τὰ λεγόμενά ἐστι ἀληθέα; nam iis declaratur veri studium, quo Noster emineat, in iis diiudicandis, quae a rerum natura abhorretere viderentur, simulque animus vulgi superstitionibus haud ita captus, ut rebus miris atque incredibilibus continuo fidem adderet. Conf. VII, 189. 133 ibiq. nott.

οὐ πρότερον ἀνέσχε] i. e. non prius se extulit aquā. Ad διεξελθών conf. nott. ad VII, 100. Octoginta stadia hic minora intelligi vult Larcherus, ita ut duo ferme milliaria Gallica (Lieues vocant) inde conficiantur.

γνώμη μοι ἀποδεδέχθω] De locutione conf. nott. ad I, 170. De Artemisio vid. VII, 175. 176. — In seqq. pro ἐσήμηνε tres codd. ἐσήμεινε, quod non spernendum videtur Schweighausero conferenti VIII, 21.

ὡς γένοιτο] Valcken. scribi vult ὅση ἐγένετο: quantum fuisset illud naufragium. „At, inquit Schwei gh., eandem fere in sententiam bene habet vulgatum: ὡς γένοιτο, quale fuerit naufragium, quo modo acciderit, quemque exitum habuerit: nempe haec ille Graecis omnia particulatim renunciavit.“ Namque Persicae classis naufragium quidem indicant speculatores, teste Herodoto VII, 192; iam advenit Scythias, singula accurate enarrans, quaecumque ad illud naufragium pertinebant, quaeque ipse omnium optinaverat, cum ipse cladi interfuisset.

Cap. IX.

λόγον σφίσι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν] i. e. secum deliberaverunt

λεχθέντων, ἐνίκα, τὴν ἡμέρην ἐκείνην αὐτοῦ μεί-
 ναντάς τε καὶ ἀνλισθέντας, μετέπειτα νύκτα μέσῃν
 παρέντας, πορεύεσθαι, καὶ ἀπαντῶν τῆσι περιπλω-
 3 ούσῃσι τῶν νηῶν. μετὰ δὲ τοῦτο, ὡς οὐδεὶς σφι 20
 ἐπέπλωε, δείλῃν ὄψιν γινομένην τῆς ἡμέρης φυλά-
 ξαντες, αὐτοὶ ἐπανέπλωον ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ἀπό-
 πειραν αὐτῶν ποιήσασθαι βουλόμενοι τῆς τε μάχης
 10 καὶ τοῦ διεκπλόου. Ὁρέοντες δὲ σφεας οἱ τε ἄλλοι
 στρατιῶται οἱ Ξέρξω καὶ οἱ στρατηγοὶ ἐπιπλώον-
 τας νησὶ ὀλίγησι, πάγχυ σφι μανίην ἐπενείκοντες, 25
 ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας, ἐλπίσαντές σφεας εὐπε-
 τέως αἰρήσειν· οἰκία κάρτα ἐλπίσαντες, τὰς μὲν
 γε τῶν Ἑλλήνων ὀρέοντες ὀλίγας νέας, τὰς δὲ ἔω-

silium capitur.
 Sed dum Graeci,
 relicto Artemi-
 sio, in altum
 provehuntur,

barbari et ipsi
 Aphetis solvant.

Graeci. Conf. III, 76, ne plu-
 ra. σφίσι cum recentt. dedi-
 mus e Florentino aliisque pro
 vulg. σφι. — Ad verbum ἐνίκα
 suppl. ἡ γνώμη. Conf. VII,
 175 ibiq. allata.

αὐτοῦ μείναντάς τε καὶ ἀν-
 λισθέντας] „in statione manen-
 tes cum navibus“ interpretatur
 Schweigh. si quidem verbum
 ἀνλίζεσθαι, quod commorandi
 significatione invenitur quoque
 IX, 37. 93 coll. III, 110, h. l.
 tantum videtur adiectum eo
 consilio, ut vim maiorem quan-
 dam addat. — Quae sequun-
 tur: νύκτα μέσῃν παρέντας
 (media nocte praeterlapsa), eadem
 fere leguntur VII, 183.

δείλῃν ὄψιν — φυλάξαν-
 τες] δείλῃν ὄψιν Larcherus
 intelligit sur les trois heures apres
 midi. Hesychio auctore I p.
 903 indicatur ἡ περὶ δύσιν ἡ-
 λίου, quod idem habet Suidas
 I p. 530. Plura dabit Alberti
 ad Hesych. l. l. Verbum φυ-

λάξαντες Suidas III p. 642 re-
 cte interpretatur ἐπιτηρήσαν-
 τες. Tu vid. allata ad V, 12 et
 add. VIII, 14. Plutarch. The-
 mistocl. 14.

ἀπόπειραν αὐτῶν ποιήσα-
 σθαι βουλόμενοι] ἀπόπειραν
 ποιῆσθαι nihil aliud fere esse
 atque ἀποπειρᾶσθαι: tentare
 aliquid, periculum alicuius rei
 facere, Herodoto, Procopio, aliis
 frequentatum bene monuit
 Wesseling. similesque attulit
 locutiones ἀνάπειραν et διά-
 πειραν ποιῆσθαι, quibus utun-
 tur, quoties periculum fit pe-
 ritiae nautarum militumque an-
 te pugnam, apud Polybium
 [ubi XXVI, 7 §. 9 coll. §. 8
 verbum ἀποπειρᾶσθαι hoc sen-
 su] et Diodorum XIII, 8, ubi plu-
 ra dedit Wesseling. — De voce
 διεκπλόου vid. nott. ad VI, 12.

Cap. X.

Ὁρέοντες δὲ] Florentinus li-
 ber et h. l. et paulo inferius
 habet ὀρέωντες, quod recepit

τῶν πλήθει τε πολλαπλησίας, καὶ ἄμεινον πλωού-
 2σας. καταφρονήσαντες ταῦτα, ἐκκυκλοῦντο αὐτούς 30
 ἐς μέσον. Ὅσοι μὲν νυν τῶν Ἰώνων ἦσαν εὐνοοί

Matthiae. — Ad verba *μανίην ἐπενείκωντες* conf. nott. ad IV, 154.

πλήθει τε πολλαπλησίας] Ad locutionem conf. allata ad IV, 191. Scripsi cum Matth. et Bekker. *πολλαπλησίας*, cum Gaisfordius e libris quibusdam dedisset *πολλαπλασίας*, ut V, 45, ubi vid. nott. — Mox retinui *πλωούσας*, ut VIII, 22 init. et 44, ubi alii codd. *πλεούσας*.

καταφρονήσαντες ταῦτα] Iam attigi haec in nota ad I, 59, quo loco nunc Hoeger. in Actt. philoll. Monacc. III, 4 pag. 483 seq. *καταφρονήσας* refingi vult in *κάρτα φρονήσας*. Qui idem p. 485 hoc loco *ταῦτα* ad verbum *καταφρονήσαντες*, quod genitivum obiecti requirat, referri posse negans, absolute accipi vult *ob haec*, ubi vulgo supplent *κατὰ*; ita ut ad *καταφρονήσαντες* mente addatur *τῶν Ἑλλήνων*. Quae tamen si dicere voluisset Noster, vix credo eum sic fuisse locutum. Quapropter malim interpretari: *cum haec mente reputassent, cogitassent* non sine quodam Graecorum contemptu. Nec aliter accipi vult Larcherus, quo auctore *καταφρονεῖν* hic valet *remarquer, considerer, réfléchir*. Nec aliter Wesselingius haec verba, quae olim haud satis bene verte-

bant: *prae contentu, rectius verti posse* putavit: *ea considerantes, locos Nostri asserens* I, 59. 66 atque Euseb. Praepar. Evang. IX, 14, locum haud disparem: *Abydeni θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι* i. e. *quumque se diis meliores opinarentur*. Vid. Diss. Herod. XI, p. 197. 198. Negrus interpretatur *ἐν φρονί λαβόντες, παρατηρήσαντες αὐτά*.

ἐκκυκλοῦντο αὐτούς] αὐτούς recte tenent libri scripti; nam ad Graecos sive Ἕλληνας spectat per sensus quandam structuram, cum sane proprie ad *naves* illud referri debeat indeque scribi *αὐτάς*: quod et ipsum olim in quibusdam exstitit. Hiuc quoque mox *περιεχομένους αὐτούς* et cp. 16 *ἐκκυκλεύοντο ὡς περιλάβοιεν αὐτούς*. Ubi Valckenaerio rescribere placet *ἐκκυκλεῦντο*, assentiente Wesselingio, qui e Sancrofti libro in l. l. VIII, 16 pro vulg. *ἐκκυκλεύοντο* in textum recepit *ἐκκυκλεῦντο*, ipse coniiciens *ἐκκυκλεῦντο*. Equidem nihil mutavi, quandoquidem formam *κυκλεύω*, quam h. l. Florentinus liber cum aliis praebet, aequae atque *κυκλέω* et *κυκλώω* in usu habitae videntur Graeci. Cf. Aelian. N. A. II, 8, ubi Herodotea attulit Iacobs, qui idem etiam ad Aelian. N. A. I, 53 de verbo *περιλαμβάνειν* conferri potest.

τοῖσι Ἑλλήσι, ἀέκοντές τε ἐστρατεύοντο, συμφορὴν τε ἐποιεῦντο μεγάλην ὀρέοντες περιεχομένους αὐτούς, καὶ ἐπιστάμενοι ὡς οὐδείς αὐτῶν ἀπονοστήσει·³⁵ οὕτω ἀσθενέα σφι ἔφαινετο εἶναι τὰ τῶν Ἑλλήνων ³πρήγματα. ὅσοισι δὲ καὶ ἠδομένοισι ἦν τὸ γινόμενον, ἄμιλλαν ἐποιεῦντο ὅπως αὐτὸς ἕκαστος πρώτος νέα Ἀττικὴν ἐλὼν, παρὰ βασιλέος δῶρα λάμψεται. Ἀθηναίων γὰρ αὐτοῖσι λόγος ἦν πλείστος ἀνὰ τὰ ¹¹στρατόπεδα. Τοῖσι δὲ Ἑλλήσι ὡς ἐδήμηνε, πρώτα μὲν, ἀντίπρωροι τοῖσι βαρβάροισι γενόμενοι, ἐς τὸ ⁴¹μέσον τὰς πρύμνας συνήγαγον· δεύτερα δὲ σημήναντος, ἔργου εἶχοντο, ἐν ὀλίγῳ περ ἀπολαμφθέντες, καὶ κατὰ στόμα. Ἐνθαῦτα τριήκοντα νέας αἰ-

624

Hinc pugna oritur navalis, Marte pugnata ancipiti et nocte dirempta, Graecis Artemisium, barbaris Aphetas repetentibus.

συμφορὴν τε ἐποιεῦντο μεγάλην ὀρέοντες] Distinctionem post μεγάλην poni solitam sustuli, quo melius appareret totius loci structura. Namque apodosis incipit a verbis συμφορὴν τε ἐποιεῦντο, ita ut per τε — καὶ iungantur participia ὀρέοντες et ἐπιστάμενοι, quae vero proxime antecedunt: ἀέκοντές τε ἐστρατεύοντο, ea ad protasin pertineant, verbis ὅσοι — ἦσαν εὐνοοὶ annectenda. Ubi simplex τε ita ponitur, ut VIII, 6. Ipsam locutionem συμφορὴν ποιῆσθαι attigi ad V, 5. Add. VIII, 100.

ὅσοισι δὲ καὶ ἠδομένοισι ἦν τὸ γινόμενον] Ad locutionem vid. Matth. Gr. Gr. §. 388 pag. 712. Herodot. IX, 46. Ad pronomen αὐτὸς ἕκαστος conf. III, 82. VII, 19 et ad formam λάμψεται nott. ad III, 146. Pro βασιλέος reposui βασιλέος.

Ἀθηναίων γὰρ αὐτοῖσι λόγος ἦν πλείστος ἀνὰ τὰ στρα-

τόπεδα] i. e. nam in (Persarum) exercitu Iones (αὐτοῖσι) maximam Atheniensium habebant rationem, maximi Athenienses faciebant. Similis loquendi ratio IV, 135 in it., ubi vid. Add. VIII, 102. IX, 80 coll. I, 19. 120 ibique nott.

Cap. XI.

πρώτα μὲν, ἀντίπρωροι τοῖσι βαρβάροισι γενόμενοι κ. τ. λ.] E praecedentibus τοῖσι Ἑλλήσι mente his addendum οἱ Ἑλληνες. Qui signo dato primum quidem prors adversis in barbaros (conversi) puppes in medium contraxerunt; deinde vero, iterum signo dato opus (proelium) aggressi sunt, in exiguo quamvis loco conclusi et ex adverso (impetum facientes). Vernacule eum in modum expressit Lange: „Auf das erste Zeichen nun, stellten sich die Hellenen, die Schnaebel den Feinden zugekehrt die Spie-

ρέουσι τῶν βαρβάρων, καὶ τὸν Γόργον τοῦ Σαλα-45
μινίων βασιλέος ἀδελφεὸν Φιλάονα, τὸν Χέρσιος,
3 λόγιμον εἶντα ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἄνδρα. πρῶτος δὲ
Ἑλλήνων νέα τῶν πολεμίων εἶλε ἀνὴρ Ἀθηναῖος
Ἀνκομήδης Αἰσχρέου, καὶ τὸ ἀριστήϊον ἔλαβε οὗτος.

gel in der Mitte gegeneinander, auf das zweite Zeichen ging es, obgleich sie engen Raum hielten, gerade von vorne drauf los.“ Schweighaeuserus, qui olim post voces κατὰ στόμα aliquid interciderit putarat, postea has ipsas voces antecedentibus annecti voluit, pro uti in libro Florentino haec leguntur nulla distinctione posita, ita ut haec evadat sententia: „et ibi triginta a fronte naves ceperunt barbarorum.“ Sed in Lexico Herodoteo hanc sententiã reiectã, κατὰ στόμα denuo a sequentibus seiungi et antecedentibus adiici vult, cum Herodotus indicare voluerit in ipso ore id est, e proximo, cominus admodum cincti et conclusi erant, ut in Euripid. Rhes. 408. Equidem κατὰ στόμα accipio: ex adverso, a fronte (ut in Polybii locis a Schweighaeusero allatis II, 27 §. 8. XXXI, 26 §. 10 coll. Xenoph. Anab. III, 4 §. 42. V, 2 §. 26. V, 4 §. 22, ubi de aciei fronte locutio adhibetur) idque iungo antecedentibus ἔργον εἶχοντο, ita ut vocula καὶ explicandi simul notionem contineat: et quidem. „In pugnis navalibus, ait Schweighaeuser. plerumque a latere primum aggredebantur naves hostiles, διέκπλουν facientes, et remos conantes detergere; tum fre-

quenter puppin hostilis navis rostro petebant: nunc hi a fronte facto impetu, rostris suarum navium in hostiles iuxta proram impactis, illas ceperunt.“ Locutionem ἔργον ἔχουσαι invenimus II, 121 §. 1 coll. VIII, 108; verbum ἀπολαμφθέντες, quod h. l. idem fere valet atque περιεχόμενοι (exclusi, intercepti), V, 101 coll. VIII, 97. 108. IX, 51. Ad genitivum σημήναντος intellig. τοῦ κήρυκος s. σαλπικτοῦ, quod idem mox supplendum ad ἐσήμνηε. De qua ellipsi vid. Matth. Gr. Gr. §. 295 1. Lex. Xenophont. IV p. 16. 27. Herodot. VIII, 25 init. — Μοχ βασιλέος dedi pro vulg. βασιλῆος.

Ἀνκομήδης Αἰσχρέου] Plutarcho auctore in Vit. Themistocl. 15 fin. p. 119 F. *Lycomedes* Atheniensis in Salamina pugna primus hostilem cepit navem eiusque insignia Apollini dedicavit. Ubi haud male suspicatur Sintenis, insignem errorem commisisse Plutarchum, quum, quae ad Artemisium acciderint, ad Salaminiam pugnam transtulerit. Pro Αἰσχρέου plures codd. Αἰσχαίου; alterum recte tueri videtur Valckenaerius, comparans similia nomina Attica: Χαιρέας, Δημέας, Ταυρέας.

4 Τους δ' ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἑτεραλκείως ἀγωνι-50
 ζομένους νύξ ἐπελθοῦσα διέλυσε. οἱ μὲν δὴ Ἑλλη-
 νες ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἀπέπλων, οἱ δὲ βάρβαροι ἐς
 5 τὰς Ἀφέτας, πολλὸν παρὰ δόξαν ἀγωνισάμενοι. Ἐν
 ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Ἀντιδωρος Λήμιος, μῦθος τῶν 55
 σὺν βασιλείῃ Ἑλλήνων ἐόντων, αὐτομολέει ἐς τοὺς
 Ἑλληνας· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦτο τὸ ἔργον ἔδο-
 σαν αὐτῷ χῶρον ἐν Σαλαμῖνι.

12 Ὡς δὲ εὐφρόνη ἐγεγόνεε, ἦν μὲν τῆς ὄρης μέ-
 σον θέρος, ἐρίνετο δὲ ὕδωρ τε ἀπλετον διὰ πάσης
 τῆς νυκτός, καὶ σκληραὶ βρονταὶ ἀπὸ τοῦ Πηλίου· 60
 οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφορέοντο ἐς τὰς

Eadem nocte
 tempestas coor-
 ta, Persarum et
 classem terret.

ἑτεραλκείως ἀγωνιζομένους] i.
 e. ancipiti Marte pugnantes, ut
 IX, 103 ἑτεραλκίης μάχη, quan-
 do aequo pugnatur Marte.
 „Quando, ait Valckenaerius,
 victis virtus redibat in praecor-
 dia, tum, qui se putabant vic-
 tores, νίκην reportasse dicun-
 tur ἑτεραλκεία. Veteres se-
 quuntur in hac voce sophistae;
 praeter alios Aelianus apud
 Suidam in Ἀτιμώρητος [I p.
 272].“ — Tu vid. potissimum
 Homerum, qui hanc vocem
 frequentat, II, VII, 26 coll. VIII,
 171. XV, 738. XVII, 627.
 Odys. XXII, 236. Aeschyl.
 Pers. 943 ed. Blomf.

Cap. XII.

ἦν μὲν τῆς ὄρης μέσον θέ-
 ρος] Recte Hoogveen. ad Vi-
 ger. pag. 111: erat tempus me-
 diae aestatis. Ad vocem εὐ-
 φρόνη in antecedentibus conf.
 nott. ad VII, 12.

ἐρίνετο δὲ ὕδωρ κ. τ. λ.] Ad
 voculae δὲ usum conf. Werfer.
 Actt. phill. Monacc. I pag. 96.

HERODOT. IV.

Voce ὕδωρ hic indicantur plu-
 viae, imbres, ut I, 87. VIII, 13.
 Mox dedi e Florentino aliisque
 σκληραὶ βρονταὶ, cum vulgo es-
 set βρονταὶ σκληραὶ i. e. dira,
 gravia tonitrua. Vid. Arrian.
 Exped. Alex. I, 17 §. 6 ibique
 Ellendt.

οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυή-
 για ἐξεφορέοντο ἐς τὰς Ἀφέ-
 τας] Voces οἱ νεκροὶ καὶ τὰ
 ναυήγια simili modo iuncta re-
 periuntur VIII, 18 aliisque lo-
 cis, quos excitat Sintenis ad
 Plutarch. Themistocl. 8 fin. p.
 56. Valckenaerius Homericam
 comparaverat Odys. XII, 67
 πίνακός τε νεῶν καὶ σώματα
 φωτῶν, addens Homero recen-
 tiores scriptores fractae navis
 tabulas dixisse τὰς σανίδας et
 τὰ ναυάγια; quibus igitur hoc
 quoque loco intelliguntur ligna
 s. tabulae navis fractae summis
 undis natantes et eiectae ad
 oram Aphetarum. Excitat
 praeterea Valcken. Aeschyl.
 Pers. 422 (426 Blomf. 393
 Both.) Agamemn. 668. Choe-

Ἀφέτας, καὶ περὶ τε τὰς πρώρας τῶν νεῶν εἰλέον-
 2το, καὶ ἐτάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων. οἱ
 δὲ στρατιῶται οἱ ταύτη, ἀκούοντες ταῦτα, ἐς φόβον
 κατιστέατο, ἐλπίζοντες πάγχυ ἀπολέσθαι, ἐς οἷα 65
 3κακὰ ἦκον. πρὶν γὰρ ἢ καὶ ἀναπνεῦσαί σφρας ἐκ
 τε τῆς ναυηγίης καὶ τοῦ χειμῶνος τοῦ γενομένου
 κατὰ Πήλιον, ὑπέλαβε ναυμαχίη κρατερή· ἐκ δὲ τῆς
 ναυμαχίης, ὄμβρος τε λάβρος, καὶ θεύματα ἰσχυρὰ
 ἐς θάλασσαν ὠρμημένα, βρονταὶ τε σκληραὶ. καὶ
 13 τοῦτοισι μὲν τοιαύτη νύξ ἐγίνετο. Τοῖσι δὲ ταχθεῖσι 71
 αὐτῶν περιπλώειν Εὐβοίαν ἢ αὐτὴ περ ἑοῦσα νύξ
 πολλὸν ἦν ἔτι ἀγριωτέρη, τοσοῦτῳ ὄσῳ ἐν πελάγει

13
 et naves Euboc-
 am circumve-
 hentes coufrin-
 git.

625

ril. apud Athen. XI p. 464 B. coll. Clem. Alexandr. Paedag. II p. 179, 29. De Aphetis cf. noit. ad VII, 193 et de verbo ἐκφορεῖσθαι allata ad VII. 188. Hoc loco male quidam codd. ἐξεφέροντο pro ἐξεφορέοντο. In seqq. εἰλέοντο accipio se voluebant, a verbo antiquo εἰλέω volvo, constringo; de quo conf. Buttman. Lexilog. II p. 141—159.

ἐτάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων] i. e. impediabant palmas remorum. Citat Suidas s. v. ταρσός III p. 432, ubi haec leguntur, quae eadem exstant in gloss. Herodot.: ταρσός κυρίως τῶν ὀρνίθων ἢ πτέρωσις, ἀφ' οὗ καὶ ὁ τῶν κωπῶν ὄμοιος ὁ σχηματισμός. — In seqq. ad formam κατιστέατο cf. Matth. Gr. Gr. p. 378. ἐλπίζοντες est: putantes, arbitran-tes, ut saepius apud Herodotum. Ad locutionem ἐς οἷα κακὰ similia quaedam attulerunt Valckenaer. ad Euripid. Phoeniss. 1633 et Heindorf. ad Platonis

Phaedon. pag. 262. Ita enim his locis ponitur οἷα, ut pro ὅτι τοιαῦτα poni existimes.

ὑπέλαβε ναυμαχίη κρατερή] Ad verbum ὑπέλαβε conf. allata ad VI, 27. Mox revocavi cum Schweigh. et Gaisf. κρατερή pro κρατερή, quod e Florentino alioque libro retinuerunt Schaefer., Matth. et Bekker. Conf. Herod. I, 76. VI, 101. IX, 9. Sic quoque in proxime seqq. pro ὄμβρος τε λάβρος in uno libro vetusto exstat κρατερός, in alio κρατερός: quod utrumque e glossa ductum puto. Vocem λάβρος attigi ad I, 87. Add. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Pers. 114. — In fine cap. cum recentt. edd. restitui τοιαύτη νύξ ἐγίνετο, ubi Schaeferus de suo dederat ἢ νύξ.

Cap. XIII.

τοσοῦτῳ ὄσῳ κ. τ. λ.] Attigit Matthiae Gr. Gr. §. 455 not. 7 p. 852 et 480 not. 2 p. 899. Add. Schaefer Appa-

2 φερομένοισι ἐπέπιπτε. καὶ τὸ τέλος σφι ἔγένετο ἄχαρι· ὡς γὰρ δὴ πλώουσι αὐτοῖσι χειμῶν τε καὶ 75 τὸ ὕδωρ ἐπεγίνετο, ἑοῦσι κατὰ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης, φερόμενοι τῷ πνεύματι, καὶ οὐκ εἰδότες τῆ 3 ἐφέρουτο, ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέτρας. ἐποιεέτό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅπως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικόν, μηδὲ πολλῶ πλέον εἴη. οὔτοι μὲν 80

14 νυν περὶ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης διεφθείροντο. Οἱ δ' ἐν Ἀφείτησι βάρβαροι, ὡς σφι ἀσμένοισι ἡμέρη

Graecorum clas-
sis aucta navi-
bus LIII barba-
ros iterum ado-

rat. crit. ad Demosthen. T. I p. 866. De voce ἄχαρι conf. allata ad VI, 9. Quā voce indicari quodvis malum *tout ce qu'il y a de plus fâcheux*, h. l. observat Larcherus. Cur autem h. l. τὸ τέλος ἄχαρι ut τηλικούτου πάθους ἀνοίκειον notarit Longinus De sublimit. ep. 42 pag. 222, iure miratur Valcken., nisi omnino haec a scio-lo quodam Longinianis interiecta putentur. Quae sint τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης, diximus ad VI, 100. Add. Pflugk Euboicc. p. 4. Verbum ἐκπίπτειν de iis, qui naufragium passi ad litus eiiciuntur, aliquot locis illustravit Wesseling. ad Diodor. II, 60. Tu vid. supra nott. ad VI, 44.

ἐποιεέτό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅπως ἂν κ. τ. λ.] τοῦ, quod in Aldina et aliis edd. abest, cum Schweigh., Gaisf. et Bekkero e pluribus revocavi codd. Intelligitur enim deus ille ultor superbiorum vindexque, qui superbiam Persarum supra modum elatam deprimat Graecorumque res augeat. Cf. citt. ad VII, 10 §. 5. Hinc minus utique placent, quae Val-

kenaerius adscripsit: „quam hic dat Herodotus rationem, noverat Atticis potius ingenii placitum, quam si superbiam dixisset Persicam ab arrogantiae humanae vindice sic castigatam depressamque; alias saepe memorans ultorem superbiorum Deum. Frequenter Noster ἀνθρώπινά μοι δοκεῖ ἀμαρτεῖν.“ Quibus eo, opinor, respicit vir doctus, quod Herodotum in hisce Musarum libris nonnulla in Atheniensium, quibus placere voluerit, gratiam dixisse contenderunt. Sed vid. nott. ad VI, 108. VII, 139. Expressit Herodoti sententiam Diodorus XI, 13 init., auctore eodem Valckenaer., qui cum verbis sequentibus: ὅπως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικόν contendit Isocratis verba ad Philipp. pag. 90 B. [cap. 15 §. 39], qui πόλεις dixerat ἀμαλισμέναις ὑπὸ τῶν συμφορῶν, et Thucyd. VIII, 57, qui collidendo ait ἐπανισοῦν τοὺς Ἕλληνας πρὸς ἀλλήλους.

Cap. XIV.

ὡς σφι ἀσμένοισι ἡμέρη

ritur. Victoria
tunc penes Grae-
cos.

ἐπέλαμψε ἀτρέμας τε εἶχον τὰς νέας, καὶ σφι ἀπε-
χρέετο κακῶς πρήσσοσι ἡσυχίην ἄγειν ἐν τῷ πα-
2 ρεόντι. τοῖσι δὲ Ἑλλησι ἐπεβώθειον νέες τρεῖς καὶ 85
πεντήμοντα Ἀττικά. αὐταὶ τε δὴ σφραγ ἐπέφωσαν
ἀπικόμεναι, καὶ ἕμα ἀγγελίη ἐλθοῦσα, ὡς τῶν βαρ-
βάρων οἱ περιπλώοντες τὴν Εὐβοίαν πάντες εἴη-
3 σαν διεφθαρμένοι ὑπὸ τοῦ γενομένου χειμῶνος. φυ-
λάξαντες δὴ τὴν αὐτὴν ὄρην, πλώοντες ἐπέπεσον 90
νησὶ Κιλίσσησι· ταύτας δὲ διαφθείραντες, ὡς εὐ-
φρόνη ἐγένετο, ἀπέπλωον ὀπίσω ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίδιον.

15

Τρίτη δὲ ἡμέρη, δεινόν τι ποιησάμενοι οἱ στρα-
τηγοὶ τῶν βαρβάρων νέας οὕτω σφι ὀλίγας λυμαί-
νεσθαι, καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρξεω δειμαίνοντες, οὐκ ἀνέ- 95
μειναν ἔτι τοὺς Ἑλληνας μάχης ἄρξαι· ἀλλὰ παρα- 626

ἐπέλαμψε] Ad usum vocis ἀσμέ-
νοισι conf. VIII, 18 init. et quae
ad Plutarch. Philopoem. p. 20
attulimus; quibus nunc add.
Bremi in Excurs. XI ad Ly-
siam p. 449 seqq. Ad verbum
ἐπέλαμψε conf. nott. ad VII,
13.

ἀτρέμας τε εἶχον τὰς νέας]
Retinui ἀτρέμας, cuius loco
plures codd. ἀτρέμα. Sed vid.
VIII, 16. V, 19. Ad ἀπεχρέ-
ετο conf. Matth. Gr. Gr. pag.
497, et nott. ad I, 102. For-
mam ἐπεβώθειον ad VIII, 1 no-
tavimus.

φυλάξαντες δὴ τὴν αὐτὴν
ὄρην] Quod e Florentino nu-
per receptum est δὲ pro δὴ,
malui equidem cum Matth. et
Bekkero retinere δὴ, quod huic
loco melius convenire credo.
Verbum φυλάττειν attigi ad
VIII, 9 τὴν αὐτὴν ὄρην cum
Larchero et Schweighaeusero
de eodem diei tempore quo pridie

accipio. Nam respiciuntur ver-
ba VIII, 9: δειλὴν ὀψίην γι-
νομένην τῆς ἡμέρης φυλά-
ξαντες.

Cap. XV.

δεινόν τι ποιησάμενοι] Pro
τι Koen. coniecit τε, probante
Valckenaerio. De ipsa locu-
tione conf. citt. ad VII, 35. In-
fra VIII, 16: δεινὸν γὰρ χοῆ-
μα ἐποιεῦντο. Ad verba seqq.
νέας οὕτω σφι (cuius loco duo
codd. σφείας) — λυμαίνεσθαι
conf. Matth. Gr. Gr. §. 391 p.
718. Wesselingius de verbi
λυμαίνεσθαι structura cum
utroque casu excitaverat Gro-
nov. ad Act. Apostol. VIII, 3. Tu
vid. etiam Herod. VIII, 28.

καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρξεω] scil.
γενομένον vel simile quid; quo
Xerxis supplicium s. ira, quam
sibi timebant, occulte significa-
tur. Conf. Fischer. ad Wel-

κελευσάμενοι, κατὰ μέσον ἡμέρης ἀνήγον τὰς νείας.
 2 Συνέπιπτε δὲ ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τὰς τε ναυ-
 μαχίας γίνεσθαι ταύτας καὶ τὰς πεζομαχίας τὰς ἐν
 3 Θερμοπύλῃσι. ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν τοῖσι κατὰ θά-
 λασσαν περὶ τοῦ Εὐρύπου· ὥσπερ τοῖσι ἀμφὶ Λεωνί-
 νίδα, τὴν ἐσβολὴν φυλάσσειν· οἱ μὲν δὴ παρεκε-
 λεύοντο, ὅπως μὴ παρήσουσι ἐς τὴν Ἑλλάδα τοὺς
 βαρβάρους· οἱ δ', ὅπως τὸ Ἑλληνικὸν στρατεύμα
 16 διαφθείραντες, τοῦ πόρου κρατήσουσι. Ὡς δὲ ταξά-5
 μνοι οἱ Ξέρξεω ἐπέπλων, οἱ Ἕλληνες ἀτρέμας εἴ-

Tertia pugna
 navalis, acrior
 illa prioribus
 dubioque Marte.

Ier. III pag. 116. Structuram verbi ἀναμένειν in seqq. attigit Matth. Gr. Gr. §. 537 p. 1056. cf. Herod. VIII, 56.

κατὰ μέσον ἡμέρης] Refero huc Ev. Matth. XIV, 24: τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν; ad quem locum plura dederunt interpretes a Kuinoelio excitati pag. 395; nec fugit iste usus Viger. De idiotismum. p. 111. Ad particulam ὥστε post συνέπιπτε abundanter quasi positam conf. nott. ad I, 74 et infra VIII, 132. 141. Pro ταῖς αὐταῖς ἡμέραις Sancrofti liber τὰς αὐτὰς ταύτας ἡμέρας, probante Wesselingio, qui confert VII, 151: τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον. Equidem vulgatam praefero. In verbis subsequentibus τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας pronomen demonstrativum sic postpositum notat Strange in Iahn. et Seebod. Annall. Suppl. II, 2 pag. 240, ubi plura similia afferuntur.

ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν κ. τ. λ.] „Studium Graecorum in Euripi et Thermopylarum angu-

stis defendendis et contrariam Persarum contentionem hinc Diodorus XI, 13 mutuatus est.“ Wessel.

ὅπως μὴ παρήσουσι] Sic recte dedit Matth. (Gr. Gr. §. 531 not. 2 pag. 1037) e Florentino aliisque pro παρήσωσι, quod praebet Sancrofti liber, dudum iure damnatum a Werfero in Actt. phill. Monacc. I p. 105, qui idem cum Matth. mox quoque recte dedit κρατήσουσι pro κρατήσωσι, cum huius loci sane par ratio, etsi postea idem Werferus l. l. p. 273 coniunctivum κρατήσωσι retineri voluit, probante etiam Schaefero, quum modos variare Herodoto sit usitatissimum, ut apud Isocrat. Areopag. 11 p. 225. Equidem cum Bekkero, Stegero eiusque censore Lipsiensi (1833 Add.) pag. 44 atque Ienensi (1828 nr. 186 p. 46), qui alia quaedam etiam affert, utroque loco futurum reposui, de cuius usu post ὅπως plura disputantur ab Isocratis interpretibus ad l. l. pag. 212—216 ed. Besseler.

χον πρὸς τῷ Ἀρτεμισίῳ. οἱ δὲ βάρβαροι μνησιδῆς ποιήσαντες τῶν νεῶν, ἐκυκλεύοντο ὡς περιλάβοιεν 2 αὐτούς. ἐνθεῦτεν οἱ Ἕλληνες ἐπανέπλωόν τε καὶ συνέμισγον. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ παραπλήσιοι 10 3 ἀλλήλοισι ἐγίνοντο. ὁ γὰρ Ξέρξης στρατὸς ὑπὸ με- γάθεός τε καὶ πλήθεος αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἔπιπτε, ταρασσομενέων τε τῶν νεῶν, καὶ περιπιπτουσέων 4 περὶ ἀλλήλας. ὅμως μέντοι ἀντεῖχε, καὶ οὐκ εἶκε· δεινὸν γὰρ χροῖμα ἐποιεῦντο, ὑπὸ νεῶν ὀλίγων ἐς 15 5 φυγὴν τραπέσθαι. πολλαὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων νέες διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ ἄνδρες· πολλῶ δ' ἔτι πλεῦνες νέες τε τῶν βαρβάρων καὶ ἄνδρες. οὕτω δὲ ἀ- 7 ργωνιζόμενοι, διέστησαν χωρὶς ἐκάτεροι. Ἐν ταυτῇ τῇ

17

Aegyptii et Cl-
nias Atheniensis
celebrati.

Cap. XVI.

μνησιδῆς ποιήσαντες τῶν νεῶν] *Mente addas licet τάγμα vel simile quid. Naves enim ita collocarunt, ut lunae crescentis speciem referret acies. Conf. I, 75 et ad antecedentia οἱ Ξέρξης nott. ad VII, 104.*

ἐκυκλεύοντο ὡς περιλάβοιεν αὐτούς] *Cf. nott. ad VIII, 10.*

παραπλήσιοι ἐγίνοντο] *Alii ἐγένοντο, quos sequuntur Matth. et Bekker. Quod vero vulgo vertunt: pari Marte pugnatum est, mavult reddi Larcherus: aequatis viribus, à forces égales. Vulgatae interpretationi favet Cornelius loco mox laudando, ubi conf. interpretes, qui et locutionem illustrarunt et argumentum, quandoquidem sunt, qui victoriam aliter atque Herodotus Graecis tribuant.*

αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἔπιπτε] *Confert Valeken. Cornelii Nepotis verba in Themist. ep. 3: „Angustias enim Themistocies*

[inter Euboeam continentem-
que terram] *quaesiverat, ne multitudine navium circumiretur. Hic etsi pari proelio discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi manere etc. etc.* Ad verba δεινὸν χροῖμα ἐποιεῦντο *conf. nott. ad VIII, 15 init. Pro περὶ ἀλλήλας Reiskius mallet περὶ ἀλλήλαις, non male, ut iudicat Sintenis ad Plutarch. Themistocl. 15p. 106, quamquam etiam accusativus ferri poterit. Quo eodem monente περὶ ἀλλήλαις, de aliis super alios incidentibus bene dicitur. In Sancrofti libro prorsus deest praepositio περὶ.*

διέστησαν] *Vid. I, 76. VIII, 18. Pro ἀγωνιζόμενοι Schwgh. mallet ἀγωνισάμενοι.*

Cap. XVII.

Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ] *Secundum Diodorum XI, 13 inter Graecos excelluerunt Athenienses ἀριστεύοντες, inter bar-*

ναυμαχίῃ Αἰγύπτιοι μὲν τῶν Ξέρξεω στρατιωτέων²⁰
 ἤρῖστευσαν· οἱ ἄλλα τε μεγάλα ἔργα ἀπεδέξαντο, καὶ
 2 νέας αὐτοῖσι ἀνδράσι εἶλον Ἑλληνίδας πέντε. τῶν
 δὲ Ἑλλήνων κατὰ ταύτην τὴν ἡμέρην ἤρῖστευσαν
 Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω·
 ὅς δαπάνην οἰκητὴν παρεχόμενος ἐστρατεύετο ἀνδρά- 627
 σι τε διηκοσίοισι καὶ οἰκητῇ νηϊ. 26

baros *Sidonii*, non, ut apud Herodotum est, *Aegyptii*. Athenienses eadem laude ornaverant Pindarus in carmine apud Plutarch. II p. 552 B. coll. Aristid. Themistocl. T. III pag. 310. Attulit haec Valcken. Ad locutionem *ἔργα ἀπεδέξαντο* cf. allata ad VII, 139 et ad αὐτοῖσι ἀνδράσι III, 45 ibiq. nott.

καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω] Hunc quidem Cliniam Plutarchus quoque tradit (Vit. Alcibiad. cp. I p. 191) sua navi ad Artemisium pugnassee, postea vero in Boeotia occubuisse ad Coroneam: de qua pugna testes excitavi ad Plutarchi I. I. pag. 56. Add. Wiggers Quaest. critt. et histor. in Cornel. Nep. Alcib. (Lips. 1833) pag. 59. 60. Fuit hicce Clinias illius Alcibiadis filius, qui inde a Platone in Euthyd. p. 275 A. p. 312 Heind. vocatur ὁ παλαιός, ut scil. distingueretur ab illo Alcibiade, qui prioris illius Alcibiadis nepos et huius Cliniae filius per belli Peloponnesiaci tempora potissimum inclaruit celeberrimus Atheniensium dux, qui, uti mos fuit Athenis (vid. Sturz. in Comment. Societat. philolog. Lips. I, 2 pag. 226), nomen ab avo eoque paterno ac-

ceperat. De eius stirpe vid. Plutarch. I. I. ibique allata p. 55. Et congruit, observante Wesselingio, temporum ratio. Nam Alcibiades ille, qui Diodoro teste XIV, 10 obiit annos ferme natus quadraginta Olymp. XCIV, 1, lucem viderit necesse est circa Olymp. LXXXIII, patre sexagenario maiore; quem, quando ad Artemisium pugnatum est Olymp. LXXV, annos triginta aut paulo pauciores habuisse si probabile est, consequens inde fit, hunc filium post triginta et quinque annos genitum fuisse a Clinia, qui ad Coroneam haud multo post occubuit, relicto filiolo Alcibiade orbo, ut ait Isocrates De Big. pag. 352 [cap. 10 §. 26]. Accidit enim ista pugna anno 447 a. Chr. n. sive Olymp. LXXXIII, 2 (vid. Clinton. Fast. ed. Krüger. p. 54), igitur ante bellum Peloponnesiacum (sive ann. 431 a. Chr. n.) cuius anno demum duodecimo Alcibiades ἔτι νέος ὄν producitur a Thucydide V, 43, triginta annos probabiliter natus, ut ad Plutarch. Alcibiad. 13 p. 123 posui. Haec ad Herodotei loci intelligentiam sufficiant.

δαπάνην οἰκητὴν παρεχόμενος] Inde mox οἰκητῇ νηϊ mi-

18
Iam Graeci de
statione ad Ar-
temisium relin-
quenda serio cogi-
tantes,

Ὡς δὲ διέστησαν, ἄσμενοι ἑκάτεροι ἐς ὄριον
ἠπείγοντο. οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς διακριθέντες ἐν τῆς
ναυμαχίης ἀπηλλάχθησαν, τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν
ναυηγίων ἐπεκράτεον· τρηχέως δὲ περιεφθίντες, καὶ 30
οὐκ ἦκιστα Ἀθηναῖοι, τῶν αἰ ἡμίσεια τῶν νεῶν τε-
τρωμέναι ἦσαν, δρησμὸν δὴ ἐβούλευον ἔσω ἐς τὴν
19 Ἑλλάδα. Νόψ δὲ λαβῶν ὁ Θεμιστοκλέης, ὡς, εἰ
ἀπορήγαγείη ἀπὸ τοῦ βαρβάρου τό τε Ἴωνικὸν φῦ-
λον καὶ τὸ Καρικόν, οἰοί τε εἶησαν τῶν λοιπῶν να-

19
primum Euboe-
ensium greges,
contra oraculi
monitum in Eu-

litasse dicitur sive, ut apud Plu-
tarch. Alcib. 1 legimus, ἰδιο-
στόλῳ τριήρει; quod eodem
sane redit. Nèc alio sensu οἰ-
κείαν ναῦν dixit Pausanias X,
9 §. 1, quam ἰδιοστόλον vocat
Plutarch. Alexand. 34 p. 685
D. Quum enim Athenis res-
publica ipsa praeberet naves
bellicas a singulis civibus di-
tioribus certo quodam ordine
instruendas armis ac reliquo ap-
paratu, sigillatim memorantur,
qui gravissimis temporibus re-
rumque discriminibus naves
ipsas suis impensis constructas
et ornatas apparatu necessario
(id est ἰδιοστόλους τριήρεις)
suppeditarunt; quo ipso egre-
gium sui in patriam studii tes-
timonium exhibere putaban-
tur. Conf. Wolf. Prolegg. ad
Demosthen. Leptin. p. C seqq.
CXVII. CXIX. Boeckh. Oeco-
non. Athenienss. p. 90.

Cap. XVIII.

Ὡς δὲ διέστησαν] Cf. VIII,
16 et ad vocem ἄσμενοι cilt.
ad VIII, 14. Ad vocem δια-
κριθέντες cf. nott. ad VII, 219.
τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν

ναυηγίων] Quae eadem sic
iuncta reperimus VIII, 12, ubi
vid. Sedulo autem Herodotus
indicat, cadaveribus et navium
fragmentis eos esse potitos: si
quidem id victoriam indicabat
simulque pietatem declarabat
erga mortuos, qui iusta obtine-
rent exsequia.

τρηχέως δὲ περιεφθίντες]
Conf. nott. ad V, 1. De usu
verbi τιτρώσκειν de navibus cf.
cilt. ad VII, 233. De verbo
ἐβούλευον egimus ad VIII, 4.

Cap. XIX.

Νόψ δὲ λαβῶν] Locutionem
attigi ad III, 41. Mox cum
Schweigh. et Gaisf. dedi βαρ-
βάρου, quod libri scripti quan-
tum scio omnes praebent. Ex
Aldina fluxit lectio βαρβαρι-
κοῦ, quam tenent Matth. et
Bekker. Tu conf. I, 58. 60.
III, 115 ibique nott. — Post
εἶησαν Werfer. in Act. philoll.
Monacc. I p. 245 addi vult ἄν;
quo mihi quidem haud opus
esse videtur. Assentitur Reisig.
ad Sophocl. Oedip. Col. p. 320,
qui rationem particulae omissae
reddere studuit.

τύπερθε γενέσθαι, ἐλαυνόντων τῶν Εὐβοέων πρό-³⁵βατα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ταύτη συλλέξας τοὺς στρατηγούς, ἔλεγε σφι, ὡς δοκεῖοι ἔχειν τινὰ παλάμην, τῇ ἐλπίζοι τῶν βασιλέος συμμαχῶν ἀποστήσειν τοὺς 2 ἀρίστους. ταῦτα μὲν νυν ἐς τοσοῦτο παρεγύμνου. ἐπὶ δὲ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι τάδε ποιητέα σφι⁴⁰ εἶναι ἔλεγε· τῶν τε προβάτων τῶν Εὐβοικῶν καταθύειν ὅσα τις ἐθέλοι· κρέσσον γὰρ εἶναι τὴν στρατιὴν ἔχειν, ἢ τοὺς πολεμίους· παραινεεῖ τε προει-³πεῖν τοῖσι ἑαυτῶν ἑκάστους πῦρ ἀνακαίειν. κομιδῆς δὲ περὶ τὴν ὄρην αὐτῶ μελήσειν, ὥστε ἀσινείας⁴⁵ ἀπικέσθαι ἐς τὴν Ἑλλάδα. ταῦτα ἤρσεε σφι ποιέειν· καὶ αὐτίκα πῦρ ἀνακαυσάμενοι, ἐτράποντο πρὸς τὰ πρόβατα. Οἱ γὰρ Εὐβοέες παραχρησάμενοι τὸν

20

κατύπερθε γενέσθαι] i. e. superiores fieri reliquis, ut VIII, 60. 75. 136 coll. VII, 233. Itaque idem fere valet atque κρατεῖν.

ταύτη συλλέξας] i. e. παρὰ τὴν θάλασσαν, ad ipsum mare, quâ illi agebant oves, cogit exercitus duces. Hinc male quidam Codd. ταύτην. — In proxime seqq. παλάμην affert Suidas III p. 5 exponens τέχνην. Rectius, opinor, Schweighaeus. in Lex. Herod. interpretatur ansum et occasionem sive viam et rationem efficiendi aliquid. Cf. Theogn. 634. 996. Pro βασιλῆος rescripsi βασιλέος.

ταῦτα μὲν νυν ἐς τοσοῦτο παρεγύμνου] i. e. et hoc quidem non nisi hactenus aperuit iis (ducibus). Ad verbum παραγυμνοῦν conf. I, 126. Ad locutionem ἐς τοσοῦτο vid. allata ad VII, 99. — In seqq. verba ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι

valent: in praesenti rerum statu. Conf. not. ad V, 49.

σφι εἶναι ἔλεγε] Ita e Florent. receptum pro vulg εἶναι σφι. Ex quo eodem mox repositum καταθύειν ὅσα τις ἐθέλοι, ubi vulgo ὅσα τις ἐθέλοι καταθύειν. Matthiae utroque loco vulgatam retinuit. Ipsum καταθύειν, mactare, vix multum differt a simpliciθύειν I, 216. II, 42 coll. VII, 197. Pro Εὐβοικῶν duo codd. Εὐβοϊκῶν. At conf. III, 89. VII, 192.

πῦρ ἀνακαίειν] Vid. nott. ad IV, 145. In proxime seqq. τὴν ὄρην αὐτῶ μελήσειν eadem valet structura, quam ad VI, 63 observavimus. τὴν ὄρην de tempore (ad reditum) commodo accipio. Conf. VIII, 12. 14.

Cap. XX.

παραχρησάμενοι τὸν Βάκι-

Βάκιδος χρησμὸν ὡς οὐδὲν λέγοντα, οὔτε τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν, οὔτε προσάξαντο, ὡς παρεσομένον 628 σφι πολέμου, περιπετέα τε ἐποιήσαντο σφίσι αὐ-51 2 τοῖσι τὰ πρήγματα. Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ τούτων ὁ χρησμός·

Φράζεο βαρβαρόφωνον ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλῃ
βύβλινον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἴγας. 55

δος χρησμὸν] i. e. *spreto, neglecto oraculo*, quod a Bacide ipsis erat datum. Verbum *παραχαῶσθαι* attigi ad I, 108. De *Bacide* haec adscripsit *Wesseling*: „Vaticinus iste de Persica expeditione cecinerat, Pausan. X, 14 §. 3, ex illo carmine haec durat portio. Idem cap. 12 §. 6 ἐκ Βοιωτίας Βάκιν adpellat, sicuti et Cicero *Divinat.* I, 18 [§. 34]. Duos *Bacides* *Clemens Alex. Strom.* I pag. 398, *Arcadem* et *Bocotium*, memoravit; tertium *Atheniensem* alii addunt: super quâ re sollicita exstat opera *Loensis Epiphyllid.* IX, 11 interpretumque *Aeliani Var.* XII, 35.“ Add. *Schol. ad Aristophan. Pac.* 1071 atque *Eudoc. Violar.* p. 92 et 374 seq., unde *discimus*, *Theopompum* in *Philipporum* nono libro multa de *Bacide* exposuisse, cuius oracula *Noster* etiam infra VIII, 77. 96. IX, 43 protulit. — *Schweigh.* huic capiti commodiorem futurum fuisse putat locum proxime post caput quartum. Libri scripti nihil mutant.

ὡς οὐδὲν λέγοντα] Eadem locutio III, 35. Recte autem *Zeune* ad *Viger.* p. 152 οὐδὲν λέγειν tradit esse *perperam di-*

cere, id quod probari nullo modo potest. Vid. *Platon. Apolog.* 17 p. 30 D.

προσάξαντο] *Conf.* I, 196 ibique nott. V, 34. Haud incommode *Reiskius*: „ἐξεκομίσαντο *deportarunt in locum tutum extra insulam* [quod alias est *ὑπεκθέσθαι*, ut cap. 4], *προσάξαντο, ture in urbes compulerunt.*“

περιπετέα τε ἐποιήσαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα] i. e. *res suas ipsi in summum discrimen adduxerunt.* Ita *Schweighaeuser* in *Lex. Herodot.* comparans, quae continuo in eandem sententiam dicuntur: *παρῆν σφι συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα*, ubi πρὸς τὰ μέγιστα, notante *Schweighaeus.*, idem fere valet atque ἐς τὰ μέγιστα VIII, 144. Ad locutionem *συμφορῇ χρῆσθαι* cf., ne plura, III, 41 ibiq. nott.

Φράζεο βαρβαρόφωνον] *Schaefer.* et *Bekkerus*, praecunte *Larchero*, dederunt *βαρβαρόφωνος* contra codd. fidem, qui in vulgata conspirant, quae, docente *Schweigh.*, idem valet atque *φράζεο ὅταν βαρβαρόφωνος βάλῃ*, per attractionis illam structuram. Quod nisi placeat, ad verbum *βάλῃ* mente

21

3 τούτοισι δὲ οὐδὲν τοῖσι ἔπεσι χορησαμένοισι ἐν τοῖσι τότε παρεούσι τε καὶ προσδοκίμοισι κακοῖσι, παρῆν σφι συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα. Οἱ μὲν δὲ ταῦτα ἔρησαν, παρῆν δὲ ὁ ἐκ Τρηχῶνος κατάσκοπος. ἦν μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ κατάσκοπος, Πολύας, γένος Ἀντικυρεὺς, τῷ προσετέτακτο, (καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον,) εἰ παλήσειε ὁ ναυτι-

dein la. auſta interim Sparta-
norum ad Ther-
mopylas clade.
petunt Graeciae
interiora.

addere quoque licet, subiectum ὁ βιάλων vel simile quid, ut VIII, 11 init. Ipsa vox βαρβαρόφωνος, quae iam ex Homero nota est II, II, 867, et hoc loco et IX, 43 peregrinum indicat, sive extraneum. Ad vocem ζυγὸν Wesseling. excitat Aeschyl. Pers. 72, qui πολύγομφον ὄδισμα ζυγὸν ἀμφιβαλὼν ἀγένη πόντου tragice dixit de ponte in Hellesponti angustiis, intenso funibus ex byblo VII, 36.

προσδοκίμοισι κακοῖσι] i. e. in malis imminentibus, quae adhuc expectantur indeque τοῖσι παρούσι i. e. iam praesentibus opponuntur. Conf. V, 108. III, 123 ibique nott.

Cap. XXI.

Ἀνικυρεὺς] De Anticyrā urbe vid. allata ad VII, 198. πλοῖον κατῆρες Schweigh. in Lex. Herod. intelligit de navi remigio omnibusque rebus ad navigandum necessariis bene instructā. Apud Hesychium (II p. 194) pro κατῆρες κατηρητισμένον ἐν ἐρήμῳ G. Hermann. ad Euripid. Iphigen. in Taur. 1362 pag. 157 scribi vult κατηρητισμένον εὐήρητον,

quum κατῆρες proprie denotet armatum, instructum.

εἰ παλήσειε] Ita omnes codd., excepto uno Florentino, in quo exstat παλαίσειεν, ut dudum in mentem venerat Pavio. Ad vulgatam tuendam afferunt Hesychium III p. 842, apud quem legimus παλήσειε· διαφθείρειε (nisi cum Valcken. rescribendum διαφθαρείη, quod sententia postulare videtur) itemque ἐπάλλησεν (quod cum Schweighaeusero rectius commutabis in ἐπάλλησεν)· διεφθάρη atque πεπαλημένα· ἐκπεσεῖν, πεπαλημένα· βεβλαμμένα. Quae omnia Schneider. (qui παλήσειε idem esse vult atque ἐκπίπτει: „wenn er sollte unterliegen, besiegt werden.“) in Lex. Graec. et Schweigh. ad verbum παλαίω s. παλάω, ionice παλέω, relata volunt, quod cum in universum valeat collectari, conflictari, frequentius tamen de graviore lucta et periculoso certamine adhibeatur. Nec aliter statuerat Wesselingius, de conflictu sive de clade secuta agitationeve classis maiore illud accipiens simulque afferens ex Hippocrate ἀποπαλέειν et ἐκπαλέειν in evibratione et concussu vehementiori usitatum. Nec

κὸς στρατὸς, σημαίνειν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἐοῦσι 65
ὡς δ' αὐτὼς ἦν Ἀβρώνηχος ὁ Λυσικλῆος, Ἀθηναῖος,
καὶ παρὰ Λεωνίδῃ ἐτοῖμος τοῖσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἐοῦ-
σι ἀγγέλλειν τριηκοντέρῳ, ἦν τι καταλαμβάνῃ νεώ-
2 τερον τὸν πεζόν. Οὗτος ὦν ὁ Ἀβρώνηχος ἀπικόμε-
νός σφι ἐσήμαινε τὰ γεγυῖα περὶ Λεωνίδα καὶ
3 τὸν στρατὸν αὐτοῦ. οἱ δὲ, ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, οὐκ-70
ἔτι ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν, ἐκομί-
ζοντο δὲ ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν· Κορίνθιοι πρῶτοι,
ὑστάτοι δὲ Ἀθηναῖοι.

22

Ἀθηναίων δὲ νέας τὰς ἄριστα πλωούσας ἐπιλε-
ξάμενος Θεμιστοκλῆς, ἐπορεύετο περὶ τὰ πότιμα 629

Themistocles Io-
nes apud Persas
militantes in

equidem meliora habeo, quae in medium proferam. Coniecerat Valckenaerius, probante Larchero: εἴ τι πταίσειε ὁ ναυτικός στρατός id est εἴαν τι περὶ τὴν ναυμαχίαν γένηται πταῖσμα, ut est apud Diodor. XI, 15 coll. Thucyd. V, 16. Demosthen. [pag. 23. 155 coll. 1479 Reisk.] eoque etiam refert similis argumenti formulam: εἴ τι παθήσειε σὶ quid eveniret classi, quum talibus uti veteres consueverint εὐφημισμοῖς, ne belli tristem eventum memorarent, ut in Euripid. Phoeniss. 251. Iphigen. in Taur. 755, alibi. Negris, qui παλήσειε derivat a verbo παλέω, quod idem sit atque πάλλω, id sibi videri ait: εἴ κινήθει, εἴ ταραχθείη, εἴ σεισθείη sive εἴ βλαφθείη, εἴ διαφθαρείη. Si vero locus emendatione egeat, forsitan scribendum esse εἴ κου λύσειε.

ὡς δ' αὐτὼς] i. e. eodem modo, ut I, 215. II, 67. IX, 81.

Coniunctim invenitur. ὡς αὐ-
τὼς VII, 86.

ἦν τι καταλαμβάνῃ νεώτερον τὸν πεζόν] Haec formula, in utramlibet partem quae accipi potest, plerumque malam in partem adhibetur. Vid. allata ad III, 33 et de comparativo νεώτερον nott. ad III, 62. V, 19. Mox δὲ σφι ἐσήμαινε, ut plures iubebant codd. pro ἐσήμαινέ σφι, quod tenuit Schaefer. — ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν idem fere quod ἀνεβάλλοντο τὴν ἀποχώρησιν: haud sibi differendum, protrahendum putabant discessum.

Cap. XXII.

ἐπιλεξάμενος] Corrigit ἀπολεξάμενος, ut VIII, 101 coll. V, 110 (ubi vid. nott.), praesertim cum quod hic eligendi notione adhibetur verbum, ἐπιλέγεσθαι, idem mox legendi notione inveniatur: de quo monui ad III, 41. At eligendi si-

ὕδατα, ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα, τὰ ⁷⁵Graeciae partes sollicitaturi astus.
 "Ἴωνες, ἐπελθόντες τῇ ὕστειραίῃ ἡμέρῃ ἐπὶ τὸ Ἄρτε-
 2 μίσιον, ἐπελέξαντο. τὰ δὲ γράμματα τάδε ἔλεγε·
 „Ἄνδρες Ἴωνες, οὐ ποιεῖτε δίκαια ἐπὶ τοὺς πατέρας
 3 „στρατευόμενοι, καὶ τὴν Ἑλλάδα καταδουλοῦμενοι.
 „ἀλλὰ μάλιστα μὲν πρὸς ἡμέων γίνεσθε· εἰ δὲ ὑμῖν ⁸⁰
 „ἔστι τοῦτο μὴ δυνατόν ποιῆσαι, ὑμεῖς δὲ ἔτι καὶ

gnificatione idem verbum invenimus VI, 73. VII, 10 §. 8. — In seqq. τὰ πότιμα ὕδατα de iis locis intelligo, quae aquam potabilem praebebant, quibus igitur appellere coacti erant Persae s. Iones, qui, uti mos fuit veterum, plerumque non ea aquarum copiâ, quâ ad longiora itinera opus est, naves instruxerant. Ad argumentum pertinet Plutarch. V. Themist. p. 116 B., cap. 9, ubi literas a Themistocle insculptas esse tradit, ἣν κατάρσεις ἀναγκαίας καὶ καταφυγὰς ἐώρα τοῖς πολεμίοις.

ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα] Quae sequuntur verba usque ad vocem ἄνδρες, ea omnia absunt a Sancerosti libro alioque, in quo utroque codice non nisi haec leguntur: λέγοντα τάδε. Equidem librorum socordiae tribuere malim quam glossam suspicari. Invenitur ἐντάμνειν γράμματα supra IV, 87 de Dario, qui lapideis columnis literas insculpi sive inseari (ut Latini quoque dicunt) iussit. Quod idem etiam Herodoto dicitur ἐγκολάπτειν I, 93. 187 coll. III Maccab. II, 27. Vim articuli τοῖσι (ante λίθοισι), quae talis est, ut

lapides significantur, qui ibi erant, bene notavit Sintenis ad Plut. Themistocl. 9 pag. 58. Ipsum Themistoclis factum calidum commemorant praeter Plutarch. I. I. Polyæn. I, 30, 6. Aristid. I p. 314 (ubi cf. Schol. p. 234 Frommel.), notante Valckenaerio, cui merito videntur absurda et sophistarum more dicta, quae Themistocli tribuit Iustinus II, 12, falsoque ficta, quae Plutarchus II pag. 305 D., (ubi nunc conf. Wyttenbach. Animadvers. II, 1 p. 80) scribit de fratre Themistoclis, Agesilao, quem ad Artemisium Graeci miserint speculatore.

οὐ ποιεῖτε δίκαια κ. τ. λ.] Spectat huc Eustath. ad Dionys. Perieg. 423. Tu conf. de sententia Herodotea nott. ad VII, 51. 150 coll. Diodor. Sic. XIX, 41. Iustin. II, 12, cui πατέρες sunt conditores. De participii (στρατευόμενοι) usu conf. Matth. Gr. Gr. §. 554 γ. Ad verba: πρὸς ἡμέων γίνεσθε (nostris a partibus state) vid. I, 75. 124. VIII, 60 §. 2.

ὑμεῖς δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἔξεσθε καὶ αὐτοὶ] i. e. secedite e pugna ita ut neutrius sitis partis, et quidem non

„νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἔξεσθε καὶ αὐτοὶ, καὶ τῶν
 4 „Καρχῶν δέεσθε τὰ αὐτὰ ὑμῖν ποιέειν. εἰ δὲ μηδέ-
 „περον τούτων οἶόν τε γίνεσθαι, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης
 „μέζονος κατέξενχθε ἢ ὥστε ἀπίστασθαι, ὑμεῖς γε⁸⁵
 „ἐν τῷ ἔργῳ, ἐπεὰν συμμίσγωμεν, ἐθελοκακέετε, μεμνη-
 „μένοι ὅτι ἀπ' ἡμέων γερόνατε, καὶ ὅτι ἀρχῆθεν ἢ
 „ἔχθρη πρὸς τὸν βάρβαρον ἀπ' ὑμέων ἡμῖν γέγονε.“
 5 Θεμιστοκλῆς δὲ ταῦτα ἔγραφε, δοκέειν ἐμοὶ, ἐπ' ἀμ-
 φότερα νοέων· ἵνα, ἢ λαθόντα τὰ γράμματα βασι-
 90 λέα, Ἰωνας ποιήσῃ μεταβαλέειν καὶ γενέσθαι πρὸς
 ἔωυτῶν, ἢ, ἐπεὶ τε ἀνενειχθῆ, καὶ διαβληθῆ πρὸς
 Ξέρξεα, ἀπίστους ποιήσῃ τοὺς Ἰωνας, καὶ τῶν ναυ-

solum vos ipsi, verum etiam Ca-
 ribus ut idem faciant, persua-
 dete. Formulam ἐκ τοῦ μέσου
 ἔξεσθαι attigi ad III, 83. Vo-
 cula δὲ h. l. non sine vi qua-
 dam posita, monstrante Werfer.
 in Actt. philoll. Monacc. 1 p.
 93.

ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μέζονος
 κατέξενχθε] i. e. sed si graviori
 necessitate quam ut (a Persis)
 deficere possitis, estis adstricti
 s. coacti. Ad locutionem Wes-
 seling. bene affert Aeschyl.
 Prometh. 108. Sophocl. Philo-
 loct. 1022. Ai. 123. Nec dis-
 similis locutio apud Herodotum
 I, 11 coll. IX, 16. — In seqq.
 ἔργον de ipsa pugna accipien-
 dum, ut saepius. Verbum συμ-
 μίσειν attigi ad VII, 85.

ἔγραφε] Ita cum Schweigh.
 et Gaisf. rescripsi pro ἔγραψε,
 quod e duobus codd. tenuerunt
 Schaefer. et Matth. — ἐπ' ἀμ-
 φότερα νοέων Schweigh. in
 Lex. Herodot. reddit: in utram-
 que partem cogitans, rem deli-

berans. Pro βασιλῆα dedi βα-
 σιλέα.

ἐπεὶ τε ἀνενειχθῆ καὶ δια-
 βληθῆ πρὸς Ξέρξεα] sc. τὰ
 γράμματα; ut haec verba si
 renunciata s. relata essent (Xer-
 xi) et in calumniam sive crimi-
 nis suspicionem adducta apud
 ipsum, Iones suspectos sive fide
 dubios redderent eosque a pugna
 navali amoverent. Haud aliter
 Herodotus in simili re IX, 98
 fin. Nostrum locum excita-
 vit G. Hermann. Opuscul. Acad.
 IV p. 103 de vocula ἐπεὶ ex-
 ponens, quae hic fortius ur-
 geat conditionem, cum si ἐπ-
 εἶαν dixisset Herodotus, nil nisi
 incertum esse indicasset, futu-
 rumne illud esset nec ne; in-
 deque reddit: si (quod tamen
 si fieri posset, evitare cupiebat)
 cognovisset Xerxes. De Con-
 iunctivo, qui hic particulam
 ἐπεὶ excipit, monuit quoque
 Hartung. Lehre v. d. Partik. d.
 Gr. Sprach. II p. 296. — De
 verbo διαβάλλειν conf. nott. ad
 V, 50. 97.

- 23 μαχιέων αὐτοὺς ἀπόσχη. Θεμιστοκλέης μὲν ταῦτα ἐνέγραψε. τοῖσι δὲ βαρβάροισι αὐτίκα μετὰ ταῦτα⁹⁵ πλοῖον ἦλθε ἀνὴρ Ἴστιαεὺς, ἀγγέλλων τὸν δροσημὸν 2 τὸν ἀπ' Ἀρτεμισίου τῶν Ἑλλήνων. οἱ δ' ὑπ' ἀπιστίας τὸν μὲν ἀγγέλλοντα εἶχον ἐν φυλακῇ, νῆας δὲ ταχείας ἀπέστειλαν προκατοψομένας. ἀπαγγειλάντων δὲ τούτων τὰ ἦν, οὕτω δὴ ἅμα ἠλίω σκιδναμένῳ πᾶσα ἡ στρατιὴ ἔπλωε ἀλῆς ἐπὶ τὸ Ἀρτε- 3 μίσιον. ἐπισχόντες δὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μέχρι μέ- 1 σου ἡμέρης, τὸ ἀπὸ τούτου ἔπλων ἐς Ἴστιαίην. 4 ἀπικόμενοι δὲ, τὴν πόλιν ἔσχον τῶν Ἴστιαίων· καὶ

Barbarorum
classis ad Arte
630
misiūm proecta
Histiacam alios-
que Euboeae lo-
cos maritimos
occupat.

Cap. XXIII.

[Ἴστιαεὺς] Ita plerique libri scripti cum Plutarch. II p. 867 E. In Florentino exstat Ἴστιεὺς, in aliis duobus codd. Ἴστιεὺς, utrumque mendose. Hinc infra quoque nunc rectius pro vulg. Ἴστιαίων, editur Ἴστιαίων, ut dudum in mentem venerat Valckenaerio, probatum nunc cod. Sanctrofti et Diodor. XI, 13 fin., ubi eadem narratur, coll. Schol. Aristid. pag. 185 Frommel. De ipsa regione vidimus ad VII, 175. — In seqq. pro ταχείας Wesselingio dialectus flagitare videbatur ταχέας. Codd. nil mutant.

[ἀπαγγειλάντων δὲ τούτων] Quamvis praecedat νῆας, subito delectit scriptor, viros intelligens, qui in illis navibus inerant. Conf. modo IV, 110, ne plura.

[ἅμα ἠλίω σκιδναμένῳ] i. e. simul una cum sole spargente (radios suos supra terram eamque illustrante) id est *prima fere luce*. Attigit Herodotea Eusta-

thius ad II. pag. 691, 3 s. 568 extr. Wesselingius attulit Homerica: ὅσον τ' ἐπικίδναιται ἡὼς II. VII, 451. 458 coll. XXIII, 227. Aeschyl. Pers. 502 (508 Blomf., quem vid. in Glossar.), itemque Philonis locum Vit. Contempl. p. 899 F., qui simili figurâ usus dixit σπείρειν ἀπῆνας. Latini, eodem observante Wesselingio, *spargere lumine terras*, v. c. Lucret. II, 143. Virgil. Aen. IV, 584 coll. IX, 459.

[μέχρι μέσου ἡμέρης] Excitat Matthiae Gr. Gr. §. 118 not. 1, ob formam μέσος, quae de masculino et feminino adhibeatur. Nisi potius h. l. neutrum est μέσον, unde pendeat genitivus ἡμέρης, ut supra VIII, 15 κατὰ μέσον ἡμέρης, et apud Plutarch. Marcell. 18 init. διὰ μέσον τῆς πολιορκίας. — *Ellopia* terra dicitur fuisse Histiaeotidis pars oceanus versus sita prope Cenaeum promontorium, bene distinguenda ab ea, quae in Epiro fuit *Ellopia* prope Dodonam; quamquam utriusque

τῆς Ἐλλοπίης μοίρης, γῆς δὲ τῆς Ἰστιαίητιδος, τὰς
 παραθαλασσίας κώμας πάσας ἐπέδραμον. 5

24

Ubi dum mora-
 tur, classarii a
 Xerxe invitati,
 Thermopylas ad
 caesorum spec-
 tacleum traici-
 unt. Vana fraus
 a rege excogi-
 tata, ut strages
 suorum minima,
 Graecorum ma-
 xima videretur.

Ἐνθαῦτα δὲ τούτων ἐόντων, Ξέρξης ἐτοιμασά-
 μενος τὰ περὶ τοὺς νεκροὺς, ἔπειπε ἐς τὸν ναυτι-
 2 κὸν στρατὸν κήρυκα. προετοιμάσατο δὲ τάδε. ὅσοι
 τοῦ στρατοῦ τοῦ ἑαυτοῦ ἦσαν νεκροὶ ἐν Θερμοπύ-
 λησι, ἦσαν δὲ καὶ δύο μυριάδες, ὑπολιπόμενος τού- 10
 των ὡς χιλίους, τοὺς λοιποὺς, τάφρους ὀρυζάμενος,
 ἔθαψε, φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν, καὶ γῆν ἐπαμησάμε-
 3 νος, ἵνα μὴ ὀφθείησαν ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ.
 ὡς δὲ διέβη ἐς τὴν Ἰστιαίην ὁ κήρυξ, σύλλογον
 ποιησάμενος παντὸς τοῦ στρατοπέδου, ἔλεγε τάδε· 15
 „Ἄνδρες σύμμαχοι, βασιλεὺς Ξέρξης τῷ βουλομένῳ

regionis incolae perhibentur Pe-
 lasgi. Vid. Strabo X p. 683 A.
 s. p. 445. Mannert. Geogr. d.
 Gr. u. R. VIII pag. 247 seq.
 249. 252.

πάσας ἐπέδραμον] Verbum
 ἐπίδραμεῖν de hostili incursio-
 ne, quam sequitur vastatio, VIII,
 32. Add. Lex. Polyb. p. 270.

Cap. XXIV.

ἔθαψε] Vid. nott. ad V, 8.
 Quae sequuntur: φυλλάδα τε
 ἐπιβαλὼν καὶ γῆν ἐπαμησάμε-
 νος, ita Valcken. accipi vult:
 et frondes iniecit arboreas terrae
 superingestae, bene admonens,
 super cadaver terram congerere
 Graecis dici ἐπαμήσασθαι γῆν,
 et comparans Homer. Od. V,
 482. Plutarch. II pag. 982 B.
 Iamblich. V. Pyth. p. 160 [cp.
 31 p. 396 Kiessl.] alia Agesi-
 laum Xerxis factum imitantem
 monstrat Polyaeen. II, 1, 23 qui
 idem VII, 15 §. 4 hoc ipsum
 Xerxis prodidit facinus. Ver-

bum ἐπαμησάμενος Glossa He-
 rodotea exponit ἀνακινήσας.
 Plura dabit Dorvill. ad Charit-
 ton. p. 423 seq. p. 366. φυλ-
 λάς congeriem indicat foliorum,
 ut in Aeschyl. Agamemn. 974,
 quemadmodum λιθάς est imber
 lapidum et νιφάς imber nivis, ob-
 servante Blomfield. in Gloss.
 ad Aeschyl. S. c. Th. 146. —
 In seqq. vocem στρατοπέδου,
 ut supra vocem στρατοῦ, de
 classe accipio. Conf. nott. ad
 Plutarch. Philopoem. pag. 58
 et add. Plutarch. Pericl. 27 init.
 Nic. 16. De ipso exercitu vi-
 dimus supra V, 75, ubi conf.
 nott.

τῷ βουλομένῳ — παραδί-
 δωσι ἐκλιπόντα — καὶ ἐλθόν-
 τα θεήσασθαι] Simili modo a
 dativo ad accusativum transit
 oratio VI, 86 §. 1, ubi conf.
 nott. Pro θεήσασθαι unus co-
 dex θεήσεσθαι, quod cap. seq.
 invenitur. Tu conf. I, 8. —
 μάχεσθαι πρὸς τινά Noster

25 „ὕμῶν παραδίδωσι, ἐκλιπόντα τὴν τάξιν καὶ ἐλ-
 „θόντα θεήσεσθαι ὅπως μάχεται πρὸς τοὺς ἀνοή-
 „τους τῶν ἀνθρώπων, οἳ ἤλπισαν τὴν βασιλέως δύ-
 „ναμιν ὑπερβαλέεσθαι.“ Ταῦτα ἐπαγγελιαμένου, 20
 μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐγίνετο πλοίων σπανιώτερον· οὐ-
 2 τω πολλοὶ ἤθελον θεήσεσθαι, διαπεραιωθέντες δὲ,
 ἐθνεῦντο διεξιόντες τοὺς νεκρούς· πάντες δὲ ἠπι-
 στέατο τοὺς κειμένους εἶναι πάντας Λακεδαιμονίους
 3 καὶ Θεσπιέας, εὐθέοντες καὶ τοὺς εἴλωτας. οὐ μὲν
 οὐδ' ἐλάνθανε τοὺς διαβεβηκότας Ξέρξης ταῦτα 631
 προήξας περὶ τοὺς νεκρούς τοὺς ἑαυτοῦ· καὶ γὰρ δὴ 26
 καὶ γελοῖον ἦν. τῶν μὲν, χίλιοι ἐφαίνοντο νεκροὶ
 κείμενοι· οἱ δὲ, πάντες ἐκέατο ἀλλέες συγκεκομισμέ-
 4 μὲν τὴν ἡμέρην πρὸς θῆν ἐτράποντο· τῇ δ' ὕστε- 30
 26 ραίῃ οἱ μὲν ἀπέπλωον ἐς Ἴσθμιαίν ἐπὶ τὰς νῆας, οἱ
 δὲ ἀμφὶ Ξέρξεα ἐς ὁδὸν ὀρμέατο. Ἴκον δὲ σφι αὐ-
 τόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίας ὀλίγοι τινές, βίου τε

Arcades trans-
 fugae quae Xer-
 xi de ludis
 Olympicis [7

quoque dixit II, 76. IV, 11.
 180.

ὑπερβαλέεσθαι] Hoc verbum
 eodem *superandi* significatu VI,
 9. 13. V, 124. VII, 163. 168.
 VIII, 140 §. 1. Pro βασιλῆος
 dedi βασιλέως, ut VIII, 26. 27.

Cap. XXV.

Ταῦτα ἐπαγγελιαμένου] scil.
 τοῦ κήρυκος, quod simili modo
 abesse vidimus VIII, 11. Quae
 sequuntur verba: μετὰ ταῦτα
 οὐδὲν ἐγίνετο πλοίων σπανιώ-
 τερον *nil posthac navibus fuit*
rarius, vivide omnium festina-
 tionem, quā ad terram escen-
 dere gestiebant, declarant. Mox
 pro θεήσεσθαι aliquot codd.
 θεήσασθαι; *haud male, ni fal-*
 HERODOT. IV.

Ior. Ad verbum διεξιόντες cf.
 nott. ad VII, 100.

ἠπιστέατο] i. e. *putabant,*
existimabant. Conf. allata ad
 VIII, 6. τοὺς κειμένους vocat
 mortuorum humi prostratorum
 cadavera. Haud enim infre-
 quens verbum *κεῖσθαι* de in-
 terfectis, notante Sintenis ad
 Plut. Themistocl. p. 57.

καὶ τοὺς εἴλωτας] Cf. VII,
 202 ibique nott. et ad seqq. οὐ
 μὲν οὐδὲ Herod. IV, 205
 ibique nott. Add. VI, 72. IX,
 7 §. 1. VIII, 130. Hartung.
 Lehre v. d. Partik. d. Griech.
 Sprach. II p. 167.

Cap. XXVI.

αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρ-
 καδίας] „Arcades illos, qui hic

206.] narraverint. Graecorum magnitudo animi a Tritanta rehma coram rege laudata.

2 δεόμενοι, καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι. ἄγοντες 35
 δὲ τούτους ἔς ὄψιν τὴν βασιλέως, ἐπυρθάνοντο οἱ
 Πέρσαι περὶ τῶν Ἑλλήνων τὰ ποιεῖεν· εἰς δὲ τις
 3 πρὸ πάντων ἦν ὁ εἰρωτέων αὐτοὺς ταῦτα. Οἱ δὲ
 σφι ἔλεγον, ὡς Ὀλύμπια ἄγοιεν, καὶ θεωροῖεν ἀ-
 γῶνα γυμνικὸν καὶ ἵππικόν. ὁ δὲ ἐπέειρετο ὅ τι τὸ 40
 ἄεθλον εἶη σφι κείμενον, περὶ ὅτεν ἀγωνίζονται· οἱ

memorantur, transfugas ex Carya Arcadiae oppido advenisse statuens Heringa Obs. Critt. p. 156 testimonio maxime Vitruvii usus erat, qui lib. I cap. 1 originem *Caryatidum*, quae in architectura vocantur, expositurus, *Carya*, ait, *civitas Peloponnesi, cum Persis hostibus contra Graeciam consensit.* Schw. gh. Atque Heringae sententia placuit quoque Larchero. Herodoto hi *Arcades Caryatae* dicuntur βίον τε δεόμενοι καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι: *victus egentis et in agendo desiderantes occupari*, prouti accipit vult Valckenaer. de voce ἐνεργὸς plura adiciens, quae minus huc pertinent. Tu conf. de ipsa re quae attulimus ad VII, 206, et vid. Meineke ad Euphorion, p. 190.— Locutionem βίον δεόμενοι Negrus bene interpretatur *χρηίζοντες τῶν πρὸς ζωὴν ἀναγκαίων*, ut I, 30. In proxime seqq. revocavi ἄγοντες; una Aldina, cui adstipulatur Florentinus, ἀγαγόντες, quod Schaeff. et Matth. retinuerunt.

τὰ ποιεῖεν] Pro τὰ Florentinus liber assertit τὴ et pro ποιεῖεν prave dat ποιεῖεν; tres

alii codd. dant *τι ποιεῖεν* unus liber cum Choricio Or. in summ. Duc. c. 22 ὅ, *τι ποιεῖεν.*

εἰς δὲ τις] *Tritantaechmem* fuisse sequentia declarare videntur. In seqq. pro ἄγοιεν, quod tuentur Mediceus liber, Florentinus, alii, ἄγουσι dant quidam libri, non improbante Schweighausero. Mibi displicet. Pro κείμενον olim legebatur *προκειμενον*, scriptis quoque libris invitis, si quidem simplex *κεῖσθαι* etiam dicitur de praemiis in certamine propositis. Conf. VIII, 93 et adhibe Creuzeri annot. ad Plotin. de pulcrit. p. 324, ubi nostrum locum attigit.

περὶ ὅτεν ἀγωνίζονται] Duo codd. *περὶ ὅτεω*, quos debuisset scribere *περὶ ὅτεω* (quod Homeri ex usu idem fere atque ὑπὲρ ὅτου, Odyss. II, 245. XVII, 471. XVIII, 402), annotat Schweighauser. Tu conf. de forma ὅτεω nott. ad I, 7. Ad indicativum ἀγωνίζονται in tali interrogatione conf. V, 6. VIII, 134, ne plura. Quod vero in proxime seqq. pro τὸν διδόμενον στέφανον Valcken. coniecit τὸν ἀδόμενον στέφανον, coronam illam poetarum, Pina-

4δ' εἶπον τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον. Ἐν-
 θαῦτα εἶπας γνώμην γενναιοτάτην Τριτανταίχμης ὁ
 Ἀρταβάνου, δειλίην ὄφλεε πρὸς βασιλέος. πυνθα-
 νόμενος γὰρ τὸ ἄεθλον ἔον στέφανον, ἀλλ' οὐ⁴⁵
 χροήματα, οὔτε ἠνέσχετο σιγῶν, εἶπέ τε ἔς πάντας
 5 τὰδε· „Παπαί, Μαρδόνιε, κοίους ἐπ' ἄνδρας ἤγα-
 γες μαχησομένους ἡμέας, οὐδ' οὐ περὶ χρομάτων τὸν
 „ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς.“ Τούτῳ μὲν⁵⁰
 δὴ ταῦτα εἶρητο.

27 Ἐν δὲ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ ἐπεὶ τε τὸ ἐν Θεσ-

Thessali Pho-
 censisu pridem,
 magis etiam ob
 cladem nuper
 acceptam iufesti,

dari praesertim, *carmīnibus de-
 cantatam*, id merito displicuit
 Schweighaeus. Indicatur au-
 tem h. l. corona oleagina victo-
 ribus in ludis Olympicis dari
 solita, quam ἐλαίης γλανκόχροα
 κόσμον appellat Pindarus Ol.
 III, 23 coll. IV, 19. Nem. I,
 26. Apud Pausaniam V, 19
 §. 3 est κότινος s. *oleaster*; κα-
 λεῖται δὲ ἐλαία καλλιστέφανος
 καὶ τοῖς νικῶσι τὰ Ὀλύμπια
 καθέστηκεν ἀπ' αὐτῆς δίδοσθαι
 τοὺς στεφάνους.

Τριτανταίχμης ὁ Ἀρταβά-
 νου] Idem esse videtur, qui
 VII, 82 memoratur. Alii pro
 Tritantaechma male substi-
 tuunt *Tigranem*, qui quam-
 quam et ipse Persa (cf. VII,
 62. IX, 95), nunquam tamen,
 ut bene notat Wesseling., Ar-
 tabani dicitur filius.

δειλίαν ὄφλεε πρὸς βασι-
 λέος] ὄφλεε dedit Schaeferus,
 quem sequuntur Matthiae (quem
 conf. in Gramm. Gr. p. 423)
 et Bekkerus, ob Florentini alio-
 rumque codd. auctoritatem.
 Conf. nott. ad I, 118. Locu-
 tionem δειλίαν ὄφλεειν *culpram*

timiditatis sustinere, illustrant si-
 milia: αἰσχύνην ὄφλεειν apud
 Thucyd. V, 101, γέλωτα ὄφλεειν
 apud Plat. Alcib. I p. 121 B.
 Phaed. p. 117 A. Plura da-
 bit Koerner. ad Euripid. An-
 dromed. 188 coll. Reuter. ad
 Demosthen. Philipp. I §. 42
 p. 78 seq. Wyttenbach. Ind.
 Graec. Plutarch. Opp. VIII, 2
 p. 1152. Praepositio πρὸς hic
 eodem modo adhibita, quo VII,
 139. IV, 144, ubi vid.

οὔτε ἠνέσχετο σιγῶν] Parti-
 cipii usum attingi ad I, 206. Add.
 Blomfield. Glossar. ad Aeschyl.
 Pers. 843. De particulis οὔτε
 — τε diximus ad VI, 1. Voces
 ἔς πάντας Fischer. ad Weller.
 III pag. 154 recte interpret-
 atur *coram omnibus*. Tu conf.
 allata ad IV, 97. Mox cum
 recentt. edd. reposui *μαχησομέ-
 νους*, ubi unus modo codex,
 quem sequuntur Schaefer. et
 Bekker., *μαχεσομένους*. Tu
 vid. nott. ad VII, 102.

Cap. XXVII.

Ἐν δὲ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ]
 Redit locutio IX, 112, quam

μοπούλησι τρωμα ἐγγόνεε, αὐτίκα Θεσσαλοὶ πέμ-
 πουσι κήρυκα ἐς Φωκέας, ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ
 2 χόλον, ἀπὸ δὲ τοῦ ὑστάτου τρώματος καὶ τὸ κάρ-
 τα. Ἐσβαλόντες γὰρ πανστρατιῇ αὐτοὶ τε οἱ Θεσ-55
 σαλοὶ καὶ οἱ σύμμαχοι αὐτῶν ἐς τοὺς Φωκέας οὐ
 πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον ταύτης τῆς βασιλέος στρα-
 τηλασίης, ἐσσώθησαν ὑπὸ τῶν Φωκέων, καὶ περι-
 3 ἐφθησαν τρηχέως. ἐπεὶ τε γὰρ κατειλῆθησαν ἐς τὸν 6.32
 Παρνησδὸν οἱ Φωκέες, ἔχοντες μάντιν Τελλίην τὸν 60
 Ἡλεῖον, ἐνθαῦτα ὁ Τελλίης οὗτος σοφίζεται αὐτοῖσι

Hoogeveen. ad Viger. p. 111
 interpretatur *interea temporis*.
 Add. Plut. Camill. 1. Pericl. 10.
 De voce τρωμα conf. citt. ad
 VI, 132.

ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ χόλον]
 i. e. quippe his semper *infensiat-*
que inimici, proprie *inlus ha-*
bentes odium, iram. Eadem lo-
 cutio I, 118. VI, 119. Quare
 retinui ἐνέχοντες duobus firma-
 tum codicibus. Florentinus li-
 ber cum reliquis ἔχοντες. Cf.
 nott. ad III, 59. Vetus autem
 Thessalorum in Phocenses odi-
 um iam indicat murus in Ther-
 mopylis exstructus, teste Hero-
 doto VII, 176, disertisque ver-
 bis commemorat Aeschines De
 fals. legat. §. 39 pag. 46 coll.
 Plutarch. II p. 244 B. Pausan.
 X, 1 §. 2. Polyæn. VI, 18.
 Ac tangunt Herodotea, monen-
 te Cr., Wyttenbach. ad Plut.
 l. l. Animadvvers. II, 1 p. 4. 5.
 C. O. Müller. Orchomen. pag.
 414 seq. Thiersch. Epoch. d.
 bild. Kunst. pag. 161 ed. alter.

περιέφθησαν τρηχέως] Cf.
 citt. ad VIII, 18 et ad verbum
 κατειλῆθησαν nott. ad I, 80.

III, 12. IX, 31. Tu mente ad-
 das ὑπὸ τῶν Θεσσαλῶν, qui
 nimirum subita incursione Pho-
 censes in Parnassum concluse-
 rant. — Pro Παρνησδὸν Flo-
 rentinus liber cum alio cod. ha-
 bet Παρνησόν. Sed antiquio-
 rem scripturam eam esse, quae
 duplicatam habet literulam, nu-
 per contendit G. Pinzger. in
 Iahn. et Seebod. Annal. phil.
 1833. VIII, 3 pag. 290. Ci-
 tat Herodotea Eustath. ad II.
 XIII p. 945, 50 s. 921, 25.

ἔχοντες μάντιν Τελλίην τὸν
 Ἡλεῖον] Elis vatibus excelluisse
 videtur, si quidem vates Eleus
 memoratur III, 132 itemque
 Tisamenus IX, 33, ubi vid.
 nott. et Hegesistratus IX, 37.

σοφίζεται] i. e. *callide com-*
miniscitur, excogitat. Cf. I, 80.
 II, 66. Alia quaeras in Wyt-
 tenbach. Indic. Graecit. Plut.
 Opp. VIII, 2 p. 1423. Quod
 sequitur γυψοῦν, intelligo *cretâ*
obducere s. illinere, weiss an-
streichen, ut *λευκανθίζειν al-*
bo colore inductum, dealbatum
esse. αὐτοῖσι ad Phocensesspe-
 ctat. De *Abis* dixi ad I, 46.

4 τοιόνδε. γυνῶσας ἄνδρας ἑξακοσίους τῶν Φωκίαν
 τοὺς ἀρίστους, αὐτοὺς τε τούτους καὶ τὰ ὄπλα αὐ-
 τῶν, νυκτὸς ἐπεθήκατο τοῖσι Θεσσαλοῖσι· προείπας
 5 αὐτοῖσι, τὸν ἂν μὴ λευκανθίζοντα ἴδωνται, τοῦτον
 κτείνειν. τούτους ὦν αἶ τε φυλακαὶ τῶν Θεσσαλῶν 65
 πρῶται ἰδοῦσαι ἐφοβήθησαν, δόξασαι ἄλλο τι εἶναι
 τέρας, καὶ μετὰ τὰς φυλακὰς αὐτῇ ἢ στρατιῇ, οὕτω
 ὥστε τετρακισχίλιον κρατῆσαι νεκρῶν καὶ ἀσπίδων
 Φωκίας· τῶν τὰς μὲν ἡμισείας ἐς Ἄβας ἀνέθεσαν,
 τὰς δὲ ἐς Δελφούς· ἡ δὲ δεκάτῃ ἐγένετο τῶν χρη- 70
 μάτων ἐκ ταύτης τῆς μάχης, οἱ μεγάλοι ἀνδριάντες
 οἱ περὶ τὸν τρίποδα συνεστεῶτες, ἔμπροσθε τοῦ
 28 νηοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖσι, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι ἐν Ἄβη-
 σι ἀνακέαται. Ταῦτα μὲν νυν τὸν πεζὸν ἐργά- 75
 σαντο τῶν Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορκέοντας
 ἑωυτούς· ἐσβαλοῦσαν δὲ ἐς τὴν χώραν ἵππου αὐτῶν
 2 ἔλυμῆναντο ἀνηκέστως. ἐν γὰρ τῇ ἐσβολῇ ἣ ἔστι
 κατὰ Τάμπολιν, ἐν ταύτῃ τάφρον μεγάλην ὀρύξαντες
 ἀμφορέας κεινοὺς ἐς αὐτὴν κατέθηκαν· χοῦν δὲ 80

Cap. XXVIII.

πολιορκέοντας ἑωυτούς] Ac-
 cusativus πολιορκέοντας, a quo
 ipso pendet ἑωυτούς, obiecti
 scil. accusativus, refertur ad
 τὸν πεζὸν, structura ad sen-
 sum magis conformata, quae
 neminem offendere debet. *Pho-*
censes tam male tractaverant
Thessalorum peditatum, qui ip-
 sos in Parnassum inclusos ob-
 sidione premebant. Redit ver-
 bum πολιορκεῖν hoc significatu
 VIII, 49.

ἔλυμῆναντο ἀνηκέστως] Ad
 structuram verbi λυμαίνεσθαι
 conf. nott. ad VIII, 15 et de
 adverbio ἀνηκέστως vid. Hero-
 dot. I, 137. VI, 12. III, 153.

Equitatum Thessalorum insa-
 nabili clade affecerunt Phocen-
 ses, unde nunquam vires recu-
 perare possent. De Thessalo-
 rum equitatu conf. nott. ad V,
 63.

κατὰ Τάμπολιν] *Hyampolis*
 in Phocensium ditone sita
 iam Homero fuit cognita, sed
 bello Persico et postea bello
 sacro eversa est. De ipso loco,
 quo fuit extracta, haud liquet.
 Conf. Mannert. VIII pag. 176
 seq. C. O. Müller. Orchomen.
 pag. 496 sq. 499 coll. p. 39.
 40. Kruse Hell. II, 2 p. 75. —
 Cum hac autem Herodoti nar-
 ratione de Phocensium fraude
 conferantur Pausaniae et Po-
 lyaei loci supra laudati.

ἐπιφορήσαντες, καὶ ὁμοιώσαντες τῷ ἄλλῳ χώρῳ, ἐ-
 3 δέκοντο τοὺς Θεσσαλοὺς ἐσβάλλοντας. οἱ δὲ, ὡς
 ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας, φερόμενοι ἐσέπεσον ἐς
 τοὺς ἀμφορέας. ἐνθαῦτα οἱ ἵπποι τὰ σκέλεα διε-
 φθάρησαν. Τούτων δὴ σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες ἐγ-85
 2 „κοτον οἱ Θεσσαλοὶ, πέμψαντες κήρυκα, ἠγόρευον
 τάδε: „ὦ Φωκέες, ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ 633
 „εἶναι ὁμοῖοι ἡμῖν. πρόσθεν τε γὰρ ἐν τοῖσι Ἑλ-
 „λησι, ὅσον χρόνον ἐκεῖνα ἡμῖν ἦνδανε, πλέον αἰεὶ
 „κοτε ὑμέων ἐφερόμεθα· νῦν τε παρὰ τῷ βαρβάρῳ 90
 „ποσοῦτον δυνάμεθα, ὥστε ἐπ' ἡμῖν ἔστι τῆς γῆς τε
 3 „ἔστρεψῆσθαι καὶ πρὸς ἠνδραποδίσθαι ὑμέας. ἡμεῖς
 „μέντοι, τὸ πᾶν ἔχοντες, οὐ μνησικακέομεν· ἀλλ' ἡμῖν

29
 statim post pu-
 gnam Pylaicam
 [c. 27.] misso
 nuntio multorum
 mercede talento-
 rum incolumita-
 tem illis polli-
 centur.

ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φω-
 κέας] i. e. sperantes se facile
 abrepturos ac primo quoque im-
 petu oppressuros esse Phocenses.
 Cf. IX, 59 fin. Metaphoram ab
 aquila ductam vult Schwgh. in
 Lex. Herod., praedam e terris sub-
 limem rapiente. Tu vid. Plut.
 Mar. 11 p. 412 A. et Pompei. 7
 p. 622 A. Caes. 24 p 719 F. Oth.
 9 pag. 1070 E. Eoque etiam
 pertinet, quod proxime legitur
 φερόμενοι i. e. cum impetu de-
 lati, ut reddit G. Hermann. ad
 Viger. p. 778 de usu huius par-
 ticipii et significatione plura
 disputans et Herodotea citans
 VIII, 91. IX, 102 coll. II, 29.
 Add. VIII, 39.

τὰ σκέλεα διεφθάρησαν] Pau-
 saniâ, qui Thucydidem VII, 27
 imitatur, auctore I. I. equi, equi-
 tibus in foveas praecipitatis,
 ἀπεχλωῦντο i. e. cruribus fra-
 ctis claudī sunt, ita ut discedere
 non possent. De voce σκέλεα
 conf. nott. ad VII, 67.

Cap. XXIX.

ἔχοντες ἔγκοτον] Cf. nott. ad
 III, 59.

ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε
 μὴ εἶναι ὁμοῖοι ἡμῖν] i. e.
 nunc saltem meliora edocti intel-
 ligite pares vos nobis non esse.
 Ita Schweigh. in Lex. Herod. s.
 v. Tu vid. nott. ad III, 25.
 VII, 130.

ὅσον χρόνον ἐκεῖνα ἡμῖν ἦν-
 δανε] i. e. quamdiu illa (Graeco-
 rum scil. res, τὰ τῶν Ἑλλη-
 νων) nobis placuerunt, quam-
 diu illorum partes secuti sumus.
 In seqq. πλέον φέρεσθαι indi-
 cat: superiorem esse aliquo, quo
 eodem fere sensu πλέον ἔχειν
 τινός IX, 70. Et conf. simi-
 lia quaedam ad VII, 211 al-
 lata.

ἐπ' ἡμῖν ἔστι] i. e. in nostra
 est potestate, penes nos est. Vid.
 Fischer. ad Weller. III pag.
 235. In seqq. τὸ πᾶν ἔχειν va-
 let: omnem potestatem, omnie

„γενέσθω ἀντ' αὐτῶν πενήκοντα τάλαντα ἀργυρίου,⁹⁵
 „καὶ ὑμῖν ὑποδεκόμεθα τὰ ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώραν
 „ἀποτρέψειν.“

30

Ταῦτά σφι ἐπαγγέλλοντο οἱ Θεσσαλοί. οἱ γὰρ
 Φωκῆες μούνοι τῶν ταύτῃ ἀνθρώπων οὐκ ἐμῆδι-
 ζον, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος
 εὐρίσκω, κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν· εἰ δὲ
 2 Θεσσαλοὶ τὰ Ἑλλήνων ἠῦξον, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ἐμῆ-1
 διζον ἂν οἱ Φωκῆες. ταῦτα ἐπαγγελλομένων Θεσσα-
 λῶν, οὔτε δάσειν ἔφασαν χορήματι, παρέχειν τέ σφι
 Θεσσαλοῖσι ὁμοίως μηδίσειν, εἰ ἄλλως βουλοίτο·
 ἀλλ' οὐκ ἔσεσθαι ἐκόντες εἶναι προδόται τῆς Ἑλλά-5

A quibus con-
tempti,

imperium tenere. Ad τὰ ἐπιόντα
 conf. nott. ad VII, 157.

Cap. XXX.

οἱ γὰρ Φωκῆες μούνοι κ. τ.
 λ.] „Si vero nititur Pausaniae
 X, 1 fin. narratio, Phocenses
 cum Persa, necessitate compul-
 si, ὑπ' ἀνάγκης, primum fece-
 runt, postea ad Graecorum so-
 cietatem reversi. Non ita No-
 ster hic et superiore libro c.
 203 et 218.“ Wesseling.
 Ad formulam ὡς ἐγὼ συμβαλ-
 λόμενος εὐρίσκω conf. VII,
 24.

κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσα-
 λῶν] i.e. nulla alia de causa, quam
 quia oderant Thessalos, ut bene
 reddit Valckenaer. Nam τὸ
 ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν odium di-
 cit, quo Thessalos prosequaban-
 tur Phocenses, ut IX, 38 τὸ
 ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων et τὸ
 ἐς Λακεδαιμονίους IX, 37, ubi
 citant Diod. Sicul. XVII, 24
 τὴν εὐεργεσίαν τῆς γυναικὸς
 benevolentiam ergu mulierem.
 Add. Herod. III, 136. Supra

VIII, 22 Noster ἢ ἔχθηρος πρὸς
 τὸν βάρβαρον. Simillima e
 Thucydid. I, 103. IV, 1. VII,
 57 coll. Perizon. ad Aelian. V.
 H. II, 25 et XII, 53 protulit
 Valcken. de Latinis citans I.
 Fr. Gronov. ad Liv. XXXIV,
 26, de quibus Wesseling. lau-
 daverat Cort. ad Sallust. frag-
 mentt. pag. 936. Ut ad He-
 rodoti locum revertar, κατὰ
 hic valet ob, propter, ut VI, 51.
 VII, 136. IX, 15. 109. In
 clausula addam Pseudo-Plutar-
 chi locum (II p. 868 C.), qui
 probabilem Herodoti coniectu-
 ram, quae simul virum prodit
 a partium studio alienum ve-
 roque indagando unice inten-
 tum, malevolentiam evertere fru-
 stra nititur. Conf. Dahlmann.
 Herodot. p. 183.

οὔτε δάσειν — παρέχειν
 τε ε] De οὔτε — τε vid. allata
 ad VI, 1. — Verbum παρέχειν
 attigi ad VIII, 8. De locutione
 ἐκόντες εἶναι vid. Matth. Gr.
 Gr. §. 545 pag. 1070.

31 barbaros in Phocidem deducunt. Inter Persarum, postquam e Trachinia movissent. Doris: eius incolis, quod barbarorum partibus faverent, parcutur:

31 δος. Ἐπειδὴ δὲ ἀνηνείχθησαν οὗτοι οἱ λόγοι, οὐτω δὴ οἱ Θεσσαλοὶ, κεχολωμένοι τοῖσι Φωκεῦσι, ἐγείροντο ἡγεμόνες τῷ βαρβάρῳ τῆς ὁδοῦ. ἐκ μὲν δὴ τῆς Τρηχινίης ἐς τὴν Δωρίδα ἐσέβαλον. τῆς γὰρ Δωρίδος χώρης ποδεῶν στενὸς ταύτη κατατείνει, 10 ὡς τριήκοντα σταδίων μάλιστα κη εὖρος, κείμενος μεταξὺ τῆς τε Μηλίδος καὶ τῆς Φωκίδος χώρης, ἥπερ ἦν τὸ παλαιὸν Ἀρουπίς· ἡ δὲ χώρα αὕτη ἐστὶ μητρόπολις Δωριέων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ. ταύτην 3 ὦν τὴν Δωρίδα γῆν οὐκ ἐσίναντο ἐσβαλόντες οἱ βάρβαροι· ἐμῆδιζόν τε γὰρ, καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσα- 15

Cap. XXXI.

ἡγεμόνες τῷ βαρβάρῳ τῆς ὁδοῦ] Conf. nott. ad V, 13. De Trachinia terrâ conf. VII, 199. In seqq. ποδεῶν est extrema pars regionis in angustam veluti laciniam excurrens, docente Schweigh. in Lex. Herodot. Lange vernacule expressit: ein schmaler Strich. Conf. etiam Herod. II, 121 §. 4. Ad hunc vero ποδεῶνα, intra Phocidem et Maliensium terram protensum C. O. Müller. Orchomen, pag. 498 refert urbes Lilaeam, Carphaeam ac Dryopem, quae Persico bello Doricae, postmodo Phocensium et ex parte, Locrorum ditioni fuerint accensae. Veram enim ac propriam Doridem tetrapoli contineri addit, ad quam Pindum, Boium, Cytinium et Erinium ille refert.

τῆς τε Μηλίδος] Μηλίδα γῆν supra dixerat VII, 198. Callimach. in Del. 287. Itaque recte Wesseling. respuit Μηλιάδα, quod Florentinus

cum tribus aliis affert. De ipsa regione vidimus ad VII, 132.

ἥπερ — Ἀρουπίς] ἥπερ non ad proxime antecedens τῆς Φωκίδος χώρης pertinere, sed ad superius: τῆς Δωρίδος ποδεῶν, recte monet Larcherus. Duo codd. cum Valla h. l. afferunt Ἀρουπίης, quae forma etiam invenitur apud Schol. Apollon. Rhod. I, 1212. De ipsa terra conf. I, 56 ibiq. nott. VIII, 43. Ad seqq. ἡ δὲ χώρα αὕτη ἐστὶ μητρόπολις κ. τ. λ. conf. Scymn. Ch. 595 ibique Gail. p. 379 coll. Thucyd. III, 92. Scylac. §. 63 p. 274.

ἐσβαλόντες] Ita e Florentino, aliis dedi cum recentioribus. Vulgatam ἐσβάλλοντες retinuit Matthiae. Ad sequens ἐμῆδιζον suppl. οἱ Δωριεῖς e praegressis ταύτην τὴν Δωρίδα γῆν.

καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι] „neque Thessalis videbatur“, nempe vastanda Doris; horum enim ductu Persae utebantur, et ex horum libidine plus minusve mali regionibus inferebant.“ Valcken.

32 λοῖσι. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Λαορίδος ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέ-
 2 βαλον, αὐτοὺς μὲν τοὺς Φωκίας οὐκ αἰρέουσι. οἱ
 μὲν γὰρ τῶν Φωκέων ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνησοῦ
 ἀνέβησαν· ἔστι δὲ καὶ ἐπιτηδέη δέξασθαι ὄμιλον τοῦ
 Παρνησοῦ ἢ κορυφῇ κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένην 20

Phocenses ipsi
 plerique omnes
 diligunt: ur-
 bes eorum et
 634
 agri ferro atque
 igni vastantur.
 Parnassus.

Cap. XXXII.

κατὰ Νέωνα — ἐπ' ἑωυτῆς] Male olim ὑπ' ἑωυτῆς. Nam indicatur locus *seorsim situs*. Conf. I, 202 ibique nott). Itaque minus recte Larcherus ἐπ' αὐτῆς: et *sur la quelle est bâtie*. Probat tamen Clarke (Travels II, 3 chap. VII p. 217 not. 5, ubi etiam probatur emendatio κειμένην pro κειμένη. Nobis nulla mutandi causa apparuit. Urbem Νέωνα, quam hinc citat Stephanus Byzantinus p. 588, Νεῶνα scribit Harpocrat. s. v. Νεῶσι. Apud Pausan. X, 32 §. 6 nunc editum video a Siebelis (p. 160. 287) Νέωνα, ut X, 2 §. 2. 3 §. 2 coll. Strab. IX p. 439 s. 641. Valet autem κατὰ Νέωνα ad Neonem oppidum s. e regione oppidi Neonis, siquidem, hoc oppido, ut e cap. 33 patet, incenso, Phocenses hoc in vertice Parnassi separato tuti erant a Persarum ac Thessalorum impetu. Itaque probabile est, ad verticis radicem Neonem fuisse sitam, ubi postea fuit Tithorea urbs. Qui igitur apud Herodotum pro Neone Cleonus (Κλεωνάς) refingi voluit Larcherus, egregie ille lapsus est, bene monente Kruse Hellas II, 2 p. 81. Quod vero illum verticem

Tithoream appellari Noster scribit, quam Plut. Syll. 15 pag. 461 vocat τὴν Τιθόραν; Pausanias I. I., ubi Tithoream urbem commemorat octoginta stadiis remotam Delphis, Herodoteo hoc loco allato subiicit, videri utique totam aliquando regionem Tithoream fuisse nuncupatam, postea vero factum esse, ut, quum e diversis pagis in unam se urbem denuo contulissent, urbs haecce nomen Tithoreae obtineret, neque amplius Neonis nomine vocaretur. Nunc Tithoreae locum scribunt occupare pagum Beluzza, quem alii Belitza s. Velitza, Velytza efferunt. Vid. Siebelis ad Pausan. I. I. p. 286 Kruse Hellas II, 2 p. 81. 82. coll. p. 6, ubi plura de Parnasso. Exstant enim ibi adhuc reliquiae turris ac vallorum, quibus imminet vertex praeceps, in quem probabiliter Phocenses se receperint. Repraesentantur in opere splendido E. Dodwelli: Views and Descriptions of Cyclopiam or Pelagic Remains in Greece and Italy (London 1834), Tab. XLII et XLIII p. 22. Attigit quoque Clarke I. supra l. p. 216. Si Plut. fides, Syllae tempore Tithora arx tantum fuisse videtur in colle Parnassi undique decli-

ἐπ' ἑαυτῆς· Τιθορέα οὔνομα αὐτῆ· ἐς τὴν δὴ ἀνη-
 ζυεῖσαντο, καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν. οἱ δὲ πλεῦνες αὐ-
 τῶν ἐς τοὺς Ὀξόλας Λοκροὺς ἐξεκομίσαντο, ἐς Ἀμ-
 φισσαν πόλιν, τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰκειομέ-
 4νην. Οἱ δὲ βάρβαροι τὴν χώραν πᾶσαν ἐπέδραμον 25
 τὴν Φωκίδα· Θεσσαλοὶ γὰρ οὕτω ἤγον τὸν στρατόν·
 ὀκόσα δὲ ἐπέσχον, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον, καὶ
 33 ἐς τὰς πόλεις ἐνιέντες πῦρ καὶ ἐς τὰ ἱερά. Πορευό-

Abac, templo
 oraculoque Apol-
 lincis celebres.

vi ac praecipiti exstructa (φορού-
 ριον ἀπορφῶγι κρημνῶ περι-
 κοπτόμενον), quo Phocenses
 fugientes se servarint.

ἀνηεῖσαντο] i. e. res suas
 eo (in superiorem locum) secum
 comportarunt, ne scil. hostium
 in manus incidere. Accusa-
 tivum obiecti (τὰ κτήματα s.
 χρήματα), quem posuit III, 148
 coll. IV, 36, neque hic addidit,
 neque ad ἐξεκομίσαντο, (res
 suas exportarunt securitatis cau-
 sa), quod supra VIII, 20 coll.
 36 invenitur.

ἐς Ἀμφισσαν πόλιν τὴν
 ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰ-
 κειομένην] Κρισαίου retinui,
 cum recentt. edd., quamvis duo
 codd. Κρισσαίου cum Valla.
 Nam apud Thucydidem quo-
 que meliores codd. hanc vocem
 una litera σ scriptam exhibent.
 Plura Duker. et Poppo (I, 1 p.
 210) ad Thucydid. I, 107 et
 Wasse ad Thucydid. II, 69.
 Campus Crisaeus ad Parnassi et
 Cirphidis radices extensus val-
 de praedicatur a veteribus,
 quamquam incultus iacuit, cum
 deo esset consecratus. Quin
 etiamnum insignem fertilita-

tem, quâ multum frumenti
 profert oleasque alit, laudant
 peregrinatores. Vid. Kruse
 Hellas II, 2 p. 12. 13. Ubi
 desinit campus occasum et se-
 ptemtrionem versus, exstructa
 fuit Amphissa, Locrorum ditio-
 ni accensa, ad radices montium,
 qui olim ad Parnassum perti-
 nebant quibusque nunc nomen
 Κοφίνης et Ελατός. Laetissi-
 mam esse regionem, unde late
 pateat prospectus, testantur re-
 centiores. Nunc pauca quae-
 dam urbis dirutae exstant re-
 liquiae non procul ab urbe So-
 lona, ut nunc dicitur. Plura
 vid. apud Kruse I. I. II, 2 pag.
 161 seq. coll. 151. Reprae-
 sentavit has reliquias, quae ad
 arcem pertinuerunt Dodwellus
 opere laudato Tab. XXXII et
 XXXIII; Crissaei campi, ut nunc
 quoque vocant, conspectum de-
 dit tab. XXXVII.

ἐπέδραμον] Conf. VIII,
 23. In seqq. ad ἐς τὰς πό-
 λεις καὶ ἐς τὰ ἱερά conf. VI, 9
 ibique allata. Cum verbis ὀ-
 κόσα δὲ ἐπέσχον compara
 Pausan. X, 23 §. 3: ὅσῃν
 ἐπεῖχεν ἢ τῶν Γαλατῶν
 στρατιά.

μενοι γὰρ ταύτη παρὰ τὸν Κηφισὸν ποταμὸν, ἐ-
δηλοῦν πάντα, καὶ κατὰ μὲν ἕκασταν Δρύμον πό- 30

Cap. XXXIII.

παρὰ τὸν Κηφισὸν ποτα-
μὸν] *Cephissus* fluvius prima-
rius fertur in Phocide, pluribus
memoratus scriptoribus, ad se-
ptentrionale Parnassi latus in
ipsius Phocidis ac Doridis con-
finiis orsus prope Lilaeam vete-
rem, non longe a vico Suallo,
ut nunc dicunt. Ipsum flu-
vium nunc vocant *Mauropota-*
mo. Cf. Kruse I. I. II, 2 p. 14. 15.

κατὰ μὲν ἕκασταν] Tmesin
hic obviam attigit Matth. Gr.
Gr. §. 594 p. 1190. Vid. et-
iam Herod. VIII, 89. Ad ar-
gumentum loci praeter Plutar-
chum, qui II p. 868 B. *tredecim*
ex Herodoto scribit ἄρβες
Phocensium a Persa incensas
(cum rectius scripsisset *πεντε-*
καίδεκα, si quidem h. l. *duo-*
decim et paulo post *tres* memo-
rantur urbes a Persis incensae),
comparatur inprimis Pausanias
X, 3 §. 2 coll. 33 §. 6. 34 §.
1, ubi de Phocidis oppidis a
Xerxe et longe post a Philippo
Macedone per bellum sacrum
eversis loquitur. Quam Hero-
dotus vocat *Δρύμον*, eam ap-
pellat *Δρυμαίαν* cap. 3 §. 2 et
33 §. 6, ubi Siebelis pag. 297
attulit Stephani Byz. locum,
ubi *Δρυμία*. Sed Kruse (Hell.
II, 2 p. 87. 88) ibi legi vult
Τριταία. Ut ut est, nunc ibi
vicum *Baba* esse notat Man-
nert VIII p. 171 seq. Gellius
ruinas, quas intra Lilaeam ac
Dadi invenit, ad Drymaeam

pertinuisse arbitratur. Conf.
Siebelis ad Pausan. I. I. pag.
300 et Kruse I. I. De situ *Cha-*
radrae, quam uterque scriptor
nominat, non prorsus liquet.
Conf. Kruse I. I. pag. 84 seq.
Nec magis liquet de *Erocho*,
quae, si recte statuit Kruse I.
I. p. 69, probabiliter quaerenda
est intra Charadram et Tethro-
nium, ubi sane oppidi cuiusdam
reliquiae exstare dicuntur prope
vicum Suallo. *Tethronium*, sive
Tithronium, ut Pausanias ap-
pellat I. I. coll. Stephan. Byz.
s. v., Locridis oppidum fuisse
ad Thermopylarum angustias
situm, ex Aeschin. De fals. le-
gat. §. 37 et Diodor. XVI, 33
cognoscitur. Ruinas urbissunt,
qui ad laevam Cephissi ripam
ponant, ubi nunc *Mulki*, non
valde remotum a Dadi; alii ad
dextram Cephissi collocant; mi-
nus recte, ut videtur. Cf. Sie-
belis I. I. p. 297 et Kruse II, 2
p. 86. *Ἀμφίκαιαν* urbem Pau-
sanias I. I. vocat *Ἀμφίπλεαν*;
quae fuit recentior urbis appel-
latio, Pausaniae tempore so-
lemnis, cum prius appella-
retur *Ἀμφίκαια*. Vid. Sie-
belis I. I. p. 296, ubi recentio-
rum peregrinatorum testimonia
attulit, quibus Amphiclea vetus
cum oppido *Dadi* sic satis con-
venire videtur. Ac sane Clarke
(Travels II, 3 chap. 8 p. 225
et 227) ad Amphicream referri
vult moenium grandium actur-
rium reliquias prope locum

λιν, κατὰ δὲ Χαράδρην, καὶ Ἐρωχον, καὶ Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιαν, καὶ Νέωνα, καὶ Πεδιέας, καὶ Τριτέας, καὶ Ἐλάτειαν, καὶ Γάμπολιν, καὶ Παραποταμίους, καὶ Ἄβας· ἔνθα ἦν ἱρὸν Ἀπόλλωνος³⁵ πλούσιον, θησαυροῖσί τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον· ἦν δὲ καὶ τότε, καὶ νῦν ἐστὶ, χρηστήριον αὐτόθι· καὶ τοῦτο τὸ ἱρὸν συλίσαντες 635
 ζένεπρῃσαν· καὶ τινες διώκοντες εἶλον τῶν Φωκέων

Dadi in colle sitas. At Kruse I. I. p. 8 mavult cogitari de eo loco, qui occasum versus a vico Ternitza prope Oglunitza quasdam oppidi reliquias in colle contineat, duas horas a Dadi remotas, quae ipsa multo propior Lilaeae sit. De Neone diximus ad VIII, 32. Πεδιέας et Τριτέας neglexit Pausanias. Ad hos quod referunt Τριταέας apud Thucyd. III, 101 (ubi vid. interpret.), recte observare videtur Kruse I. I. pag. 88 hosce Thucydidis Tritaenses alios esse atque Herodoti Tritenses, qui teste Stephano Byz. ad Locros Ozolas pertinerint, eumque fere locum tenuerint, quem nunc obtineat pagus Turcochori. Idem Kruse I. I. p. 89 Pedienses intra Neonem (Belitza) et Tritaeam (Turcochori) collocat.

καὶ Ἐλάτειαν] *Elatea* omnium Phocidis terrae urbium maxima perhibetur loco sita ad Boeotiam invadendam valde opportuno. Vid. Pausan. X, 34 §. 1 ibique Siebelis p. 300, qui recentiorum quoque peregrinatorum attulit testimonia de situ

urbis, in cuius locum nunc cessisse volunt vicum *Eleuta* a Tithorea duabus horis distantem. Plura Kruse II, 2 pag. 76 seq. Minus recte alii vicum Turcochori huc referunt. Conf. Clarke Travels II, 3. chap. 8 pag. 225, qui ipse eo inclinare videtur. De *Hyampoli* vid. nott. ad VIII, 28; de *Abis* nott. ad I, 46. VIII, 27. *Parapotamios* recenset quoque Pausanias X, 3 §. 2. 33 §. 4 coll. Strabon. IX pag. 424 s. 649 A. *Παραποταμία* exstat apud Stephan. Byz. s. v. pag. 626. Quae a Persis incensa et post restituta fuit urbs, bello sacro iterum eversa non amplius refloruit, cum Pausaniae aetate vel ruinae periissent, ut ne locus quidem, ubi sita fuerit, certo definiti possit. Conf. Siebelis ad Pausan. I. I. pag. 295 et potissimum Kruse II, 2 pag. 72 seqq., qui Gell. secutus urbem collocat in Cephissi valle infra Anemoreciam, ad cuius laevam castellum, quod in prominenti saxo fuit exstructum, prope Belesch, ut nunc vocant, duarum horarum intervallo ab

- πρὸς τοῖσι οὐρεσι· καὶ γυναικάς τινας διέφθειραν
 34 μισγόμενοι ὑπὸ πλήθους. Παραποταμίους δὲ παρα-⁴⁰Μοx Xercos, ex-
 μειβόμενοι οἱ βάρβαροι, ἀπίκοντο ἐς Πανοπέας. ercitu bipartito,
 cum parte altera
 eaque maiore
 Boeotiam sibi
 amicam ingre-
 ditur,
 ἐνθεῦτεν δὲ ἤδη διακρινομένη ἡ στρατιὴ αὐτῶν ἐ-
 2 σχίζετο. τὸ μὲν πλειστον καὶ δυνατώτατον τοῦ στρα-
 τοῦ, ἅμα αὐτῶν Ξέρξῃ πορευόμενον ἐπ' Ἀθήνας,
 3 ἐσέβαλε ἐς Βοιωτοὺς, ἐς γῆν Ὀρχομενίων. Βοιωτῶν⁴⁵
 δὲ πᾶν τὸ πλήθος ἐμῆδιξε· τὰς δὲ πόλεις αὐτῶν ἄν-
 δρες Μακεδόνες διατεταγμένοι ἔσωζον, ὑπὸ Ἀλεξάν-
 δρου ἀποπεμφθέντες· ἔσωζον δὲ, τῆδε βουλόμενοι
 δῆλον ποιέειν Ξέρξῃ ὅτι τὰ Μήδων Βοιωτοὶ φρο-
 νέοιεν. οὗτοι μὲν δὴ τῶν βαρβάρων ταύτῃ ἐτρά-⁵⁰
 ποντο.
- 35 Ἄλλοι δὲ αὐτῶν, ἡγεμόνας ἔχοντες, ὄρμεάτο alteram contra
 Delphos mittit.
 ἐπὶ τὸ ἱερόν τὸ ἐν Δελφοῖσι, ἐν δεξιῇ τὸν Παρνησ-
 σὸν ἀπέργοντες. ὅσα δὲ καὶ οὗτοι ἐπέσχον τῆς Φω-

Elatea remotum eo pertinuisse censet.

καὶ γυναικάς τινας διέφθει-
 ραν μισγόμενοι ὑπὸ πλήθους]
 i. e. mulieres quasdam interfecerunt, plurimi numero cum ipsis se miscentes s. ipsis vim inferentes.

Cap. XXXIV.

ἐς Πανοπέας] Legitur urbis nomen VIII, 35 coll. Pausan. X, 4 §. 1 ibique Siebelis pag. 162, qui, recentiorum quoque testimoniis allatis, urbem supra Orchomenum et Chaeroneam sitam fuisse narrat, ubi nunc vicus reperitur *Agios Blasios*. Namque postea bello sacro iterum eversa a Romanis Sylla duce ita vastata est, ut Pausaniae aetate prorsus diruta iaceret. Alia dabunt Mannert. VIII

p. 179. Kruse II, 2 pag. 59. In E. Dodwelli opere paulo ante laudato Tab. XLVI exhibentur hae murorum reliquiae maximae molis et sane mirandae, ut a Cyclopiis exstructi illi videantur.

ἐς γῆν Ὀρχομενίων] Articulum τῶν, quem post γῆν inserunt, delevi auctoritate Florentini libri. Retinuit eum Matthiae, Bekkerus edidit ἐς γῆν τῆν Ὀρχομ. Colligit autem hoc ex loco C. O. Müller. Orchomen. pag. 403 a Cr. excitatus, Persici belli tempore Orchomeniorum terram supra Cephissum fuisse extensam. — Ad locutionem τὰ Μήδων φρονεῖν conf. nott. ad VII, 145.

Cap. XXXV.

ἀπέργοντες] Vid. nott. ad VII, 109. Ad verbum ἐσινά-

κίδος, πάντα ἐσιναμάωρον· καὶ γὰρ τῶν Πανοπίων
 εἰς τὴν πόλιν ἐνέπηρσαν, καὶ Δαυλίων, καὶ Αἰολιδέων. 55
 Ἐπορεύοντο δὲ ταύτῃ ἀποσχισθέντες τῆς ἄλλης στρα-
 τῆς τῶνδε εἵνεκα, ὅπως συλήσαντες τὸ ἱερὸν τὸ ἐν
 3 Δελφοῖσι, βασιλεῖ Ξέρξῃ ἀποδέξαιεν τὰ χοήματα.
 πάντα δ' ἠπίστατο τὰ ἐν τῷ ἱερῷ ὄσα λόγον ἦν ἄξια
 Ξέρξης, ὡς ἐγὼ πυρθάνομαι, ἄμεινον ἢ τὰ ἐν τοῖσι 60
 οἰκίοισι ἔλιπε, πολλῶν αἰεὶ λερόντων, καὶ μάλιστα

μωρον conf. nott. ad I, 152.
 Hesychius I p. 1458: ἐσινα-
 μάωρον (sic)· ἐσίοντο.

καὶ Δαυλίων, καὶ Αἰολιδέων] Persae Delphos profecti sunt eā via, quae postea quoque Chaeronea Delphos ducebat, in Krusii mappā geographicā accurate delineata. E Pano-pensium igitur agro progressi primum venere in *Dauliorum* urbem, quae ab aliis vocatur *Δαυλῖς*, (conf. Homer. II. II, 520) exstructa in saxo praecipiti sed bello sacro eversa. Adhuc prope veteris urbis reliquias invenitur vicus, nomine *Daulia*. Vid. C. O. Müller. Orchomen. pag. 484. Kruse II, 2 pag. 60 seq. Observat Dodwell. in Opere laudato pag. 22, ubi tab. XLIV et XLV murorum arcis reliquias exhibuit, duas huius vici ecclesias maximam partem e veteris Dauliae lapidibus esse constructas. Iam Daulide profecti monteque superato ad Pleisti fontem pervenere, unde nonnihil remotum probabiliter situm fuit *Aeolidarum* oppidum eo fere loco, quo nunc ruinae quaedam repertae sunt, quibus a Gell. nomen tribuitur *Castro*

Panies, a Dodwello *Zimeno* s. *Palαιο Aracoba*. Equidem nil discerno, praesertim cum nulla sit urbis mentio nec apud Strab. nec apud Pausan. Cf. Kruse I. l. p. 64. 65. Inde vallem Pleisti secuti Persae in Delphorum planitiem descendunt ad ipsam usque urbem, quā nunc cernitur monasterium Castri. Unde satis patet, quid de Valckenaerii iudicandum sit coniectura pro *Αἰολιδέων* (a voce *Αἰολίδαί*, conf. Struve Spec. II. Quaest. de dialect. Herod. p. 3) reponentis *Αἰλαίων*, ut *Αἰλαίαν* intelligamus, quam inter Phocensium urbes refert Pausanias X, 3 §. 2. 33 §. 2, quam tamen non longe a Tithorea inter Gravia et Dadi, ut nunc vocant, sitam fuisse probabile, ad septentrionale Parnassi latus, ubi adhuc reliquias quasdam se vidisse testatur Gell. Vid. C. O. Müller. Orchomen. p. 484. 497. Kruse II, 2 pag. 84. Siebelis ad Pausan. I. I. p. 292. 293.

πάντα δ' ἠπίστατο] ἠπίστατο e Florent. aliisque dedit cum Schwgh. et Gaisf. probante H. Apetzio, qui citat II, 53.

36 τὰ Κροίσου τοῦ Ἑλλάττω ἀναθήματα. Οἱ Δελφοὶ δὲ, πυνθανόμενοι ταῦτα, ἐς πᾶσαν ἀρῆσδιήν ἀπίκατο. ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες, ἔμαντευόντο περὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων, εἴτε σφέα κατὰ 65 2 γῆς κατορύξωσι, εἴτε ἐκκομίσωσι ἐς ἄλλην χώραν. ὁ δὲ θεὸς σφεας οὐκ ἔα κινέειν, φᾶς „αὐτὸς ἰκα- „νὸς εἶναι τῶν ἑωυτοῦ προκατῆσθαι.“ Δελφοὶ δὲ, 3 ταῦτα ἀκούσαντες, σφέων αὐτῶν πέρι ἐφρόντιζον. τέκνα μὲν νυν καὶ γυναῖκας πέρον ἐς τὴν Ἀχαιῆν διέπεμψαν· αὐτῶν δὲ οἱ μὲν πλείστοι ἀνέβησαν ἐς 70 τοῦ Παρθησοῦ τὰς χορυφάς, καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον

Delphi qua ratione salutis suae prospicerint.

116. VII, 136. VIII, 25. Et conf. quoque III, 66. VIII, 5. V, 42. In Sancrofti libro alioque exstat ἐπιστάτο. Schaeferus dederat ἐπίστατο. — De donariis a Croeso Delphos missis conf. I, 50 seq. 92.

Cap. XXXVI.

ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες] i. e. magno timore correpti. Supra VIII, 12, ἐς φόβον κατιστάτο. Mox e Florentino aliisque codd. cum Matth. et Bekker. restitui coniunctivos κατορύξωσι et ἐκκομίσωσι pro futuris κατορύξουσι et ἐκκομίσουσι, quae hic ferri posse iure negat Werfer. Act. phil. Monacc. I p. 234 seq. coll. 230, ubi de coniunctivo deliberativo pluribus exponit. Nam illi non de eo, quid *facturi sint* (ubi futuro locus), sed de eo, quid *faciendum sit*, oraculum consulunt; num scil. pecunias sacras defoderent an exportarent, ob sie dieselben vergraben oder anders wohin bringen sollten. Vid.

G. Hermann. Opuscul. IV pag. 91. 92 et virum doctum in Schulzeit. 1831 II pag. 987. Accedit etiam illud, quod Herodotus vix dixisset ἐκκομίσουσι, sed potius ἐκκομιεῦσι. De ipso verbo ἐκκομίζω conf. VIII, 32 et in seqq. ad οὐκ ἔα nott. ad V, 36. Eadem fere Pausan. X, 23 §. 1, cuius omnis de Brenno Galatorumque incursione narratio ex Herodoto duxit colorem, ad eius narrationem de Persis Delphos aggredientibus efficta.

φᾶς αὐτὸς — προκατῆσθαι] i. e. dicens se ipsum ad tutanda sua sufficere. Wesseling. ad locutionem conferri vult IX, 105 et Euseb. Praepar. Ev. IX, 27, ubi occurrunt στρατηγοὶ προκαθεδόμενοι τῆς χώρας: qui regionem tumentur.

τέκνα μὲν νυν καὶ γυναῖκας] Articulum, quem hisce praemisit VIII, 41 coll. 4, et h. I, et VIII, 40 neglexit. Plura Sintenis ad Plutarch. Themist. 10 p. 68.

καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον

ἄντρον ἀνηείκαστο· οἱ δὲ ἐς Ἀμφίσσαν τὴν Λο- 636
 κροῖδα ὑπεξῆλθον. πάντες δὲ ὧν οἱ Δελφοὶ ἐξέλι-
 πον τὴν πόλιν, πλὴν ἐξήκοιτα ἀνδρῶν καὶ τοῦ προ-75
 φήτεω. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἦσαν οἱ βάρβαροι ἐπιόν-
 τες, καὶ ἀπώρουν τὸ ἱεῖον, ἐν τούτῳ ὁ προφήτης
 τοῦ οὔνομα ἦν Ἀκῆρατος, ὄρα̃ πρὸ τοῦ νηοῦ ὄπλα

37

Prodigia a deo
 Delphico barba-
 ris appropin-
 quantibus obic-
 ta,

ἀνηείκαστο] Recte Larcher. *ils transportèrent leurs effets.* Tu vid. nott. ad VIII, 32. Attigit Herodotea Eustath. ad Odys. p. 1604, 4 s. 319, 20. Locum de *Corycio antro* classicum Pausan. X, 23 §. 5 coll. Aeschyl. *Emmenid.* 22 dudum attulit Wesseling., cui *Cr.* addi vult Ilgen. ad *Hymn. Homerr.* p. 318. Quae spelunca omnium, quotquot continuit Parnassus, celeberrima non longe distat a vico Diagorea ut nunc vocant, in veteris oppidi Lyco-reae locum probabiliter exstructo, ut patet ex inscriptione nuper ibi reperta. Dignam laudibus, quibus veteres affecerunt, eam nunc quoque esse testantur recentiores. Apud indigenas nunc nomen *Saranda aulæ*, quod scil. quadraginta cameras hoc antro contineri putant. Vid. Kruse II, 2 pag. 7. 8. coll. Siebelis ad Pausan. I. I. pag. 285 seq.

ὑπεξῆλθον] *clam discesserunt.* Conf. I, 73. De *Amphissa* urbe vid. nott. ad VII, 32.

καὶ τοῦ προφήτεω] De hac voce vid. nott. ad VII, 111. *Cr.* addit Matth. *Animadvers.* in *Hymn. Homeric.* p. 183. Quod vero *unus h. l. propheta*

s. templi antistes memoratur, seriori aetate plures prophetas, s. oraculorum interpretes Delphis fuisse notat Wesseling. e *Plut.* II pag. 410 F. *Aelian.* H. A. X, 26 coll. *Van Dale De orace,* V p. 104. Ut enim oraculi fama aucta et pervulgata, ad crebram sciscitantium turbam duabus adeoque tribus erat opus *προφήτισιν* (conf. *Wessel.* ad *Diodor.* XVI, 26), ita etiam pluribus *prophetis* postea opus fuisse consentaneum est.

Cap. XXXVII.

καὶ ἀπώρουν τὸ ἱεῖον] *Schweigh.* in *Lex. Herod.:* *cum procul s. eminus conspicerent s. prospicerent.* Nec male *Lange:* „und schon den Tempel ansichtig wurden.“ Satis vero notum, ubi olim Delphicum fuit templum, nunc esse vicium *Castri;* ipsa Delphorum urbs ad viam, quae a vico *Castri* ducit *Crissam*, sita erat. Vid. *Kruse* II, 2 pag. 41 seq. 44. *Clarke Travels* II, 3 cap. VI p. 177 seq.

ὄρα̃ πρὸ τοῦ νηοῦ ὄπλα — ἐξηνειγμένα ἱερά] *i. e. conspicit arma sacra ante aedem proiecta intrinsecus (ex interiori aede) huc allata, quae tangere*

προκείμενα ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἔξενηνευγμένα
 2 ἰρά, τῶν οὐκ ὄσιον ἦν ἄπτεσθαι ἀνθρώπων οὐδενί.
 ὁ μὲν δὴ ἦτε Δελφῶν τοῖσι παρεοῦσι σημαίνων τὸ 80
 τέρας. Οἱ δὲ βάρβαροι ἐπειδὴ ἐγίνοντο ἐπειγόμενοι
 κατὰ τὸ ἰρὸν τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης, ἐπιγίνεται
 σφι τέρεα ἔτι ἡμέξονα τοῦ πρὶν γενομένου τέρεος.
 3 θῶμα μὲν γὰρ καὶ τοῦτο κάρτα ἐστὶ, ὅπλα ἀρήϊα 85
 αὐτόματα φανῆναι ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ· τὰ δὲ
 δὴ ἐπὶ τούτῳ δευτέρα ἐπιγεγόμενα, καὶ διὰ πάντων
 4 φασμάτων ἄξια θωμαῖσαι μάλιστα. Ἐπεὶ γὰρ δὴ
 ἦσαν ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἰρὸν τῆς Προ-

homini nefas ducebant. Ubi vo-
 cem ἔσωθεν, quam in ἔξωθεν
 mutari voluerat Stephanus, be-
 ne tuetur Wesseling., si qui-
 dem arma sponte sua e tem-
 pli penetrali (ἔσωθεν ἐκ τοῦ
 μεγάρου) exiisse dicuntur. Vox
 ἰρά non sine vi quadam ita vi-
 detur esse postposita. Ad vo-
 cem μεγάρου, quā interior tem-
 pli pars s. penetrale indicari so-
 let, conf. nott. ad I, 65. VI,
 134. Sed νηοῦ vocabulo
 omnem hic templi molem sive
 ambitum declarari putem, ut
 VIII, 39 voce ἰροῦ. Ut ad
 ipsum denique portentum ve-
 niam, simile quid Thebis ante
 Leucetricam pugnam accidisse
 narrat Cicero De Divin. I, 34
 a Valckenaerio laudatus; in
 templo Herculis scil. valvas
 clausas repagulis subito se ip-
 sas aperuisse armaque, quae
 fixa in parietibus fuerint, ea
 esse humi inventa. Tu vid.
 quoque Xenoph. Hellen. VI, 4,
 7. Diodor. XV cap. 53, quos
 ad Ciceronis locum Davisius
 laudavit.

HERODOT. IV.

τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης]
 Προνηΐης et h. l. et paulo in-
 ferius (ubi Schaeferus haud
 sibi constans dederat Προναί-
 ης) reposui cum Gaisf. et Bek-
 kero. In Flor., Medic. aliis in-
 venit Προνοίης, quod recepit
 Matthiae, in aliis Προνοι-
 ῆς et Προνοίας. Tu vid.
 Harpocrat. s. v. Πρόνοια et
 imprimis Pausan. X, 8 §. 4,
 ubi memorat templum Ἀθη-
 νᾶς Προνοίας; sic enim ibi
 dedit Siebelis pag. 181 seq.
 plures excitans viros doctos,
 qui alterutram amplexi sunt
 lectionem, illudque adiiciens,
 cognatam videri Minervam
 πρόνοον in Apollinis Ismenii
 templo apud Pausan. IX, 10
 §. 2. Conf. nott. ad Herod.
 I, 92. Cr. hoc loco conferri
 vult the classical Journal Vol.
 XI p. 151. — Ad formam ge-
 nitivi τέρεος conf. Matth. Gr.
 Gr. §. 84, not. 3 pag. 187, et
 ad locutionem διὰ πάντων
 φασμάτων nott. ad Herod. VI,
 63. Pro θῶμα et θωμαῖσαι
 reposui θῶμα et θωμαῖσαι.

νηϊης Ἀθηναίης, ἐν τούτῳ ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κε-90
ραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον, ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησσοῦ
ἀπορῥαγεῖσθαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῶ πατάγῳ
ἐς αὐτοὺς, καὶ κατέλαβον συχρούς σφραων, ἐκ δὲ τοῦ
ἰσοῦ τῆς Προνηϊης βοή τε καὶ ἀλαλαγμὸς ἐγίνετο.

38

illorumque fuga
turpis.

Συμμιγνέντων δὲ τούτων πάντων, φόβος τοῖσι βαρ-95
βάρουσι ἐνεπεπτώκεε. μαθόντες δὲ οἱ Δελφοὶ φεύ-
γουτάς σφραας, ἐπικαταβάντες, ἀπέκτειναν πληθὸς τι
2 αὐτῶν· οἱ δὲ περιεόντες ἰθὺ Βοιωτῶν ἔφενυγον. Ἐλε-
γον δὲ οἱ ἀπονοστήσαντες οὔτοι τῶν βαρβάρων,
ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ὡς πρὸς τούτοισι καὶ ἄλλα ὄ-
ρων θεῖα· δύο γὰρ ὀπλίτας μέξονας ἢ κατὰ ἀνθρώ-

637

ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυ-
νοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον κ. τ. λ.]
Idem prodigium enarrat Dio-
dor. XI, 14 (ubi conf. Wesse-
ling.) et Justin. II, 12. Et quod
mirum auditu, eadem, quae
Persas, Galatas quoque irrum-
pentes abegisse a templo spo-
liando narrat Pausanias, ipsis
ferme Herodoti verbis hac in
re enarranda usus I, 4 §. 4 et
X, 23 §. 3, ubi inter alia haec
verba teneri volumus: πέτραι
τε ἀπολισθάνουσαι τοῦ Παρ-
νασσοῦ μεγάλαι καὶ κρημνοὶ
καταρῥήγνυμῆνοι σκοπὸν τοὺς
βαρβάρους εἶχον; quibus si-
millima leguntur apud Iusti-
num XXIV, 8 haec: „terrae
motu portio montis abrupta
Gallorum stravit exercitum.“
Ac negant Diodorus et Pausa-
nias ipsam Apollinis aedem a
Persis directam esse incendio-
que vastatam, dissentiente Plu-
tarcho Vit. Num. 9 pag. 66 C.,
qui τὸν ἑρὸν λύχνον sive ae-
ternum illum ignem, cum tem-

plum a Medis inflammaretur,
extinctum esse tradit. Apud
Herodotum nil quidquam le-
gitur tale II, 180. V, 62. Cte-
siam si audiamus Perss. Ex-
cerptt. §. 25, Mardonius a
Xerxe missus ad Apollinis ae-
dem spoliandam ibi occubuit
χαλάρης ἐπιπεσοῦσης παχείας
i. e. grandine ingruente cras-
sa. Ac sane ita Persas retu-
lisse, quae a Graecis dein mi-
rum in modum ampliata et ex-
ornata sint, credas licet.

Cap. XXXVIII.

ἐνεπεπτώκεε] In Sancrofti
libro ἐπεπτώκεε, in alio libro
ἐπεπεπτώκεε. Tu cf. IV, 203.
VII, 43 et de plusquamper-
fecti usu Matth. Gr. Gr. §. 505.
IV pag. 960. Ad voces ἰθὺ
Βοιωτῶν conf. V, 64 ibique
citt. Plures codd. hic offruent
εὐθύ.

μέξονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων
φύσιν ἔχοντας] Cum crebrius
occurrat locutio μείζων ἢ κατ'

39 πων φύσιν ἔχοντας ἔπεσθαί σφι, κτείνοντας καὶ δια-
 κονταις. Τούτους δὲ τοὺς δύο Δελφοὶ λέγουσι εἶ-
 ναι ἐπιχωρίους ἥρωας, Φύλακόν τε καὶ Αὐτόνοον,
 τῶν τὰ τεμένεά ἐστι περὶ τὸ ἱερόν· Φυλάκου μὲν,
 παρ' αὐτὴν τῆν ὁδὸν κατύπερθε τοῦ ἱεροῦ τῆς Πρω-
 νῆς· Αὐτονοοῦ δὲ, πέλας τῆς Κασταλῆς, ὑπὸ τῆ

Heroes Phylacus
 et Autonous.

ἄνθρωπον (v. c. apud Plat. Apolog. p. 20 E. Matth. Gr. Gr. §. 449) Dorvill. ad Charit. pag. 182 [310 seq.] refingit vult ἢ κατὰ ἄνθρωπον. Wesselingio, conferenti Ioseph. Antiq. I, 19 §. 1 placuerat μέζονα ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας. Koenius unum ἔχοντας mutari voluit in ἑόντας, ut intelligerentur armati hominum staturá altiōres; eamque emendationem Valckenaerio quoque probatam in textum receperunt Schaefer. et Matthiae, in vitis sane libris scriptis, a quibus equidem cum Bekkerō hic stare malui, ἔχοντας accipiens se habentes. Neque enim cum Schweigh., qui minus recte huc referri posse putat locutionem ληρεῖς ἔχων, participium hoc verbis finitis adici solitum ita explicuerim, ut *continuitatem* quandam indicet; ubi medio verbo ἔχομενος, quod proxime sequenti ἔπεσθαί iungatur, opus fuisse crediderim; quod idem bene sensit Hoeger. hunc locum tractans in Actt. philoll. Monacc. III, 4 pag. 520, ubi μέζονας in μεζόνως mutari vult. Negris, qui iungit cum verbo ἔχοντας sequentia verba ἔπεσθαί σφι, interpretatur: δὲν ἔπαυσαν

τοῦ νὰ τοὺς ἀκολουθῶσι, non destiterunt ab insequendo, cum verbum ἔχοντας hic continuationem insecutionis denotet. Ad ipsum argumentum Cr. conferri iusserat Heyne Excurs. XIII ad Virgil. Aen. Lib. I. De ἐπιφανείαις.

Cap. XXXIX.

εἶναι ἐπιχωρίους ἥρωας] Ita e Florentino aliisque dedi cum recentt. Vulgo verbum εἶναι reliquis postponitur. Simili autem modo Pausanias scribit X, 23 §. 3, Gallis quoque terribiles adparuisse tres heroes templo auxilium ferentes, Laodocum, Hyperochum, Pyrrhum; quibus quartus etiam a Delphis accensetur Phylacus, indigena heros, cuius sacellum prope Minervae Pronaetae templum commemorat idem Pausanias X, 8 §. 4.

πέλας τῆς Κασταλῆς] De Castalia, fonte celeberrimo, quem ibi fuisse volunt, ubi nunc Sancti Ioannis monstratur sacellum, prope vetus templum nunc dirutum, vid. Pausan. X, 8 §. 5 ibiq. Siebel. pag. 182. Kruse II, 2 p. 16 seq. 44 seq. Descripsit et in tabula aeri incisâ repraesentavit Clarke Travels II, 3 chap. VI p. 184 seq.

2' Ταμπείη κορυφή. Οἱ δὲ πεσόντες ἀπὸ τοῦ Παρ-
νησοῦ λίθοι ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς ἦσαν σόοι, ἐν τῷ τε-
μένει τῆς Προυῆτης Ἀθηναίης κείμενοι, ἐς τὸ ἐνέ-
σκηψαν διὰ τῶν βαρβάρων φερόμενοι. Τούτων μὲν 10
νυν τῶν ἀνδρῶν αὕτη ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἀπαλλαγὴ
γίνεται.

40

Artemisio reli-
cto [c. 21.], clas-
sis Graecorum
petit Salaminem

Ἐπεὶ δὲ Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἀπὸ τοῦ Ἀρ-
τεμισίου, Ἀθηναίων δεηθέντων, ἐς Σαλαμίνα κατί-
2 σχει τὰς νῆας. τῶνδε δὲ εἵνεκα προσεδείθησαν
αὐτῶν σχεῖν πρὸς Σαλαμίνα Ἀθηναῖοι, ἵνα αὐτοὶ 15

ὑπὸ τῇ Ἐταμπείη κορυφῇ] Mavult Valckenaer. Ἐταμπείη, ut magis sit Ionicum. *Hyampea* vocabatur Parnassi pars super Delphos ad orientem exurgens, ubi saxa maxime praecipitia, unde facinorosos et impios deiicere solebant, (vocantur autem Phaedriadae) octingentos pedes supra Delphos et duo mille pedes supra mare eminentia. Vid. C. O. Müller. Orchomen. pag. 494. Kruse Hell. I. I. pag. 5—8. Valcken. de rupe Hyampea laudaverat Perizon. ad Aelian. V. H. XI, 5 et Wesseling. ad Diodor. XVI, 28 coll. ad XI, 14, ubi hic scriptor ad aedem istam Minervae, Persis divinitus fugatis, Delphos tradit erexisse tropaeum additque epigramma tropaeo huic inscriptum, quod inde analectis inseruit Brunck. III p. 178 nr. 143 coll. Jacobs. Animadverss. T. III, 1 pag. 370.

ἦσαν σόοι] Sacerosti liber cum aliis σωοι. Sed conl. II, 181. V, 96. Matth. Gr. Gr. §.

124 pag. 246. — In seqq. ad verbum ἐνσκήπτειν conf. nott. ad I, 105. Pausanias X, 23 §. 3, utitur verbo κατασκήπτειν. Participium φερόμενοι attigi ad VIII, 28.

Cap. XL.

κατίσχει τὰς νῆας] Conf. nott. ad VI, 101 et add. VIII, 41. 42. Mox cum Bekkero dedi τῶνδε δὲ εἵνεκα, ubi Schaefer. et Matth. ex Sacerosti libro dant τῶν δε εἵνεκα. At vid. VII, 5. 53. VIII, 75.

σχεῖν πρὸς Σαλαμίνα] Ad locutionem conf. nott. ad VI, 92 et Schaefer ad Lambert. Bos. De ellips. L. Gr. pag. 316. Est vero Salamis insula bene sita, tum ad rem bellicam inde instituendam, tum ad securitatem eorum, quae in tuto collocari volumus, procurandam optimumque belli receptaculum. Unde explicandum, quod illa aetate, Persis imminentibus, in hanc potissimum insulam Athenienses mulieres,

παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ὑπεξαγάγονται ἐκ τῆς Ἀτ-
 τικῆς, πρὸς δὲ καὶ βουλευσονται τὸ ποιητέον αὐ-
 3 τοῖσι ἔσται. ἐπὶ γὰρ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι
 βουλὴν ἔμελλον ποιήσεσθαι, ὡς ἐψευσμένοι γνώμης.
 4 δοκούντες γὰρ εὐρήσειν Πελοποννησίους πανδημεὶ 20
 ἐν τῇ Βοιωτῇ ὑποκατημένους τὸν βάρβαρον, τῶν
 μὲν εὖρον οὐδὲν ἔον, οἱ δὲ ἐπυρθάνοντο τὸν Ἴσ-
 θμὸν αὐτοὺς τειχέοντας ἐς τὴν Πελοπόννησον, περὶ
 πλείστου τε ποιευμένους περιεῖναι, καὶ ταύτην ἔχον-
 5 τας ἐν φυλακῇ, τὰ δὲ ἄλλα ἀπιέναι. ταῦτα πυν- 25
 θανόμενοι, οὕτω δὲ προσεδεδήθησάν σφρων σχεῖν

liberos, optima quaeque trans-
 tulerint; idemque nostra me-
 moria factum esse accepimus
 Graecis a Turcarum furore cre-
 brius e continenti in insulam
 Coluri, ut nunc illa vocatur,
 confugientibus fortunasque suas
 ibi in tuto collocantibus. Tu
 conf. Kruse I. I. II, 1 pag. 302.

παῖδάς τε καὶ γυναῖκας] Ar-
 ticulum omissum attigi supra
 ad VIII, 36. — In seqq. ad
 voces ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρή-
 γμασι (ob praesentem rerum sta-
 tum) vid. nott. ad VIII, 19.

ὑποκατημένους τὸν βάρβα-
 ρον] i. e. sedendo expectantes
 s. subsidentes et expectantes Per-
 sam. Conf. VII, 27. Ad se-
 quens οἱ δὲ conf. similia, quae
 exstant I, 56. V, 120. VII, 6.
 163. De argumento loci cf.
 Plutarch, Themistocl. 9. Diod.
 Sic. XI, 16.

τὸν Ἴσθμὸν αὐτοὺς τειχέ-
 οντας ἐς τὴν Πελοπόννησον]
 Ita cum Schweigh. et Gaisf.
 dedi codd. ita iubentibus, ex-
 cepto uno Sancrofti libro, qui
 pro ἐς exhibet καί. Schaeffe-

rus, quem sequuntur Matth.
 et Bekker., neque ἐς neque
 καὶ recepit, planissimam hoc
 modo reddens orationem. Sen-
 sum sic expressit Schweigh.
 „isthmum illos, quæ est introi-
 tus in Peloponnesum, muro inter-
 cipere.“ Apud Plutarch. The-
 mistocl. 9 legimus: διατειχι-
 ζόντων τὸν Ἴσθμὸν εἰς θά-
 λατταν ἐκ θαλάττης: quam lo-
 quendi formulam explicui ad
 Plutarch. Alcib. p. 225.

τὰ δὲ ἄλλα ἀπιέναι] Inceptâ
 orationis structurâ excidit No-
 ster, infinitivum ponens, ubi
 ob praegressa expectabas par-
 ticipium, nisi variare oratio-
 nem illum voluisse dixeris, ita
 ut primum verbo πυνθάνεσθαι
 participium pro more adstru-
 xerit, deinde vero in accusativi
 et infinitivi structuram oratio-
 nem conformarit. Cf. Matth.
 Gr. Gr. §. 549 not. 2 p. 1079.
 — In proxime seqq. voculam
 δὴ, quae post ταῦτα vulgo col-
 locabatur, e meliorum codd.
 auctoritate transtuli post οὕτω,
 praeuentibus Schweigh., Gaisf.

41
Desertae Athenae, paucissimis incolarum remanentibus [c. 51.].

πρὸς τὴν Σαλαμῖνα. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι κατέσχον ἐς τὴν Σαλαμῖνα, Ἀθηναῖοι δὲ ἐς τὴν ἑσωντῶν. μετὰ δὲ τὴν ἄπιξιν, κήρυγμα ἐποιήσαντο „Ἀθηναίων τῆ „τις δύνатаι, σώζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας.“
2 Ἐνθαῦτα οἱ μὲν πλεῖστοι ἐς Τροιζῆνα ἀπέστειλαν, 30 οἱ δὲ ἐς Ἀλγίναν, οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα. ἔσπευσαν δὲ ταῦτα ὑπεκθέσθαι, τῷ χρηστηρίῳ τε βουλούμενοι ὑψηρετέειν, καὶ δὴ καὶ τοῦδε εἵνεκα οὐκ ἦκιστα. 638 λέγουσι οἱ Ἀθηναῖοι, ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκρο-

et Bekkero. Sic quoque οὔτω δὴ VIII, 23. 31. coll. III, 32 not. VII, 174.

Cap. XLI.

Ἀθηναίων τῆ τις δύνатаι, σώζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας] Decretum tale erat, ut quo loco quisque suos liberos familiamque optime servare posset, in eo collocaret. Qui enim, facultate publice non concessâ, periculi imminentis tempore patriam reliquissent familiamve subtraxissent, eos proditorum loco habitos, qui crimen publica poenâ plectendum commisissent, indicant quae Larcherus ad h. l. protulit ex Lycurg. in Leocrat. pag. 154, 31 [p. 177 R.] Aeschine contr. Ctesiphont. pag. 468 F. [§. 86]. De Troezeniis, qui optime Athenienses exceperint, idem confert Plutarch. Themistocl. cap. 11. — Ad voces τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας conf. nott. ad VIII, 4, et ad verbum ἀπέστειλαν suppl. τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας. — Verbis οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα bene utitur Lessing. Vit. Sophocl.

(T. XIX p. 245 ed. Carlsruh.) a Cr. laudatus, quibus scil. probaret, Sophoclem puerum a parentibus securitatis causa delatum fuisse in Salaminem insulam.

ἔσπευσαν δὲ] Pro vulg. δὴ equidem cum recentt. lubens, recepi δὲ, quod Florentinus liber cum Sanctrofti libro alioque Parisino praebebant. Ad verbum ὑπεκθέσθαι conf. VIII, 4 et V, 65.

τῷ χρηστηρίῳ τε βουλούμενοι ὑψηρετέειν] In una Aldina post τε inserta leguntur verba: πειθόμενοι καὶ, ex interpretamento, opinor. Respicit autem Noster ad oraculum VII, 141 — 143 allatum. Mox cum recentt. dedi elibrorum fere consensu: τοῦδε εἵνεκα, ubi Schaeferus dederat τοῦ εἵνεκα. Olim τοῦ τοῦ εἵνεκα.

ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος κ. τ. λ.] Athenienses in arce serpentem sive ut alii vocant draconem alebant, sacrum Minervae animal custodemque (τὸν οἰκουρόν) ipsius arcis. Vid. Hesych. s. v. II p. 726. Aristoph. Lysistr. 760.

3 πόλιος ἑνδαιτέεσθαι ἐν τῷ ἱερῷ. λέγουσι τε ταῦτα,³⁵
καὶ δὴ καὶ ὡς εἰσὶν ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέν-

Plutarch. Themist. 10 p. 116 E. Philostrat. Icon. II, 17 p. 837 s. p. 80 Iac. Eustath. ad Odys. p. 1425, 7 s. 64, 11. Versabatur ille draco probabiliter in Minervae Poliadis eâ cellâ, quae ipsius deae sanctuarium continebat, media inter Erechtheum et Pandroseum, ut notat C. O. Müller. De Minerv. Poliad. p. 28. coll. Rose Inscriptt. Graec. p. 161. Hinc Atticae deae crebrius additum videmus serpentem vel in vasorum picturis, ut bene observat Creuzer. in Symbol. II p. 727 seq. 744. Quo serpentis symbolo omne vitale intelligi vult Müller. l. l., quod, cum antea latuerit, nunc imperfectum et informe progeminet. Mibi hocce signo tam ad agriculturae initia quam ad artem medendi respici videtur. Cr. haec adscripsit: „Quod Hesychius l. l. addit: καὶ οἱ μὲν ἕνα φασίν (δράκοντα sc.) οἱ δὲ δύο, disertius Photius in Lex. (p. 319 Dobr. p. 274 Lips.) Οἰκουρὸν ὄφιν: τὸν τῆς Πολιάδος φύλακα καὶ Ἡρόδοτος· φύλαχοι δὲ αὐτοῦ δύο. Haec partim ex Herodoto partim ex Hesychio ita expleas: Καὶ Ἡρόδοτος μὲν ἕνα φησὶν ἐν τῷ ἱερῷ· Φύλαχος δὲ αὐτοῦ δύο. Nam ita codex Galei, a Porsono et Dobreo collatus pro Φύλαχοι, in quo non haesisse miror Schlessnerum (Animad-

vers. in Photii Lex. pag. 270). Atque si Hesychium pleniorem Herodoti codicem tractasse statuas, huic post ἐν τῷ ἱερῷ addendum censeas Ἐρεχθῆος [vel potius Ἐρεχθέος]. Nam τοῦ Ἐρεχθέος adiicit Lexicographus. Utut est, Photius prodit: Herodotus unum draconem in eo sacrario esse (narrasse scilicet, ut Herodotus ipse tradit, Athenienses), Phylarchus (historicus) duō ibidem esse.“

καὶ δὴ καὶ ὡς εἰσὶν ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες] Lange haec ita vernacule expressit: „und ausserdem, dass sie ihr, wie einem lebendigen Menschen, alle Monden ihr Theil versetzten, nämlich Honigkuchen.“ Schweighl., qui in Lexico Herodoteo s. v. ἐπιτελεῖν scribit „ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες, non: menstrua sacra faciunt sed: menstrua, menstruam pensionem persolvunt,“ in Latina versione sic expressit: „sed etiam tanquam re vera ibi versanti menstrua sacra faciunt adponuntque.“ Minus recte, si quid video. Nam praestat ἐπιμήνια referre ad προτιθέντες, hoc fere sensu: menstrua cibaria (s. placentas singulis mensibus) apponentes serpenti rem sacram faciunt s. sacra peragunt. Verbum προτιθέναι satis tritum de apponendis cibis; unde etiam, notante Valckenaerio, οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως, quos sa-

τες· τὰ δ' ἐπιμήνια, μελιτόεσσα ἔστι. αὕτη δ' ἡ μελιτόεσσα, ἐν τῷ πρόσθεν αἰεὶ χρόνῳ ἀναισιμονυμένη, 4 τότε ἦν ἄψανστος. σημηνάσης δὲ ταῦτα τῆς ἰρείης, 40 μᾶλλον τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ὡς καὶ τῆς θεοῦ ἀπολελοιπυλῆς τὴν ἀκρόπολιν. ὡς δὲ σφι πάντα ὑπεξέκειτο, ἔπλων ἐς τὸ στρατόπεδον. Ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπ' Ἀρτεμισίου ἐς Σαλαμίνα κατέσχον τὰς νέας, συνέρθεε καὶ ὁ λοιπὸς 45 πυνθανόμενος ὁ τῶν Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἐκ

42

Interim copiis
navalibus undi-
que coactis, na-
vium numerus

cerdotibus edere licuit, panes sc. in mensis sacris velut appositi diis, teste Athenaeo III p. 110 D. IV p. 137 E. VIII p. 346 E. Pausan. VI, 20 §. 2. Nec minus frequens ἐπιτελεῖν in re sacra peragenda festisque celebrandis, aliis id genus, ut II, 63. IV, 186, ubi haud moror accusativum omissum, quem facile mente addere possis, nisi ἐπιμήνια positum ἀπὸ κοινοῦ ad hoc quoque verbum trahere velis; quem in modum iam Valckenaerius haec ita erat interpretatus: *talem e melle placentam, singulis noviluniis recentem, veluti menstruam pensionem arcis persolvebant custodi.* Sunt autem τὰ ἐπιμήνια, quae in mensem praebentur alimenta s. menstrua cibaria, ut dixi ad Plutarch. Flamin. 5 pag. 89 not. Add. Harpocrat. s. v. Ἐπιμήνια.

μελιτόεσσα, quae Atticis etiam vocabatur μελιτοῦττα (cf. Matth. Gr. Gr. §. 121, not. 2 p. 244. Thom. Magist. p. 607 ibiq. Oudendorp., quibus Cr. addi vult Brunckii cit. ad Aristophan Lysistr. vs. 601.), est

placenta e melle confecta, haud infrequens in veterum sacris, ut satis constat. De argumento idem Cr. Valckenaerianis addi vult: Böttiger: die heilbringenden Götter in: Journal des Lux. u. d. Mod. 1803 Januar. p. 21. Payne-Knight on symbolical Language §. 25 p. 17.

σημηνάσης δὲ ταῦτα τῆς ἰρείης] De hac sacerdote vid. nott. ad V, 72. In seqq. pro προθυμότερον plures codd. πρότερον. Minus recte, mea quidem sententia. Est enim haec loci sententia: *tanto magis atque studiosius*, ut bene reddidit Schweighaeuserus. Itaque displicet Valckenaerii ratio, qui hanc verborum naturalem esse structuram censuit: καὶ μᾶλλον τι προθυμότερον (vel studiosius), ubi μᾶλλον comparativo additum eā orationis abundantiam, quam invenimus quoque supra II, 137. Ad ὑπεξέκειτο conf. Herod. VIII, 60 §. 2 et de totius loci argumento Plutarch. Themistocle. 10. Paucos vero Athenienses in urbe relictos esse intelligitur ex Herod. VIII, 51.

Τροιζήνος· ἐς γὰρ Πώγωνα τὸν Τροιζηνίων λιμένα
2 προείρητο συλλέγεσθαι. συνελέχθησαν τε δὴ πολλῶ
πλεῦνες νέες ἢ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἔναυμάχων, καὶ ἀπὸ
3 πολιῶν πλεύσαν. Νάαρχος μὲν νυν ἐπὶν ὠτύος
ὅσπερ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Εὐρυβιάδης ὁ Εὐρυκλείδεω, 50
ἀνὴρ Σπαρτιήτης, οὐ μέντοι γένεός γε τοῦ βασιλεῦ-
τος ἑών· νέας δὲ πολλῶ πλείστας τε καὶ ἄριστα πλω-
ούσας παρείχοντο Ἀθηναῖοι.

multum crescit.
Summa imperii
etiam nunc pe-
nes Eurybledem
[c. 2].

43

Ἔστρατεύοντο δὲ οἶδε. Ἐκ μὲν Πελοποννήσου,
Λακεδαιμόνιοι, ἑκκαίδεκα νῆας παρεχόμενοι· Κορίν- 55
θιοι δὲ, τὸ αὐτὸ πλήρωμα παρεχόμενοι τὸ καὶ ἐπ'
Ἀρτεμισίῳ, Σικυνῶνιοι δὲ, πεντεκαίδεκα παρείχοντο
2 νῆας· Ἐπιδαύριοι δὲ, δέκα· Τροιζήνιοι δὲ, πέντε·
Ἐρμιονέες δὲ, τρεῖς· ἰόντες οὗτοι, πλὴν Ἐρμιονέων,
Ἰωρικόν τε καὶ Μακεδνὸν ἔθνος, ἐξ Ἐρινεοῦ τε καὶ 60

Recensio popu-
lorum Graeciae,
Summa imperii
qui ad Salami-
nem naves mise-
runt: qua oppor-
tunitate utens
Herodotus, eor-
um origines et
antiquitates per-
stringit.

Cap. XLII.

ἐς γὰρ Πώγωνα] *Pogon*,
Troezeniorum portus olim, ut
videtur, satis amplus, nunc are-
nâ ita obstructus esse dicitur,
ut exiguis modo navigiis adi-
tum praebeat. Conf. Strab.
VIII p. 574 A. s. 373. Man-
nert. VIII pag. 664. Ipsius
Troezenis reliquias quasdam
prope vicum *Damala* adhuc re-
periri sic satis constat. — Pro
τὸν Τροιζηνίων unus cod.
τῶν Τροιζηνίων.

Εὐρυβιάδης] Vid. VIII, 2.
3. Videtur autem mihi Noster
consulto addidisse: οὐ μέντοι
γένεός γε τοῦ βασιλεῦτος ἑών;
cum Spartanorum in expedi-
tionibus plerumque regum al-
teruter esset dux.

νέας δὲ πολλῶ πλείστας —
Ἀθηναῖοι] Eodem, opinor,
animo Noster haec scripsit, quo

ea, quae supra leguntur VIII,
3. — De navium numero
disputavimus ad VIII, 1.

Cap. XLIII.

ἑκκαίδεκα νῆας παρεχόμε-
νοι] *Sedecim* hic exhibuere
naves, qui ad Artemisium non
nisi *decem* praebuerant. Conf.
VIII, 1 ibique nott. Ad vo-
cem πλήρωμα, quâ naves ipsae
una cum remigibus classariis-
que indicantur, cf. VIII, 1.

Ἰωρικόν τε καὶ Μακεδνὸν
ἔθνος] Conf. I, 56 ibique nott.
I, 146. C. O. Müller. Dor. I p.
175, qui monet *Hermionam*,
quam Herodotus Dryopicam
appellat civitatem, postea ab
Argivis captam fuisse. *Erineon*
s. *Erineos*, auctore Kruse II, 2
p. 103 coll. 97 seq. ad Calli-
dromi montis declivitatem
prope Palaeochora quaeri de-
bet, *Pindus* autem ad fontes

3 Πίνδου καὶ τῆς Δρυοπίδος ὕστατα ὀρηθέντες. οἱ δὲ Ἐρμιονεῖς εἰσὶ Δρύοπες, ὑπὸ Ἡρακλέος τε καὶ Μηλιέων ἐκ τῆς νῦν Δωρίδος καλεομένης χώρας ἐξαναστάντες. οὗτοι μὲν νῦν Πελοποννησίου ἐστρα-
44 τεύοντο. Οἱ δὲ ἐκ τῆς ἕξω ἠπείρου· Ἀθηναῖοι μὲν, 639
 πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενοι νῆας ὀργά-65
 κοντα καὶ ἑκατὸν, μούνοι· ἐν Σαλαμῖνι γὰρ οὐ
 2 συνενανμάχησαν Πλαταιεῖς Ἀθηναίοισι, διὰ τοιούδε
 τι πρῆγμα. ἀπαλλασσομένων τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ
 τοῦ Ἀρτεμισίου, ὡς ἐγίνοντο κατὰ Χαλκίδα, οἱ Πλα-70
 ταιεῖς ἀποβάντες ἐς τὴν περαιῖν τῆς Βοιωτίας χῶ-
 ρης, πρὸς ἐκκομιδὴν ἐτρέποντο τῶν οἰκετέων. οὐ-
 3 τοι μὲν νῦν τούτους σώζοντες ἐλείφθησαν. Ἀθη-
 ναῖοι δὲ, ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἐλ-

Pindi fluvii. Accuratiora de his desunt. — In fine cap. Schweighaeuserus post ἐστρατεύοντο minus et post ἠπείρου maius punctum poni vult.

Cap. XLIV.

πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους] i. e. prae aliis omnibus, ut III, 94, ubi vid. nott. „Mireris vero, ait Schweigh., quo pacto tot navibus ad Salaminem pugnare Athenienses potuerint, quandoquidem in pugna ad Artemisium dimidiam partem Atticarum navium vulneratam esse ait scriptor cap. 13 neque eis reficiendis suppetuisse videatur tempus.“ — In seqq. vocem μούνοι cum vi quādam addi in sententiae clausulā nemo non videt. Nunc enim soli Athenienses, nullis assumtis Plataeensibus, qui antea ipsis milites praebuerant, tot naves exhibent.

διὰ τοιούδε τι πρῆγμα] E Florent., Med., aliis διὰ τοιούδε πρῆγμα dederunt Schweighaeuser. et Gaisf. Vulgo post τοιούδε inserebatur τι, quod cum Matth. et Bekker. retinui.

ἐς τὴν περαιῖν τῆς Βοιωτίας] „Περαίη τῆς Βοιωτίας, quae contra Chalcidem in Boeotiae finibus; cuiusmodi περαιῖα τῆς Ἀσίας Diodoro XX, 97 Asiae continentis regio, ex adversum insulam Rhodum, Perraea apud Livium XXXII, 13.“ Wessel. Mihi tamen vix pro Nomine proprio Noster habuisse videtur περαιῖν. Itaque malim reddere: inoram Bocotiae oppositam. — In seqq. ad vocem οἰκέτας conf. nott. ad VIII, 4.

ἐπὶ μὲν Πελασγῶν] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 565, 1 pag. 1113, qui idem §. 584 a. γ. p. 1162 consul. ad verba ἐπὶ δὲ Κέκροπος. — In seqq. dedi

λάδα καλεομένην, ἦσαν Πελασγοί, οὐνομαζόμενοι 75
 Κραναοί· ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλέος, ἐπεκλήθησαν
 Κεκροπίδαι· ἐκδεξαμένου δὲ Ἐρεχθῆος τὴν ἀρχὴν,
 Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν· Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου
 στρατάρχεω γενομένου Ἀθηναίοισι, ἐκλήθησαν ἀπὸ
 45 τούτου Ἴωνες. Μεγαρέες δὲ τωντὸ πλήρωμα παραι- 80
 χοντο τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Ἀμπρακιῶται δὲ,

Ἐρεχθῆος pro vulg. Ἐρεχθῆος,
 de quo dixi ad VII, 189. Sed
 reliqua, quae h. l. tentat Koe-
 nius, mittamus. Herodotea
 attigit Eustath. ad Dionys. Pe-
 riegr. 423; conf. Scymn. Ch.
 558 seq. et Strab. IX p. 608
 A. s. p. 397.

ἦσαν Πελασγοί, οὐνομαζό-
 μενοι Κραναοί] Ipsa Athenarum
 urbs sive arx olim voca-
 batur Κραναὶ πόλις (conf.
 Aristoph. Ach. 75. Lysistr. 483
 ibique Scholl.), nomine ducto
 vel ab antiquo ut ferebatur re-
 ge Cranao (cf. Aristoph. Av.
 122. Pausan. I, 2 §. 5. 31 §.
 2. Apollodor. III, 14 sect. 1)
 vel a loci natura solique aspe-
 ritate. De Cecrope atque Erech-
 theo vix opus plura afferre. Suf-
 ficiant, quae C. F. Hermannus
 attulit in Hellen. Staatsalterth.
 §. 91 not. 19. 18, qui idem de
 Ione, Xuthi filio, Atticarum re-
 rum conditore, de quo etiam
 Herodotus conferatur VII, 94
 plura citavit §. 95 not. 2 seqq.
 coll. §. 91, ubi merito attendi
 iubet ad diversas hasce unius
 eiusdem regionis appellationes;
 unde si quid aliud, hoc certe
 colligas, magnas olim in At-
 tica accidisse mutationes dome-

sticas, de quibus tamen in tanta
 testimoniorum inopia vix certi
 quid constituere licet. Ad Athe-
 nienses Iones referunt etiam Io-
 nes apud Homer. Iliad. XIII,
 685, ubi tu cf. Bothii annota-
 tionem.

Cap. XLV.

Μεγαρέες κ. τ. λ.] De Me-
 garensibus vid. VIII, 1 ibique
 nott., ubi etiam de voce πλή-
 ρωμα. Voculam τὸ post παραι-
 χοντο auctoritate codicis San-
 crofti omissam a Schaefero,
 quem Matth. et Bekker. se-
 quuntur, equidem cum Gaisf.
 et Schweigh. revocavi.

Ἀμπρακιῶται δὲ — ἐπεβώ-
 θησαν] De forma ἐπεβώθη-
 σαν vid. nott. ad VIII, 1. Am-
 braciatae sunt incolae urbis Am-
 braciae, quae a quibusdam
 Thesprotiae accensetur, ad
 Arachthum sita fluvium in Am-
 bracii sinus recessu intimo, ubi
 a Corinthiis Cypseli fere aeta-
 te exstructa est eo loco, quo
 nunc dicitur esse Arta. Plura
 Kruse Hellas II, 2 p. 283 seqq.
 322 seqq. Eodem quoque
 tempore, Leucas condita fertur
 a Corinthiis, patriam scilicet pulsus
 dominante Cypselo; quod enim

46 ἐπὶ νέας ἔχοντες ἐπεβώθησαν· Λευκάδιοι δὲ, τρεῖς·
 ἔθνος ἰόντες οὗτοι Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου. Νη-
 σιωτέων δὲ, Αἰγινῆται τριήκοντα παρείχοντο. ἦσαν
 μὲν σφι καὶ ἄλλαι πεπληρωμένα νέες, ἀλλὰ τῆσι 85
 μὲν τὴν ἑσπέρων ἐφύλασσαν, τριήκοντα δὲ τῆσι ἄρι-
 στα πλωούσῃσι ἐν Σαλαμῖνι ἐναυμάχησαν. Αἰγινῆ-
 2ται δὲ εἰσι Δωριεῖς, ἀπὸ Ἐπιδαύρου· τῆ δὲ νήσῳ
 πρότερον οὖνομα ἦν Οἰνώνη. μετὰ δὲ Αἰγινῆτας,
 Χαλκιδιεῖς τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ εἴκοσι παρεχόμενοι, καὶ 90
 Ἐρετριεῖς τὰς ἐπτά· οὗτοι δὲ Ἴωνές εἰσι. μετὰ δὲ,
 Κεῖοι τὰς αὐτὰς παρεχόμενοι· ἔθνος ἰὸν Ἴωνικὸν

hoc ad Periandri tempora qui-
 dam referunt, id cum Kruse I.
 I. p. 285. 356 de colonia reno-
 vata intelligere malim. Sed
 multum postea floruit urbs
 mercaturâ insigni, quam locus
 ipse egregie adiuvabat. Sita
 enim urbs in peninsula, quae
 canali post disiuncta a conti-
 nenti, insulae assumisit speciem.
 Nunc *Santam Mauram* vocant.
 Plura Kruse I. l. p. 357 seq.
 Gail. ad Seylac. I p. 381 seq.
 Boeckh. Corp. Inscriptt. I, 1
 p. 58 coll. Sintenis ad Plat.
 Themistocl. 24 p. 153.

Cap. XLVI.

*Αἰγινῆται δὲ εἰσι Δωριεῖς
 ἀπὸ Ἐπιδαύρου*] Attigit haec
 Eustath. ad Dionys. Perieg. 511.
 Aeginetarum res navales ipse
 attigi ad VIII, 1. Qui quo
 sensu hic vocentur Dorienses,
 disquisivit C. O. Müller. Aegi-
 nett. pag. 42, reliquorum scri-
 ptorum de Aeginetarum ori-
 gine allatis testimoniis, in qui-
 bus tu vid. potissimum Pausan.
 II, 29 §. 5. Atque Müllero

auctorel. I. pag. 43 eodem po-
 pulorum impetu, quo Doriens-
 ses Lacedaemonii Lyttum, The-
 ram, Melum condiderunt, Do-
 rienses Argivi, qui iidem tunc
 temporis Epidaurum quoque
 tenebant, in Cretam, Rhodum,
 Con, Cnidum, Halicarnassum
 atque etiam Aeginam colonos
 deduxerunt, duce Triacone.
 Hinc igitur explicandum, quod
 Aeginetarum maiores, Doriens-
 ses, Epidauro s. Argo oriundi
 ipsique Aeginetae plerumque
 Dorienses habeantur, qui Do-
 rica habuerint instituta. Prius
 insulae nomen *Οἰνώνη* ad Pel-
 lasgorum aetatem, qui olim
 plerasque Graeciae regiones te-
 nuere, videtur referendum, du-
 ctum forsitan ab *Οἰνόης* no-
 mine, quod in Attica invenit-
 tur; ex qua ipsa hi Pelasgi,
 qui primi insulae fuere incolae,
 in eam fuerint ingressi. Conf.
 Müller. I. l. p. 8 seq. — Ad
 articuli usum in verbis τὰς ἐπ'
 Ἀρτεμισίῳ cf. Matth. Gr. Gr.
 §. 267 p. 550.

Κεῖοι — Ἀθηνέων] Pro

3 ἀπὸ Ἀθηναίων. Νάξιοι δὲ παροίχοντο τέσσαρας ἀπο-
 πεμφθέντες μὲν ἐς τοὺς Μήδους ὑπὸ τῶν πολιη-
 τέων, κατὰπερ ἄλλοι νησιῶται· ἀλογήσαντες δὲ τῶν⁹⁵
 ἐντολέων, ἀπίκατο ἐς τοὺς Ἑλληνας, Δημοκρίτου
 σπεύσαντος, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου, καὶ τότε
 4 τριηραρχέοντος. Νάξιοι δὲ εἰσι Ἴωνες, ἀπ' Ἀθηναίων 640

olim vulg. Ἀθηναίων Wes-
 seling. et h. l. et cap. 48 recte
 dedit Ἀθηναίων, comparans
 VIII, 45, ubi ἀπὸ Κορίνθου et
 VIII, 46, ubi ἀπ' Ἐπιδαύρου.
 Ad vocem Κεῖοι conf. nott. ad
 VIII, 1. Ionicam gentis ori-
 ginem, quam praeter Herodotum
 etiam testatur Schol. ad
 Dionys. Perieg. 526, eo referunt,
 quod omnino Cycladarum
 insularum incolae ab Ionicis
 Atticis repetuntur, teste Eurip.
 Ion. 1581 seq. Thucydid. VII,
 57. Accuratius in haec in-
 quisivit Broendsted. Reis. in
 Griech. I pag. 55 coll. p. 72.
 Qui ea, quae de Ionica Cyclada-
 rum origine institutisque Ioni-
 cis tradita exstant, non ad
 illam Ionum migrationem,
 quae undecimo ante Chr. n.
 accidit seculo, sed ad aliam
 quandam migrationem, quae
 serius Athenis facta sit, referri
 vult; unde explicandum, quod
 in illis insulis, qua nos novimus
 aetate, eā Ionum obtinuerint
 instituta, quae ab Atticis
 vulgo repeti solent, etsi quo
 tempore locum habuerit haec
 migratio, in maxima testimonio-
 rum inopia definire haud
 licet. Hinc quoque explicanda
 sacrorum illa cognatio quaedam,
 ab Attica et quidem valde

prisco ab aeo repetenda, de
 qua monuit Creuzerus in An-
 nall. Viennenss. LVII p. 18.

Νάξιοι δὲ] De Naxiis vid.
 Herod. V, 31. VI, 96. Quae
 sequuntur, insectatur Pseudo-
 Plut. II p. 869 A. C. malitiose
 agere contendens Herodotum,
 talia de Naxiorum defectione
 referentem, quum Naxii, teste
 Heraclito, sex navibus, aut, Ephoro
 teste, quinque navibus sponte
 Graecis auxilio venerint. Conf.
 Ephori fragm. p. 222. Marx.
 Dahlmann. Herod. pag. 132.
 — In seqq. νησιῶται dicuntur
 Cycladarum insularum incolae;
 ut monui ad V, 30.

Δημοκρίτου σπεύσαντος] i.
 e. instante, urgente Democrito,
 ad defectionem adhortante. Conf.
 I, 74. 206. Exstat in hunc
 Democritum epigramma Simo-
 nidis apud Plutarch. II p. 869
 C coll. Brunck. Analectt. I p.
 133 [nr. 32. T. I. p. 65 Antholog.
 ed. Jacobs.] Ad verbum
 τριηραρχεῖν (triremis s.
 navis praefectum esse) vid. VII,
 181 coll. VIII, 93.

Νάξιοι δὲ εἰσι Ἴωνες ἀπ'
 Ἀθηναίων γερονότες] Referri
 hic volumus, quae modo de
 Ceis e Broendsted. disputatione
 attulimus. Cepit Naxum Pi-
 sistratus, teste Herodoto I, 64,

γεγονότες. Στυρέες δὲ τὰς αὐτὰς παρείχοντο νῆας τὰς καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Κύθνιοι δὲ, μίαν καὶ πεν-1
τηκόντερον· ἔόντες συναμφοτέροι οὔτοι Δρύοπες·
καὶ Σερίφιοί τε καὶ Σίφνιοι καὶ Μήλιοι ἐστρατεύ-
οντο· οὔτοι γὰρ οὐκ ἔδοσαν μοῦνοι νησιωτέων τῶ
47 βαρβάρῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ. Οὔτοι μὲν ἅπαντες 5

inque eam haud scio an Atticos incolae Atticae instituta trans-
tulerit; nisi iam ante Pisistratum ut reliquas Cyclades, ita
Naxum quoque Iones tenuisse
putandi sint. Sed certiora do-
cumenta desunt.

Στυρέες] Vid. nott. ad VIII,
1. In proxime seqq. Wesseling.
recte dedit *Κύθνιοι* e Plut. II.
p. 863. E., cum vulgo ferrent
Κύνθιοι vel *Κίνθιοι*. Conf.
Gesner., Triller, et Abr. Gronov.
ad Aelian. H. A. XVI, 32 et
Demosthen. *περὶ συντάξ.* p.
102, 52 [p. 176, 10 R.] unde
intelligitur, haud magni fuisse
momenti Cytlnios aequae ac
Siphnios. Alia ipse attuli ad
VII, 90. — De *Dryopibus* conf.
Herodot. I, 146 ibiq. nott. Pau-
san. IV, 34 §. 6.

καὶ Σερίφιοι] *Seriphus*, quae
inter Cyclades exigua insula
eadeinque saxosa ac sterilis ad
occasum Siphni sita, mala olim
fruebatur existimatione (vid.
Wytttenbach, ad Plutarch. Mor.
I. 2. pag. 1086); ita ut vel ab
Romanis imperatoribus exsules
eo mitterentur teste Tacito Ann.
IV, 31. Nunc vocant *Serphno*.
Vid. Mannert. VIII pag. 739.
De *Siphno* monui ad III, 57;
ubi quae de metallis dixi, ea
mihi nuper confirmavit vir Si-

phnius, Provolegios, hoc ad-
dens, metalla exercere antea
non licuisse per Turcas; quibus
nunc pulsus, speramus aliquan-
do illa instauratum iri. *Melus*
insula ambitu maior simulque
feracior, quam nunc vocant
Milo, Dorica olim habitata fuit
a gente, quae inde etiam semper
Spartanorum partes amplectebatur,
donec bello Peloponnesiaco maxima
incolarum parte trucidata ab Atheniensibus
coloni in insulam deducti
sunt, qui tamen ipsi paulo post
insulam denuo cedere coacti sunt.
Neque pristinum florem recu-
perasse videtur insula, quae
nunc aëre pestilenti maxime
insalubris esse fertur. Conf.
Mannert. VIII. p. 736 seqq.
Poppo ad Thucyd. I, 2. p.
277. — In seqq. ad locutionem
γῆν τε καὶ ὕδωρ conf.
citt. ad V, 17.

Cap. XLVII.

Οὔτοι μὲν ἅπαντες ἐντὸς
*οἰκημένοι Θεσπρωτῶν καὶ Ἀγέ-
ροντος ποταμοῦ]* De *Thespro-
tis* conf. V, 92. §. 7 et de *Ache-
ronte* fluvio VII, 126. Tenen-
dum vero est, Graeciae fines
vulgo ad Ambraciam poni, a
quâ inde Graeciam ipsam s.
propriam exordiri scribunt Sey-

ἐντὸς οἰκημένοι Θεσπρωτῶν καὶ Ἀχέροντος ποταμοῦ, ἐστρατεύοντο· Θεσπρωτοὶ γάρ εἰσι ὁμοῦρόντες Ἀμπρακιώτησι καὶ Λευκαδίοισι, οἱ ἐξ ἐσχατῶν χωρέων ἐστρατεύοντο. Τῶν δὲ ἐκτὸς τούτων οἰκημένων, Κροτωνιῆται μῦνοι ἦσαν οἱ ἐβώθησαν τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ, νηὶ μιῇ, τῆς ἦρχε ἀνὴρ τοῖς πυθιονίῃς, Φάυλλος. Κροτωνιῆται δὲ

Iax §. 33. p. 12 Huds. p. 255 Gail. (quem vid. in annotat. pag. 377. 577.) atque Dicaearchus. Nam latiori sensu Graeciam vel extra hos terminos esse putabant, quibuscunque locis Graecorum essent coloniae. Hinc paulo inferius Crotoniatae referuntur ad Graecos ἐκτὸς τούτων οἰκημένους, habitantes scil. extra Graeciae continuae fines, quos ad Thesprotorum terram poni modo diximus. Sed eorum, qui intra hos fines habitant (τῶν ἐντὸς οἰκημένων), extremi sive ultimi sunt Ambraciotae atque Leucadii, qui ipsi, quum Thesprotis vicini sint, ex ultimis Graeciae regionibus advenisse iure dicuntur. — Ad formam ἐβώθησαν vid. nott. ad VIII, 1.

τῆς ἦρχε ἀνὴρ τοῖς πυθιονίῃς, Φάυλλος] Quum unam navem ab opulentissima Crotoniatarum civitate Graecis auxilio missam esse parum sit credibile, veri sit simillimum, hanc navem non publice missam esse, sed privato sumptu instructam a Phayllo, qui Graeciae, in qua tot victoriis tantam gloriam adeptus erat, opitulaturus sponte advenerit na-

vi suis impensis paratâ. Quin disertis verbis enuntiat Pausan. X, 9 §. 1. Phayllum cum Persis pugnasse ναῦν παρασκευασάμενον οἰκείαν sive ναῦν ἰδιόστολον, ut scribit Plutarch. Alex. 34: quae iam attuli ad VIII, 17. De Phaylli victoriis consentit Pausanias I. I. Atque exstat in eum epigramma in Antholog. Palat. T. II. p. 851. 3 p. 949. Apud Aristophanem Acharn. 210 (Both.) Vesp. 1206 qui memoratur Phayllus cursor celeberrimus idemque, ut Scholiasta tradit, Ὀλυμπιονίκης, ab hoc Crotoniatâ, qui e Pausaniae testimonio nunquam Olympiis vicit, sane diversus videtur, ut dudum recte statuit Valckenaer., qui de Crotoniata Phayllo praeterea conferri vult Suidam s. v. T. III. pag. 586. Zenob. IV, 23. Eustath. ad Odyss. VIII p. 302.

Κροτωνιῆται δὲ γένος εἰσὶ Ἀχαιοί] Constantem hanc antiquitatis fuisse famam observat C. Hermann. Hellen. Staatsalterth. §. 80 not. 15, ubi plura hanc in rem affert testimonia. Tu vid. potissimum Strabon. VI p. 262 s. 402 B. seq. Nam cogitandum hic de Achaeis, prioribus Laconiae

48 γένος εἰσὶ Ἀχαιοί. Οἱ μὲν νυν ἄλλοι τριήρεις πα-
 Numerus mo-
 dusque navium. ρεχόμενοι ἐστρατεύοντο· Μήλιοι δὲ, καὶ Σίφνιοι,
 2 καὶ Σερίφιοι, πεντηκοντέρους. Μήλιοι μὲν γένος 15
 εἶοντες ἀπὸ Λακεδαιμόνος, δύο παρείχοντο· Σίφνιοι
 3 δὲ καὶ Σερίφιοι, Ἴωνες εἶοντες ἀπ' Ἀθηνέων, μίαν
 ἐκάτεροι. Ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν, πάρεξ τῶν
 πεντηκοντέρων, τριηκόσια καὶ ἐβδομήκοντα καὶ ὀκτώ.

incolis, qui Doribus Heracli-
 disque ingressis solo cedere co-
 acti in Italiam discesserunt ibi-
 que Crotonem condiderunt.

Cap. XLVIII.

Μήλιοι μὲν γένος εἶοντες
 ἀπὸ Λακεδαιμόνος κ. τ. λ.]
 Pertinent huc, quae ad VIII,
 46. disputavimus. Verba seqq.
 Σίφνιοι δὲ καὶ Σερίφιοι κ. τ.
 λ. citat Eustath. ad Dionys.
 Perieg. 525, ubi vid. plura.

Ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο — τριη-
 κόσια καὶ ἐβδομήκοντα καὶ
 ὀκτώ] Conf. Matth. Gr. Gr.
 §. 140 pag. 264. Quod vero
 et h. I. et VIII, 82 Noster na-
 vium numerum indicat *trecentarum septuaginta octo*, existunt
 potius *trecentae sexaginta sex*
 si, quot naves a singulis civi-
 tatibus supra cap. 43 seqq.
 enumeratis suppeditatae fue-
 rint, accurate subduxeris.
Trecentae quinquaginta octo
 erunt, si cum Valla Sancrofti
 librum aliumque sequamur.
 Neque tamen hoc loco quid-
 quam mutandum, auctore Val-
 ckenaueri, qui, quo numeri
 convenient, cap. 46, ubi *tri-*
ginta (τριήκοντα) naves prae-
 buisse dicuntur Aeginetae, *duo*

et *quadraginta* (δύο καὶ τεσ-
 σαράκοντα) substitui vult; quod
 idem placuit Larchero, quum
 Aeginetae post Athenienses
 plurimas certe naves dederint,
 teste Pausaniâ II, 29 §. 5.
 indeque plures naves Corinthiis,
 qui et ipsi *quadraginta* erogas-
 se perhibentur, praebuerint
 necesse sit. Assensus est hisce
 nuper Negris in edit. sua. Sed
 illo in loco Herodoti vel repe-
 titum *τριήκοντα* mutari quid
 vetat, ut bene monuit C. O.
 Müller. Aeginett. pag. 120.
 Et praetervidit Valckenaerius,
 quod ipse enuntiat Herodotus
 cap. 46, Aeginetas praeter tri-
 ginta triremes, quae pugnae
 Salaminiae interfuerint, alias
 quoque habuisse, quibus Aegi-
 nae insulae, in quam multi
 Athenienses suas familias for-
 tunasque securitatis causa tran-
 stulerant, oram a Persarum
 incursionibus tutarentur. Has
 igitur naves ad insulam tutan-
 dam relictas si duodecim fuisse
 ponamus, quae Schweighaeu-
 seri est sententia, easque etiam
 ad hunc referamus censum,
 Herodoti constabit fides nume-
 rique convenient; quamquam
 in universon dolemus cum

49 Ὡς δὲ ἐς τὴν Σαλαμίνα συνῆλθον οἱ στρατη-²⁰ Ibi Graecorum
 γοὶ ἀπὸ τῶν εἰρημένων πολιῶν, ἐβουλευόντο, προ-
 δέντος Εὐρυβιάδω γνώμην ἀποφαίνεσθαι τὸν βου-
 δucibus de loco
 λόμενον, ὅκου δοκίει ἐπιτηδεώτατον εἶναι ναυμα-
 pugnae optando
 χίην ποιέεσθαι τῶν αὐτοῖ χωρέων ἐγκρατέες εἶσι.
 delibantibus,
 ἢ γὰρ Ἀττικὴ ἀφεῖτο ἤδη, τῶν δὲ λοιπέων πέρι
 cum plerique, re-
 2 προετίθει. Αἱ γνώμαι δὲ τῶν λεγόντων αἱ πλεῖσται²⁵
 licta ad Salami-
 συνεξέπιπτον, πρὸς τὸν Ἴσθμὸν πλώσαντας ναυμα-
 nem statione,
 χέειν πρὸ τῆς Πελοποννήσου· ἐπιλέγοντες τὸν λό-
 dum censerent,
 γον τόνδε „ὦς ἦν νικηθέωσι τῇ ναυμαχίῃ, ἐν Σα- 641

Dahlmann. Herod. pag. 99. 219. in calculis Herodoteis ac supputationibus plerumque menda reperiri ac vitia vix nobis tollenda; qualia equidem librariorum socordia quam senis ipsius negligentiae adscribere malim. Nec aliter iudicare video C. O. Müller. l. l. p. 121 seq., mendum latere qui putat VIII, 43, ubi in verbis Σικωνῖοι δὲ πεντεκαίδεκα παρείχοντο νῆας, ultimam vocem in πλεῦνας commutandam esse suspicatur. Differt autem a numero hoc Herodoteo, qualemcunque constitueris, Ctesias Perss. Excerptt. §. 26, septingentas Graecorum naves Salaminiae pugnae interfuisse scribens; nisi ibi quoque in numeris peccarunt librarii.

Cap. XLIX.

nit Themistocles in illa nobili epistola ad Artaxerxen data apud Thucyd. I, 138. „Valcken. Cui bene ita obloqui videtur Schweigh. his verbis:“ At non Persam facturum erat ἀποθήκη: sed hoc ipsum, quod nunc agebat, nempe quod Athenienses a consilio in Helle-spontum navigandi pontesque rumpendi deterruit, hoc, inquam, facturum erat ἀποθήκη ἐς τὸν Πέρσας: ubi per metonymiam ἀποθήκη dicitur id, quod est ἀπόθετον, thesaurus repositus intelligiturque beneficium in regem collatum et in futuros usus apud eum collocatum, gratia apud regem in futurum tempus inita. Est enim, ut scite poeta ait, Καλόν γε θησαύρισμα, κειμένη χάρις.“ — Ad verbum καταλαμβάνειν conf. allata ad III, 42 et ad sequens ὧν Matth. §. 625 pag. 1274. Add. Herod. VIII, 128. 133 fin.

Cap. CX.

διέβαλλε] i. e. decepit, fellit. Vid. nott. ad V, 50. Ad seq. δεδογμένος conf. Matth. Gr. Gr. §. 495 c. pag. 931. Mox plerique libri, quos cum Schweigh. et Gaisf. secutus sum, ἐπίστευσε, ubi olim ἐπέτελλε, quod dudum ex ora Stephani in ἐπίστευε mutarat

Valckenaerius (quem Schaefer. Matth. et Bekker. sequuntur) sic interpretans; quos utcumque tormentis excruciantur, fidei credebat occultaturos silentio quae regi mandasset dicenda. Nec aliter accepit Wesselingius. De Sicinno quaedam attulimus ad VIII, 75: cuius loco Polytaenus I, 30, 3 vocat Ἀρσάκη; Plutarchus Aristid. 9 pag. 324 B. Themist. 16 pag. 120 C. Ἀρσάκη, regium eunu-chum et captivum scribit missum esse ad Xerxem. Cum Herodoto facit Diodorus XI, 19 a Themistocle narrans filiorum paedagogum missum esse, itemque Iustinus II, 13, per servum fidum Xerxi haec indicasse Themistoclem narrans. Quod vero apud Thucyd. I, 138, ex quo hausit Cornel. Nep. Themistoc. 9, Themistocles literas regi scripsisse narratur, id iure miratur Valckenaer. indeque ob Herodoti testimonium a tam cauto imperatore eas scriptas esse negat, praesertim cum ipsa res sit minime credibilis. — αὐτίς (iterum) spectat ad ea, quae VIII, 75 tradita leguntur. In proxime seqq. pro vulg. ἐπειδὴ, quod cum Schaefero tenent Matth. et Bekkerus, e Florentino, aliis nunc repositum ἐπεὶ τε.

3 πάντως ἐτοῖμοι ἦσαν λέγουσι πείθεσθαι. Ὡς δὲ οὗ-
 τοί οἱ ἀνεγνωσμένοι ἦσαν, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ὁ
 Θεμιστοκλῆς ἄνδρας ἀπέπεμπε ἔχοντας πλοῖον, τοῖ-
 σι ἐπίστευσε σιγᾶν, ἐς πᾶσαν βάρανον ἀπικνεομέ-75
 νοισι, τὰ αὐτὸς ἐνετείλατο βασιλεῖ φράσαι· τῶν καὶ
 4 Σίκιννος ὁ οἰκέτης αὐτῆς ἐγένετο. οἱ ἐπεὶ τε ἀπί-
 κοντο πρὸς τὴν Ἀττικὴν, οἱ μὲν κατέμενον ἐπὶ τῷ
 πλοίῳ, Σίκιννος δὲ ἀναβάς παρὰ Ξέρξεα, ἔλεγε τὰ-
 5 δε· „Ἐπεμψέ με Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλῆος, στρατη-
 „γὸς μὲν Ἀθηναίων, ἀνὴρ δὲ τῶν συμμάχων πάν-80
 „των ἄριστος καὶ σοφώτατος, φράσοντά τοι, ὅτι
 „Θεμιστοκλῆς ὁ Ἀθηναῖος, σοὶ βουλόμενος ὑπουρ-
 „γέειν, ἔσχε τοὺς Ἕλληνας, τὰς νῆας βουλομένους
 6 „διώκειν, καὶ τὰς ἐν Ἑλλησπόντῳ γεφύρας λύειν.
 „καὶ νῦν κατ' ἠσυχίην πολλὴν κομίζεο.“ Οἱ μὲν, 85
 ταῦτα σημήναντες, ἀπέπλων ὀπίσω.

111 Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεὶ τε σφι ἀπέδοξε μὴτ' ἐπι-
 διώκειν ἔτι προσωτέρω τῶν βαρβάρων τὰς νῆας,
 μῆτε ἐπιπλώειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον λύβοντας τὸν
 πόρον, τὴν Ἄνδρον περικατέατο, ἐξελέειν ἐθέλοντες. 90
 2 πρῶτοι γὰρ Ἄνδριοι νησιωτέων αἰτηθέντες πρὸς
 Θεμιστοκλῆος χρήματα, οὐκ ἔδοσαν· ἀλλὰ προῖσχο-
 μένου Θεμιστοκλῆος λόγον τόνδε, ὡς „ἦκοιεν Ἀθη-
 „ναῖοι περὶ ἑωυτοὺς ἔχοντες δύο θεοὺς μεγάλους,
 „Πειθῶ τε καὶ Ἀναγκαίην, οὕτω τέ σφι κάρτα δο-95

672

Audrii, quod pe-
 cuniam pendere
 recusarent, a
 Gracis obsesi.

πρὸς τὴν Ἀττικὴν] „Mittitur navis in Atticam, ubi haerebat adhuc Xerxes; neque enim hic cum classis aufugit reliquii; sed cum exercitu suo secedens ex Attica, Graecia peragrata, rediit in Asiam cap. 119 ὁδῶ χρωόμενος ἅμα τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην. conf. cap. 113. 126. 130.“ Valcken. — In fine cap. ad verbum κομίζεο conf. VIII, 107.

Cap. CXI.

ἀπέδοξε μὴτ' ἐπιδιώκειν] De usu particulae negativae in talibus monuit Matth. Gr. Gr. §. 524, 4 pag. 1048. — In seqq. ad verbum προῖσχομένου conf. I, 164. IV, 165. VIII, 3.

Πειθῶ τε καὶ Ἀναγκαίην] Suadela ac Necessitati, quam utramque unâ voce alii appel-

3, „τέα εἶναι χορήματα.“ ὑπεκρίναντο πρὸς ταῦτα, λέγοντες ὡς „κατὰ λόγον ἦσαν ἄρα αἱ Ἀθῆναι μεγάλαι τε καὶ εὐδαίμονες, καὶ θεῶν χρηστῶν ἤκοιεν εὖ· ἐπεὶ Ἀνδρίους γε εἶναι γεωπεινάς, ἐς τὰ μέγιστα ἀνήκοντας, καὶ θεοὺς δύο ἀχρηστους οὐκ ἐκ-

Iarunt τὴν Πειθανάγκην (vid. Eustath in Homer. II. III pag. 309, 14. Synes. De regn. p. 26 A. s. cp. 23 ibiq. Krabinger. pag. 317 coll Abresch. in Miscell. Observv. Vol. V pag. 236. 237, quem laudat Cr.) opponunt Andrii Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην i. e. paupertatem et inopiam sive impotentiam, quarum praesidio etiam firmi ac tuti Themistoclem Graecosque re infecta discedere coegerunt, ut legimus VIII, 121 coll. Plutarch. Themist. 21 p. 122 C., qui eadem brevius exponens vocat Βίαν atque Ἀπορίαν deas Andriorum. Ac sane fanum Ἀνάγκης atque Βίας Corinthi fuisse auctor est Pausanias II, 4 §. 7. Neque huc non facit Alcaei dictum apud Stobaeum XCIV (96) p. 518 s. T. III pag. 258 Gaisf., ubi Ἀμηχανίαν dixit sororem Πενίας: de quo conf. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. S. c. Th. 343. Ac denique muliebres deas μεγάλους θεοὺς recte dici, monstrasse dicitur Elsner. Sched. Crit. pag. 39 a Wesselingio excitatus. Haud aliter infra Andrii protulisse dicuntur θεοὺς ἀχρηστους i. e. malevolos, haud benignos atque utiles ipsis, eo quod nulla ipsis praebent commoda.

ὡς κατὰ λόγον ἦσαν ἄρα αἱ Ἀθῆναι μεγάλαι τε καὶ εὐδαίμονες] κατὰ λόγον cur Schweigh. in Lex. Herod. redat merito, haud expuitem. Conf. V, 8. Imperfectum ἦσαν positum videtur, ubi praesens sane tempus exspectasses: de quo usu conf. Heindorf. ad Platon. Phaed. §. 35 pag. 54 et quae alia de eodem usu attulit Stallbaum ad eundem Platonis locum pag. 60. 61. De vocula ἄρα postposita conf. allata ad VIII, 8. De voce εὐδαίμονες conf. nott. ad V, 28.

καὶ θεῶν χρηστῶν ἤκοιεν εὖ] Ad locutionem conf. I, 30 VII, 157 et de vocula εὖ in fine orationis positâ, vid. allata ad V, 27. De indicativo (ἦσαν) et optativo (ἤκοιεν) se invicem excipientibus conf. VIII, 100. Caeterum, ait Schweighaeuser., mordaci ironia haec dicta videntur: magna et beatae Athenae scilicet! nempe urbs eversa cremataque et terra omnis vastata: propitiis in primis utuntur diis scilicet, qui nec urbem, nec templa tutati sunt!“

ἐπεὶ Ἀνδρίους γε εἶναι γεωπεινάς ἐς τὰ μέγιστα ἀνήκοντας] Oratio e directa subito in indirectam accusativi et infini-

„λείπειν σφῆων τὴν νῆσον, ἀλλ' αἰεὶ φιλοχωρεῖν, 1
 „Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην· καὶ τούτων τῶν θεῶν
 4 „ἐπηβόλους ἔοντας Ἀνδρίους, οὐ δώσειν χρήματα.
 „οὐδέκοτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν ἀδυναμίας τὴν Ἀθη-
 „ναίων δύναμιν εἶναι κρέσσω.“ Οὗτοι μὲν δὴ ταῦ-5
 τα ὑποκρινόμενοι, καὶ οὐ δόντες τὰ χρήματα, ἐπο-
 λιορκέοντο. Θεμιστοκλῆς δὲ, οὐ γὰρ ἐπαύετο πλεο-
 νεκτέων, ἐσπέμπων ἐς τὰς ἄλλας νήσους ἀπειλητη-
 ρίους λόγους, αἵτεε χρήματα διὰ τῶν αὐτῶν ἀγγέ-
 λων, χρεώμενος λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἀνδρίους

Ab aliis quoque
 insularis pecu-
 niae exactae.

tivi transit structuram, plane ut VIII, 118, quem locum unâ cum aliis excitavit Matth. Gr. Gr. §. 539, 1 pag. 1059. Vocem γεωπεινίας (i. e. pauper, qui parum terrae agrive possidet), attigi ad II, 6. Add. Gregor. Corinth. De dialect. Ion. §. 114 pag. 518. — Ad voces ἐς τὰ μέγιστα Schweighaeuser. ex antecedenti γεωπεινας intelligi vult γεωπεινίας, ut intelligantur maxime egeni, qui ad maximam paupertatem devenerint. Similia quaedam praebet Noster V, 49. VII, 13. 9 §. 3. 134.

καὶ τούτων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἔοντας Ἀνδρίους] i. e. atque horum deorum compotes cum facti essent Andrii s. quos deos cum nacti essent Andrii. Vocem ἐπήβολος illustrarunt Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Prometh. 453 coll. ad Agamemnon. §. 525. Schaefer. Melett. critt. p. 48. Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. I p. 112. Add. Herod. IX, 49.

οὐδέκοτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν ἀδυναμίας τὴν Ἀθηναίων δύ-

ναμιν εἶναι κρέσσω] Similem quandam sententiam prodit Noster VII, 172. — In proxime seqq. Schweigh. e Florentino addidit τὰ ante χρήματα, intelligens pecuniam, quam ille postulaverat. Articulum omiserunt Matth. et Bekker.

Cap. CXII.

πλεονεκτέων] De hoc verbo monui ad VII, 158. Caeterum eadem fere enarrat Plutarch. Themistocle. 21 init. p. 122 C., ubi etiam Timocreonitis, qui Themistoclis fuit adversarius exstat carmen in Themistoclem tractatum saue ut hominem mendacem, iniustum, proditorem, qui pecuniâ corruptus amicum proderit. Add. Pseudo-Plut. II p. 871 C. Herodotea pro more cavillantem.

λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἀνδρίους ἐχρήσατο] Vocem λόγοισι, quae a Florent., Medic., aliis abest, hinc vel deletam vel unci certe inclusam vult Schweighaeuserus ut suspectam. Idem codd. pro καὶ πρὸς

ἐχρήσατο· λέγων, ὡς „εἰ μὴ δώσουσι τὸ αἰτεόμενον, 10
 „ἐπάξει τὴν στρατιὴν τῶν Ἑλλήνων, καὶ πολιορκέων
 2 „ἑξαιρήσει.“ λέγων ὦν ταῦτα, συνέλεγε χορήματα
 μεγάλα παρὰ Καρυστίων τε καὶ Παρίων· οὐ πυν-
 θανόμενοι τὴν τε Ἄνδρον, ὡς πολιορκέοιτο διότι 15 673
 ἐμήδισε, καὶ Θεμιστοκλέα, ὡς εἴη ἐν αἴνῃ μεγίστη
 3 τῶν στρατηγῶν, δείσαντες ταῦτα, ἔπεμπον χορήματα.
 Εἰ δὲ δὴ τινες καὶ ἄλλοι ἔδοσαν νησιωτέων, οὐκ
 ἔχω εἰπεῖν· δοκέω δὲ τινὰς καὶ ἄλλους δοῦναι, καὶ
 4 οὐ τούτους μόνους. καὶ τοὶ Καρυστίοισι γε οὐ-
 δὲν, τούτου εἵνεκα, τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο· 20
 Πάριοι δὲ Θεμιστοκλέα χορήμασι ἰλασάμενοι, διέφυ-
 5 γον τὸ στράτευμα. Θεμιστοκλῆς μὲν νυν, ἕξ Ἄν-
 δρου ὄρμεώμενος, χορήματα παρὰ νησιωτέων ἐκτέετο
 λάθρῃ τῶν ἄλλων στρατηγῶν.

Ἄνδρους perperam habent
 πρὸς βασιλέα.

παρὰ Καρυστίων.] De Ca-
 rystiis conf. Herod. IV, 33.
 VI, 99. Ac refertur Carystus
 inter antiquissimas Euboeae
 urbes, iam Homero nota et
 ab Attica vel condita vel inco-
 lis repleta; quae adeo post
 bella Persica cum in Athenien-
 sium devenisset ditionem, a
 Romanis accepit libertatem.
 Marmore in viciniis eruto vini-
 que egregii culturâ olim urbs
 maxime celebrata est, quae ad-
 huc suo nomine vocatur Cary-
 sto s. Castel Rosso. Vid. Man-
 nert. VIII, p. 262 sq. Tzschuck.
 ad Mel. II, 7, 9 nott. exegg.
 (Vol. III. P. II pag. 695.) De
 Parisiis conf. VIII, 62. In seq.
 pro Θεμιστοκλήα dedi Θεμιστο-
 κλέα, quod Florentinus et San-
 croftû liber prae buere, itemque

εἰπεῖν (pro εἴπαι), ab eodem
 Florentino allatum. Ad lo-
 cutionem ἐν αἴνῃ μεγίστη εἶναι
 conf. Matth. §. 95 pag. 207
 et nott. ad III, 74.

τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένε-
 το] Valla: Carystiis ne hac qui-
 dem re contigit effugere cladem.
 Propius ad ipsa verba: Quam-
 quam Carystiis quidem minime
 inde dilatio s. mora fuit calamita-
 tatis, quâ scil. ipsos affici oportuit.
 Invenitur vox ὑπερβολὴ
 (mora, procrastinatio) apud Poly-
 b. XIV, 9, 8 teste Schweighaeusero,
 qui de verbo ὑπερ-
 βάλλεσθαι differendi notione
 laudat Herod. VII, 206 (ubi
 conf. nott.) et IX, 51. Tu
 add. IX, 46. Bene Negris
 exponit ἀναβολὴ, ὑπέρθεσις
 τοῦ κακοῦ. — In fine cap. ad
 formam ἐκτέετο vid. Matth.
 Gr. Gr. §. 10 pag. 44.

113

Οἱ δ' ἀμφὶ Ξέρξεα, ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας²⁵ μετὰ τὴν ναυμαχίην, ἐξέλαυνον ἐς Βοιωτοὺς τὴν αὐτὴν ὁδόν. ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ, ἅμα μὲν προπέμψαι βασιλέα, ἅμα δὲ ἀνωρίην εἶναι τοῦ ἔτεος πολεμείν· χειμερίσαι τε ἄμεινον εἶναι ἐν Θεσσαλίῳ, καὶ ἔπειτα ἅμα τῷ ἔαρι πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννησοῦ. Ὡς δὲ ἀπίκατο ἐς τὴν Θεσσαλίην, ἐνθαῦτα³⁰ Μαρδόνιος ἐξελέγετο πρώτους μὲν Πέρσας πάντας τοὺς ἀθανάτους καλεομένους, πλὴν Ἰθάρνεος τοῦ στρατηγοῦ· οὗτος γὰρ οὐκ ἔφη λείψεσθαι βασιλέος· μετὰ δὲ, τῶν ἄλλων Περσέων τοὺς θωρηκοφό³⁵ ρους, καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλίην· καὶ Μήδους τε καὶ

Copiae Xerxis terrestres, paucis diebus post pugnam Salaminiam, cum ipso rege Boeotiam, inde Thessaliam repetunt. Data ibi Mardonio CCC millia militum lectissimorum, quibuscum, hieme in Thessalia et Macedonia [c. 126.] transacta, vere proximo Peloponnesum invaderet.

Cap. CXIII.

ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ] E Florentino Schweigh. inseruit voculam καὶ ante Μαρδονίῳ. Equidem cum Matth. et Bekk. eam denuo exstinxi. Pro ἐξέλαυνον Apetz. rescribi vult ἐξήλαυνον. Mox Sancrofti liber cum aliis, quos secutus sum, ἀνωρίην; Mediceus, Florentinus, alii ἀνωρίη, quod postea Schweighaeusero, cui assentitur Stegerus (Ephem. Ien. 1828 nr. 186 pag. 46) melius videbatur. Intelligitur autem *tempus non opportunum, importunum, intempestivum.* Conf. Hemsterhus. ad Thom. Mag. pag. 136.

χειμερίσαι τῇ] i. e. *hyemare, hyemem transigere.* „χειμερίσαι, ait Valckenaer. pro vulgari χειμάσαι vel παραχειμάσαι positum VI, 31 infra recurrit c. 126 et 130, ubi classis reliqua Persarum ἐχειμέρισε ἐν Κύμῳ. Formatum illud, ut

θερίζειν, *aestatem transigere;* et rarius ἐαρίζειν *tempus vernum.* Ἐχειμέριζε forte dederat Noster etiam c. 133 pro ἐχειμάζε, quod in alium usum adhibet VII, 191. ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχειμάζε τρεῖς, tertio idem die tempestas sedavit.“ Ad locutionem πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννησοῦ conf. VIII, 100.

πρώτους μὲν Πέρσας πάντας τοὺς ἀθανάτους καλεομένους] In Sancrofti libro ante Πέρσας insertum legitur *μυρίους*, quod idem Valla expressit, quodque ex VII, 83 [ubi vid. nott. et ad VII, 31] irrepsisse recte statuit Wesseling. —

τοὺς θωρηκοφόρους] Conf. VII, 61.

καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλίην] Supra VII, 40. προσηγύντο μὲν δὴ ἵπποται γίλιοι, ἐκ Περσέων πάντων ἀπολελεγμένοι. De *Medis* conf. VII, 62; de *Sacis* et *Bactriis* VII, 64; de *Indis* VII, 65.

Σάκας, καὶ Βακτρίους τε καὶ Ἰνδοὺς, καὶ τὸν πε-
3 ζόν, καὶ τὴν ἵππον. ταῦτα μὲν ἔθνεα ὅλα εἴλετο·
ἐκ δὲ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐξελέγετο κατ' ὀλίγους,
τοῖσι εἶδεά τε ὑπῆρχε διαλέγων, καὶ εἰ τέοισι τι 40
4 χρηστὸν συνείδεε πεποιημένον. ἐν δὲ, πλεῖστον ἔθνος
Πέρσας αἰρέετο, ἄνδρας στρεπτοφόρους τε καὶ ψε-

κατ' ὀλίγους] Antecedenti ὅλα
opponitur, hoc fere sensu:
e *singulis gentibus consociatis*
paucos singulos elegit, sive, ut
Schweigh. reddidit: e *reliquis*
vero sociis non nisi paucos passim
selegit. Bene quoque Schaefer.
ad Dionys. Halicarn. De
composit. verb. p. 44: ex
singulis sociorum copiis seligebat
paucos, et Buttman. ad De-
mosthen. Mid. p. 175 ed. sec.:
paucos e singulis ordinibus (ad
instar formulae *centenos*). Ubi
etiam plura vid. de distributivo
usu praepositionis κατὰ, de quo
Wesseling. excitaverat Thu-
cyd. III, 111. IV, 11. VI,
34 ibique Duker. Herod. II,
93 cui add. IX, 102. — Ob
sequens ἐν δὲ, praecedente
τῶν ἄλλων conf. Winckel-
mann ad Platon. Euthyd. pag.
136, ubi etiam affert Herod.
I, 185. 192. Schweighaeuserus
bene illud ἐν δὲ, ad omnem
eorum, qui e Xerxis exercitu
a Mardonio electi erant, nu-
merum referens interpretatur:
in universo autem numero sele-
ctorum. In uno codice ἐν δέ:
quod sane displicet.

τοῖσι εἶδεά τε ὑπῆρχε] i. e.
qui forma fuere praestantes.
Conf. I, 199. VIII, 105.

„Sunt, ni fallor (ait Val-
cken.) εἶδεος εὖ ἔχοντες, sive
σωμάτων ἔχοντες ἄριστα at-
que adeo εὐεκτικοί. Hos dic-
citur Mardonius e ceterorum
turbâ διαλέγων *secernens*, καὶ
εἰ τέοισι etc., ubi forte lectio
non esset deterior καὶ ὅτέοισί
τι χρηστὸν συνήδεε πεποιημέ-
νον.“ Nec tamen quidquam
mutandum esse recte statuit
Schweighaeuserus. Vid. Matth.
Gr. Gr. §. 617 pag. 1251; qui
idem §. 151 not. 1 pag. 234
de forma τέοισι consul. Pro
vulg. συνήδεε, quod tenent
cum Schaefero Matthiae et Bek-
kerus, reposui cum Schweigh.
et Gaisf. e Florentino aliisque
libris συνείδεε.

στρεπτοφόρους] Haud negle-
xit nostrum locum Blomfield.
Praefat ad Aeschyl. Pers. p.
VI Lips., ubi pluribus docet,
ψέλια de armillis et στρεπτά
de torquibus dici: quod utrum-
que inter Persarum ornamenta
referri novimus. — Vid. Bris-
son. De regn. Perss. I, 145.
II, 197. — Ad ἐπὶ δὲ vid.
nott. ad VIII, 93. — Mox pro
ἔσσονες reposui ἡσσονες, a qua-
tuor libris allatum, ut supra
VIII, 73.

λιοφόρους· ἐπὶ δὲ, Μήδους. οὔτοι δὲ πλῆθος μὲν οὐκ ἐλάσσονες ἦσαν τῶν Περσέων, ῥώμη δὲ ἤσσονες. ὥστε σύμπαντας τριήκοντα μυριάδας γενέσθαι σὺν ἱππεῦσι. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐν τῷ Μαρο-⁴⁵ δόμιός τε τὴν στρατιὴν διέκρινε, καὶ Ξέρξης ἦν περὶ Θεσσαλίην, χορηστήριον ἐληλύθει ἐκ Δελφῶν Λακεδαιμονίοισι, Ξέρξεα αἰτέειν δίκας τοῦ Λεωνί-
 2 δεω φόνου, καὶ τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέκεσθαι. πέμπουσι δὴ κήρυκα τὴν ταχίστην Σπαρτιῆται· ὅς 50674
 ἐπειδὴ κατέλαβε ἰοῦσαν ἔτι πᾶσαν τὴν στρατιὴν ἐν
 3 Θεσσαλίῃ, ἔλθῶν ἐς ὄψιν τὴν Ξέρξεω, ἔλεγε τάδε·
 „ὦ βασιλεῦ Μήδων, Λακεδαιμόνιοί τε σὲ, καὶ Ἡ-
 „ρακλειῖδαι οἱ ἀπὸ Σπάρτης, αἰτέουσι φόνου δίκας
 4 „ὅτι σφέων τὸν βασιλέα ἀπέκτεινας, ἠνόμενον τὴν 55
 „Ἑλλάδα.“ Ὁ δὲ, γελᾶσας τε, καὶ κατασχῶν πολ-
 λὸν χρόνον, ὥς οἱ ἐτύγγανε παρεστειῶς Μαροδόμιος,
 δεικνὺς ἐς τοῦτον, εἶπε· „Τοιγάρ σφι Μαροδόμιος

Interim Sparta-
 ni, oraculi Del-
 phici iussu, ad
 Xerxem mittunt,
 qui poenam cae-
 dis Leonidae
 poseat. Legato
 quid Xerxes re-
 sponderit. [cf. 9,
 61.]

Cap. CXIV.

ἐληλύθει] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 505. IV pag. 960. — In seq. δίκας αἰτέειν τινά τι-νος est poenam, satisfactionem alicuius rei ab aliquo repetere, ut I, 2 alibi. Ad ipsam rem conf. Herodot. IX, 64. τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέκεσθαι sic intelligo: id quod a Xerxe oblatum esset, s. satisfactionem oblatam, accipere. Haud male Pavius: accipere omen, et, quidquid rex diceret, sibi sumere. Tu conf. quae attulit Wesseling. de hac verbi δέχεσθαι notione, quā omnino valet accipere omen, VIII, 137 (qui locus nostro plane respondet) IX, 90. Aristoph. Plut. 63. Atque hinc in fine cap. de praecone: ὁ μὲν δεξάμε-

νος τὸ ῥηθέν. Redit, obser-
 vante Cr., locutio apud Platon. Gorg. §. 118 pag. 499 E: τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν καὶ τοῦτο δέ-
 χεσθαι τὸ διδόμενον παρὰ σοῦ, quae Heindorfius p. 179 reddit: res praesentes et quodcumque fuerit oblatum, lucro apponere inque rem suam conver-
 tere, proverbii colorem ista habere subiiciens et aliter Herodoti verba a Wesselingio accipi addens. At equidem ab ea, quam dedi, interpretatione cur recedam, nihil causae video.

κατασχῶν] i. e. *inhibens, cohibens*, ut alibi ἐπισχῶν VIII, 113. 23. 66. I, 132. IX, 49. Hinc etiam VIII, 117 κατεχόμενοι i. e. *retenti, detenti*, coll. VI, 129.

„ὅδε δίκας δώσει τοιαύτας οἷας ἐκείνοισι πρέπει.“
 Ὁ μὲν δὴ, δεξάμενος τὸ ῥηθὲν ἀπαλλάσσειτο. 60

115

Xerxis cum caetero exercituiter versus Hellespontum. Maxima harum copiarum pars fame morbisque absumta. Currus Iovi sacer [7, 40.] a Thracibus surreptus.

Ξέρξης δὲ, Μαρδόνιον ἐν Θεσσαλίῃ καταλιπὼν, αὐτὸς ἐπορεύετο κατὰ τάχος ἐς τὸν Ἑλλάσποντον· καὶ ἀπικνέεται ἐς τὸν πόρον τῆς διαβάσιος ἐν πέντε καὶ τεσσεράκοντα ἡμέρησι, ἀπάγων τῆς στρατιῆς 65 2 οὐδὲν μέρος, ὡς εἶπεῖν. ὅκον δὲ πορευόμενοι γινοίατο, καὶ κατ' οὓς τινὰς ἀνθρώπους, τὸν τούτων 3 καρπὸν ἀρπάζοντες ἐσιτέοντο. εἰ δὲ καρπὸν μηδένα εὔροισεν, οἱ δὲ τὴν ποίην τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναφυομένην, καὶ τῶν δενδρέων τὸν φλοιὸν περιλέποντες, καὶ τὰ φύλλα καταδρέποντες κατήσθιον, 70 ὁμοίως τῶν δὲ ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων, καὶ ἔλει-

Cap. CXV.

ὡς εἶπεῖν] i. e. ut ita dicam. εἶπεῖν codd. iubentibus revocari pro εἶπαι. Conf. nott. ad VIII, 65. De ipsa locutione conf. II, 53. 134 et quae plura excoitat Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Pers. 720. Indicatur autem hac formula *exiguus militum numerus*, quem salvum ex immani illa multitudine (VII, 188) in Asiam Xerxes reduxerit.

οἱ δὲ τὴν ποίην τὴν κ. τ. λ.] De particula δὲ in apodosi iteratâ vid. Matth. Gr. Gr. §. 616 pag. 1247 et Werfer. in Actt. phill. Monacc. I pag. 94. Herod. I, 66. — Verbum *περιλέποντες* affert Suidas III pag. 96, qui idem s. v. *ἀρέπων* I p. 628 conferatur.

τῶν δὲ ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων] scil. δενδρέων. Quod sequitur ὑπὸ λιμοῦ, valet: *prae fame, fame coacti*. Ac

multos Persas mortuos esse *δίψη τε λιμῶ τε canit quoque Aeschylus Pers. 490 (496 Blomf.)*, cuius omnis huc spectat narratio inde a vers. 482 (488 Bl.), tragicum in morem exornata. Eodem spectat Tzetz. Chil. I, 995 Persas, qui cum rege secesserint, plerosque narrans obiisse *κρυμῶ, λιμῶ, πορείᾳ* sive, ut Orosius habet II, 10 p. 114, *labore, fame ac metu distabuerunt*. Addam Iustini locum II, 13 §. 11. 12, qui Xerxis tristi reditu exposito haec subiicit: „Nec pedestribus copiis, quas ducibus assignaverat, felicius iter fuit: si quidem quotidiano labori (neque enim ulla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorum deinde dierum inopia contraxerat et pestem, tantaque foeditas morientium fuit, ut viae cadaveribus implerentur, alitesque et bestiae escae illecebris sol-

4πον οὐδέν· ταῦτα δ' ἐποίουν ὑπὸ λιμοῦ. ἐπιλαβῶν δὲ λοιμός τε τὸν στρατὸν καὶ δυσεντερήη, κατ' ὄδον διέφθειρε. τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτῶν κατέλιπε, ἐπιτάσσων τῆσι πόλισι, ἵνα ἐκάστοτε γίνοιτο ἐλαύνων, μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν· ἐν Θεσσαλίῃ 75 τέ τινας, καὶ ἐν Σίρι τῆς Παιονίης, καὶ ἐν Μακεδονίῃ. ἔνθα καὶ τὸ ἱρὸν ἄρμα καταλιπὼν τοῦ Διὸς, ὅτε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἤλαυνε, ἀπιὼν οὐκ ἀπέλαβε· ἀλλὰ δόντες οἱ Παῖονες τοῖσι Θρηήξι, ἀπαιτέοντος Ξέροξω, ἔφασαν νεμομένας ἀρπαχθῆναι ὑπὸ τῶν 80 ἄνω Θρηϊκῶν τῶν περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Στρυμόνος οἰκημένων. Ἐνθα καὶ ὁ τῶν Βισαλτέων βασιλεὺς γῆς τε τῆς Κρηστωνικῆς, Θρηΐξ, ἔργον ὑπερφυῆς ἐρ-

Bisaltarum rex quomodo tum filios, Xerxem invito patre in Graeciam secutos, ultus.

licitatae exercitum sequerentur.“

ἐπιλαβῶν δέ] Vid. nott. ad VI, 27. Pro seq. λοιμός Toup. Emendd. in Suid. P. III pag. 333 s. II p. 399 rescribi vult λιμός idque de morbo, quem vulgo dicunt *le scorbut*, intelligi vult, comparans Polyb. III, 87.

μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν] scil. αὐτούς, (*aegrotantes*) mōnente Boeckh. in Corp. Inscriptt. I pag. 20. 21. 875. De verbo *μελεδαίνειν*, quod etiam affert Suidas s. v. II p. 523 vid. allata ad VII, 31; de *Siri* urbe in seqq. dixi ad V, 15. Romanis dicebantur *Serrae*, nunc vocant *Serres*; quam urbem adhuc commercio florentem inter potiores Macedoniae urbes censi, sitam ad laetam illam planitiem Strymone irrigatam, ad montis declivitates, brevi spatio remotam a Cercines lacu, cui nunc nomen Takinos, docuit Cousi-

néry, Voyage en Macedoine I pag. 157 seqq. 173 seqq. Nec fugit censorem Gottingensem 1833 nr. 127 p. 1262. — De sacro Iovis curru vid. nott. ad VII, 40; de *Paeonibus* diximus ad V, 12.

νεμομένας] Ad ἄρμα refertur, quo nomine simul alterum ἵππους comprehendi patet. Vid. G. Hermann. ad Viger. p. 714. Mox pro οἰκωμένων retinui, quod plurimi praebebant codd., οἰκημένων, ut III, 96.

Cap. CXVI.

Βισαλτέων] De *Bisaltia* conf. nott. ad VII, 115, de *Crestonia* regione I, 57. VII, 124.

ἔργον ὑπερφυῆς] i. e. *facinus immane, maxime atrox, naturam humanam quasi excedens et superans*. In bonam partem adhibuit Herodotus IX, 78. Caeterum eadem enarraus Aelian. V. H. V, 11 in clausula

γράφω· ὅς οὔτε αὐτὸς ἔφη τῷ Ξέρξῃ ἐκὼν εἶναι δουλεύσειν, ἀλλ' οἴχετο ἄνω ἐς τὸ οὖρον τὴν Ῥο-85 δόπην, τοῖσι τε παισὶ ἀπηγόρευε μὴ στρατεύεσθαι 2 ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. οἱ δὲ ἀλογήσαντες, ἢ ἄλλως σφι θυμὸς ἐγένετο θεήσασθαι τὸν πόλεμον, ἐστρατεύοντο 3 ἔμα τῷ Πέρσῃ. ἐπεὶ δὲ ἀνεχώρησαν ἀσινεές πάντες, 675 ἔξ ἐόντες, ἐξώρουξε αὐτῶν ὁ πατήρ τοὺς ὀφθαλμοὺς 90 διὰ τὴν αἰτίην ταύτην. καὶ οὗτοι μὲν τοῦτον τὸν μισθὸν ἔλαβον.

117

Pontibus Helles-
ponti per tem-
pestatem ruptis.
Xerxes cum suis
Abydum navibus
trausvehitur, in-
deque Sardes
movet.

Οἱ δὲ Πέρσαι ὡς ἐκ τῆς Θρηήκης πορευόμενοι ἀπίκουτο ἐπὶ τὸν πόρον, ἐπειγόμενοι τὸν Ἑλλήσπον-
τον τῆσι νηυσὶ διέβησαν ἐς Ἄβυδον· τὰς γὰρ σχε-
δίας οὐκ εὗρον ἔτι ἐντεταμέναις, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος 95
2 διαλελυμένας. Ἐνθαῦτα δὲ κατεχόμενοι, σιτία τε
πλέω ἢ κατ' ὁδὸν ἐλάγχανον· οὐδένα τε κόσμον ἐμ-
πιπλάμενοι, καὶ ὕδατα μεταβάλλοντες, ἀπέθνησκον
τοῦ στρατοῦ τοῦ περιέοντος πολλοί. οἱ δὲ λοιποὶ

addit Thracem, eo quod filios sex excoecarit, haud fecisse Graeca (μὴ ποιήσας Ἑλληνικά). Ubi bene observat Perizonius excoecationis morem atrocem, quem Graecis abiudicat Aelianus, post tempora Iustiniani Rhinotneti denuo invaluisse apud Graecos Byzantinos indeque etiam ad Latinos esse propagatum, ut ex exemplo Ludovici Pii, qui fratris filium Bernhardum, Italiae regem, hoc supplicio affecerit, satis constet. Aliud excoecationis exemplum in Phinei liberis affert Wesseling. e Schol. Apollon. Rhod. II, 178.

ἐκὼν εἶναι] Conf. VIII, 30 et de Rhodope monte nott. ad

IV, 49. De particula μὴ post ἀπηγόρευε illata conf. III, 128 ibiq. nott.

Cap. CXVII.

ἔτι ἐντεταμέναις] i. e. rates non amplius invenerunt ligatas, intensas vinculis, sed tempestatibus vi solutas, disiectas. Sic plane IX, 106. — Mox e Florentino aliisque cum recentt. dedi ἐνθαῦτα δὲ, ubi vulgatum δὴ retinuit Matthiae. Ad κατεχόμενοι vid. nott. ad VII, 114 et ad voces οὐδένα κόσμον allata ad VIII, 60 §. 3. Nam illos tradit nullo modo ordineque servato cibis se implevisse; unde mutata simul aqua, mors insecuta est.

118 ἄμα Ξέρξης ἀπικνέονται ἐς Σάρδις. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὅδε λόγος λεγόμενος, ὡς ἐπειδὴ Ξέρξης ἀπελαύ-1
 νων ἐξ Ἀθηνῶν ἀπίκετο ἐπ' Ἡϊόνα τὴν ἐπὶ Στρυ-
 μόνι, ἐνθευτεν οὐκέτι ὁδοιπορήσει διεχρέετο, ἀλλὰ
 τὴν μὲν στρατιὴν Ῥδάρονεϊ ἐπιτρέπει ἀπάγειν ἐς τὸν
 Ἑλλήσποντον, αὐτὸς δ' ἐπὶ νηὸς Φοινίσσης ἐπιβάς, 5
 2 ἐκομίζετο ἐς τὴν Ἀσίην. πλώοντα δέ μιν ἄνεμον
 Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίνην· καὶ δὴ,
 μᾶλλον γάρ τι χειμαίνεσθαι, γεμούσης τῆς νηὸς,

Alia de Xerxis
 reditu narratio,

Cap. CXVIII.

λόγος λεγόμενος] Ita Florentinus cum aliis. Vulgatum λεγόμενος λόγος cum Schaefero retinuit Matthiae. De ipsa locutione, quae redit VIII, 119 in init., conf. nott. ad IV, 12. — Mox omnes fere codd, excepto Vallae, ἐξ Ἀθηναίων. — De Eione notavimus ad VII, 25.

ἐπὶ νηὸς Φοινίσσης ἐπιβάς] Infra VIII, 120 fin. est: ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νῆα. Alibi genitivus, omissa praepositione, adstruitur: de quo vid. ad Herod. I, 84 nott. — De verbo κομίζεσθαι conf. VIII, 107. Ad ipsam narrationem confer. Iustin. II, 13 §. 9 sq. „Ipse (Xerxes) cum paucis Abydon contendit. Ubi cum solutum pontem hibernis tempestatibus offendisset, piscatoria scaphâ trepidus traiecit. Erat res spectaculo digna et aestimatione sortis humanae, rerum varietate miranda, in exiguo latentem videre navigio, quem paulo ante vix aequor omne capiebat; carentem etiam omni servorum ministe-

rio, cuius exercitus propter multitudinem terris graves erant.“ Iustinum sequitur Orosius II, 10. Veriora Valckenaerio videntur, quae Tzetzes Chil. I 996 de Xerxis tractu enarrat.

πλώοντα δέ μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίνην] Excidit Noster e structurâ vel potius in aliam transiit accusativi et infinitivi, plane ut VIII, 111. — De verbo ὑπολαβεῖν conf. VIII, 84 fin. VII, 170 et de voce κυματίνης nott. ad II, 111. Strymonium ventum non alium esse atque Boream, a sua velut sede eximie ita vocatum, quem eundem Atheniensium affinem et fautorem (qui inde etiam regem illacsum dimittere haud debuit) supra invenimus VII, 189, recte observat Valckenaerius de hoc Strymonis Borea citans Callimach. in Del. 26 ibiq. Spanhem. et in Dian. 114. — In seqq. ob articuli vim Mattli. Gr. Gr. §. 267 pag. 551 excitat verba τῶν σὺν Ξέρξει κομιζομένων. — De forma βῶσαντα vid. nott. ad I, 11.

ὥστε ἐπὶ τοῦ καταστροφώματος ἐπεόντων συγγῶν Περ-
 σέων τῶν σὺν Ξέρξῃ κομιζομένων, ἐνθαῦτα ἐς δεῖ- 10
 μα πεσόντα τὸν βασιλέα, εἶρεσθαι βάσαντα τὸν κυ-
 3 βερνήτα, εἴ τις ἐστὶ σφι σωτηρίη. καὶ τὸν εἶπαι·
 „Δέσποτα, οὐκ ἔστιν οὐδεμία, ἣν μὴ τούτων ἀπαλ-
 „λαγὴ τις γένηται τῶν πολλῶν ἐπιβατέων.“ καὶ
 4 Ξέρξεα λέγεται ἀκούσαντα ταῦτα εἶπαι· „Ἄνδρες 15
 „Πέρσαι, νῦν τις διαδεξάτω ὑμέων βασιλεὺς κηδό-
 5 „μενος· ἐν ὑμῖν γὰρ οἴκε εἶναι ἐμοὶ ἡ σωτηρίη.“
 τὸν μὲν ταῦτα λέγειν· τοὺς δὲ, προσκυνέοντας, ἐκ-
 6 πηδέειν ἐς τὴν θάλασσαν· καὶ τὴν νῆα ἐπικουφι-
 6 σθεῖσαν, οὕτω δὴ ἀποσωθῆναι ἐς τὴν Ἀσίην. Ὡς 20
 δὲ ἐβῆναι τάχιστα ἐς γῆν τὸν Ξέρξεα, ποιῆσαι τοι-
 ὄνδε· ὅτι μὲν ἔσωσε βασιλεὺς τὴν ψυχὴν, δωρήσα-
 σθαι χρυσέῃ στεφάνῃ τὸν κυβερνήτα· ὅτι δὲ Περ-
 σέων πολλοὺς ἀπόλεσε, ἀποταμεῖν τὴν κεφαλὴν αὐ-
 τοῦ. Οὗτος δὲ ἄλλος λέγεται λόγος περὶ τοῦ Ξέρ- 676
 2 ξεω νόστου, οὐδαμῶς ἕμοιγε πιστός, οὔτε ἄλλως, 25

119

sed parum illa
 credibilis Hero-
 doto visa.

ἣν μὴ τούτων ἀπαλλαγὴ
 τις κ. τ. λ.] Dedi ἣν μὴ a
 Sancrofti codice allatum et
 probatum Werfero in Actt.
 phill. Monacc. I pag. 100.
 Matth. Gr. Gr. §. 525, 7, b
 pag. 1020. Vulgo εἰ — μὴ,
 quod cum Schaefero unus re-
 tinuit Bekkerus.

Ξέρξεα λέγεται — εἶπαι]
 Attigit Matth. Gr. Gr. §. 537
 pag. 1056. — Ad verbum δια-
 δεξάτω conf. nott. ad VI, 136.
 Quae continuo sequuntur, at-
 tigit Dio Chrysostom. Or. XIV
 p. 231 B.

προσκυνέοντας] Vid. citt.
 ad VII, 136. Mox e duobus
 codd. pro ἐκπεδᾶν revocavi ἐκ-
 πηδέειν, quod hinc attigit
 Matth. Gr. Gr. §. 10 pag. 44,
 qui idem pag. 195 conferatur

ad formam κυβερνήτα. De
 notione vocis ψυχὴ vid. nott.
 ad VII, 39. Pro χρυσέῃ στε-
 φάνῃ duo codd. χρυσέῳ στε-
 φάνῳ, quod merito respuit
 Valckenaer., quum Herodotus
 Homeri more (de quo vid. Eu-
 stath. ad II. XVIII, 597. Ca-
 saubon. ad Athen. V, 8 s. 34
 ad pag. 202 B.) femininas sub-
 inde praetulerit formas. Tu
 conf. etiam ad I, 9 allata.
 Supra VI, 69 οἱ στέφανοι.

ἀποταμεῖν τὴν κεφαλὴν
 αὐτοῦ] Vid. nott. ad VII, 35.

Cap. CXIX.

οὔτε ἄλλως, οὔτε κ. τ. λ.]
 i. e. neque ad caetera quod at-
 tinet, neque quod ad Persicam
 illam cladem. Mox pro ἐβόηθη
 cum Gaisf. ex uno cod. recepi

οὔτε τὸ Περσέων τοῦτο πάθος. εἰ γὰρ δὴ ταῦτα οὕτω εἰρέθη ἐκ τοῦ κυβερνήτεω πρὸς Ξέρξεα, ἐν μυρήσι γνώμησι μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον, μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι βασιλεῖα τοιούδε· τοὺς μὲν ἐκ τοῦ καταστροφώματος καταβιβάσαι ἐς κοίλην νῆα, ἔοντας Πέρσας, καὶ Περσέων τοὺς πρώτους· τῶν δ' ἑρετέων, ἔοντων Φοινίκων, ὅπως οὐκ ἂν ἕσον πληθὸς τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν. Ἄλλ' ὁ μὲν, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται, ὁδοῦ χρεώμενος ἅμα τῶν ἄλλων στρατῶ, ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην. Μέγα δὲ καὶ τότε μαρτύριον· φαίνεται γὰρ Ξέρξης ἐν τῇ

Munera Abderitis a Xerxe Asi-
am repente
data.

εἰρέθη, ut IV, 157. VII, 184. Apud Matth. et Bekkerum etiam invenitur εἰρέθη.

ἐν μυρήσι γνώμησι μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον κ. τ. λ.] Sensum loci hunc esse puto: in pluribus (quae hac de re proferri possunt) sententiis ne unam quidem habeo mihi contrariam, contendenti Persarum regem tale quid (quod scilicet navis gubernator illi suasit) nunquam facturum fuisse, qui potius, Persis in alveo navis descendere iussis, remiges, qui Phoenices fuere, in mare deictos morti tradidisset. — De voce ἀντίξοος conf. nott. ad I, 174, et de particulis μὴ οὐκ Matth. Gr. Gr. § 609 p. 1229. 1231.

τῶν δ' ἑρετέων κ. τ. λ.] „Ad id, quod famae illi, de qua hic agitur, opponit Herodotus, responderi poterat: At remigum, qui in navi erant, nautarumque cunctorum opera opus fuit gubernatori, quā per

vim tempestatis ad optatum litus eluctaretur.“ Schweighaeuser.

ὅπως οὐκ ἂν — ἐξέβαλε] Vid. Matthiae Gr. Gr. §. 623, 3 pag. 1267 et G. Hermann. Opuscul. Acad. IV p. 52 (de partic. ἂν I, 10) hunc locum laudans, in quo mire dicens illam formulam mutarit Herodotus, cum pro οὐκ ἔστι hic ad μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι referatur ὅπως s. ὅπως.

Cap. CXX.

φαίνεται γὰρ] Particulam γὰρ attigit Matth. Gr. Gr. §. 630. 2 pag. 1293. — ἡ ὀπίσω νομιδῆ exstat quoque VIII, 108. De Abderis vid. nott. ad VII, 109. Add. Prokesch. in Annall. Vienn. T. LIX Anz. Bl. pag. 11 seq. De Herodotei loci argumento conf., notante Valcken., Philostrat. Vit. Sophist. p. 494 [I, X. Protag.].

ὀπίσω κομιδῇ ἀπικόμενος ἐς Ἀβδηρα, καὶ ξεινίην τέ σφι συνθέμενος, καὶ δωρησάμενος αὐτοὺς ἀκινάκη 2 τε χρυσῆν καὶ τιήρη χρυσοπάστῳ. καὶ ὡς αὐτοὶ λέγουσι Ἀβδηροῖται, λέγοντες ἔμοι γε οὐδαμῶς πιστὰ, πρῶτον ἐλύσατο τὴν ζώνην φεύγων ἐξ Ἀθηνέων ὀπίσω, ὡς ἐν ἀδείῃ ἔων. τὰ δὲ Ἀβδηρα ἴδονται πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου μᾶλλον ἢ τοῦ Στρουμόνος καὶ τῆς Ἡϊόνος, ὅθεν δὴ μιν φασι ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νῆα. 45

121

Omissa Andriobsidione [c. 111.], quod incolae fortissime resisterent, classis Graecorum Carystum depopulata [c. 112.], Salaminem revertitur. Dona diis data: prae-dae divisae.

Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεὶ τε οὐκ οἴοι τε ἐγένοντο ἐξελέειν τὴν Ἀνδρον, τραπόμενοι ἐς Κάρυστον, καὶ 2 δηλώσαντες αὐτῶν τὴν χώραν, ἀπαλλάσσοντο ἐς Σαλαμίνα. Πρῶτα μὲν νυν τοῖσι θεοῖσι ἐξείλον ἀγοθίνια, ἄλλα τε, καὶ τριήρεας τρεῖς Φοινίσσας· τὴν μὲν, ἐς Ἴσθμὸν ἀναθεῖναι, ἥπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν 50

καὶ ξεινίην τέ σφι συνθέμενος] Vid. nott. ad VII, 120 et ad VII, 29 et confer praeterea IX, 135, ubi ξεινία προτίθεσθαι. Magis vero huc facit III, 39 ξεινίην Ἀμάσι συνεθήκατο. De *Acinace* vid. nott. ad III, 118.

τιήρη χρυσοπάστῳ] „Tiaram infrequens fuisse puto regium donum, Acanthios eodem quo Abderitanos honore rex dignatus VII, 116 ἐδωρήσατο ἐσθῆτι Μηδικῇ. Nusquam etiam auro distinctam χρυσόπαστον memoratam legi tiaram: de qua praeter Brisson. multa Gataker. Adv. Misc. posth. c. 24, sed alibi reperies χρυσόπαστον ἐσθῆτα et τὰ χρυσόπαστα τῶν ἐνδυμάτων.“ *Valcken.* At Medicam vestem qui muneri dedit, curis tiaram dare non potuerit, haud equidem

intelligo. Cyrus Syennesi, si fides Xenophonti Anab. I, 2 §. 27 dedit munera, quae honoratissima apud Persas censentur, equum frenis aureis ornatum, torquem aureum ac stolum Persicam, Quae omnia aurea fuisse ne mireris, vid. nott. ad VII, 54.

τὰ δὲ Ἀβδηρα ἴδονται πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου] Ita e Florentino, aliis dedi codd. Vulgatum: πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου δὲ μᾶλλον τὰ Ἀβδηρα ἴδονται retinuit Matthiae. De praepositione πρὸς vid. nott. ad VIII, 87 et de verbis ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νῆα cf. nott. ad VIII, 118.

Cap. CXXI.

τὴν Ἀνδρον] Vid. VIII, 111 et de *Carystiiis* nott. ad VIII, 112.

τὴν δὲ, ἐπὶ Σούνιον· τὴν δὲ, τῷ Ἄλαντι, αὐτοῦ ἐς
3 Σαλαμίνα. μετὰ δὲ τοῦτο διεδάσαντο τὴν λήϊν,
καὶ τὰ ἀκροθίνια ἀπέπεμψαν ἐς Δελφούς· ἐκ τῶν
ἐγένετο ἀνδριάς, ἔχων ἐν τῇ χειρὶ ἀκρωτήριον νηὸς,
ἑὼν μέγας δυοκαίδεκα πηχέων· ἐστήκει δὲ οὗτος 55

122 τῇ περὶ ὁ Μακεδῶν Ἀλέξανδρος ὁ χύσεος. Πέμ-
ψαντες δὲ ἀκροθίνια οἱ Ἕλληνες ἐς Δελφούς, ἐπει-
ρώτεον τὸν θεὸν κοινῇ, εἰ λελάβηκε πλήρεα καὶ
ἀρεστά τὰ ἀκροθίνια. ὁ δὲ, παρ' Ἑλλήνων μὲν τῶν 677
ἄλλων, ἔφησε, ἔχειν· παρ' Αἰγυπτίων δὲ, οὐ· ἀλλὰ 61
ἀπαίτεε αὐτοὺς τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλαμίῳ νου-
μαχίης. Αἰγυπτῆται δὲ πυθόμενοι, ἀνέθεσαν ἀστέρας
χρυσέους, οἱ ἐπὶ ἰσοῦ χαλκίου ἐστάσι τρεῖς ἐπὶ τῆς
123 γανίης, ἀγχοτάτω τοῦ Κροίσεω κρητῆρος. Μετὰ δὲ 65

τὴν διαίρεσιν τῆς λήϊης ἐπλωον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸν
Ἴσθμόν, ἀριστήϊα δάδοντες τῷ ἀξιώτατῳ γενομένῳ
2 Ἑλλήνων ἀνὰ τὸν πόλεμον τοῦτον. ὡς δὲ ἀπικό-

Quid Aeginetae
deo Delphico pe-
tentū donaverint.

Per caeterorum
ducum livorem
stetisse, ne The-
mistocli, cum in
Isthmo ad Neptu-
ni aram suffra-
gia de hac re
ferrent, ob res
bene gestas pri-
mae darentur.

τῷ Ἄλαντι αὐτοῦ ἐς Σαλα-
μίνα] αὐτοῦ est ibi, ubi scil.
habebant stationem regressi ab
expeditione in Andrios atque
Carystios facta. Verba ἐς
Σαλαμίνα aequae atque ἐς
Ἴσθμόν et ἐπὶ Σούνιον ad ἀ-
ναθεῖναι pertinent. Affert
Wesselingius ad h. l. similia
victoriae reportatae donaria
e Thucydid. II, 84. Procop.
Bell. Goth. IV, 22. ἀκροθίνια
sunt primariae praedae diis con-
secrandae a victoribus gratum
animum testificantibus, ut I,
86. 90. Mox reliqui ἐστήκει,
cuius loco Schaeff., quem Matth.
et Bekker. sequuntur, ἔστηκε.

luerat λελαβήκει ut III, 42. At-
tigit Herodotea Pseudo-Plut,
II p. 871 C.

τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλα-
μίῳ ναυμαχίης] Conf. VIII,
93 et Plutarch. Themistocl.
17 pag. 120 C. Aeginetis pal-
mam contributam esse testan-
tur quoque Aelian. V. H. XII,
10. Diodor. XI, 27, notante
Wesselingio. — In seqq. ad
vocem ἀστέρας conf. II, 4, ubi
plurimi codd. haud scio an re-
cte ἀστέρων pro vulg. ἄστρον.
τοῦ Κροίσεω κρητῆρος] Vid.
I, 51 et de forma Κροίσεω
Matth. Gr. Gr. §. 91, 2 pag.
196.

Cap. CXXII.

Cap. CXXIII.

λελάβηκε] Vid. Matth. Gr.
Gr. §. 427. Valckenaer. ma-

ἀνὰ τὸν πόλεμον] Vid.
Matth. Gr. Gr. §. 579, 1 pag.

μενοι οἱ στρατηγοὶ διενέμοντο τὰς ψήφους ἐπὶ τοῦ Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ, τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον 70 κρίνοντες ἐκ πάντων· ἐνθαῦτα πᾶς τις αὐτῶν ἑω-
 τῷ ἐτίθετο τὴν ψῆφον, αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄρι-
 στος γενέσθαι· δεύτερα δὲ, οἱ πολλοὶ συνεξέπιπτον
 8 Θεμιστοκλέα κρίνοντες. οἱ μὲν δὴ ἔμουνουῦντο· Θε-
 μιστοκλέης δὲ δευτερείοισι ὑπερεβάλλετο πολλόν. 75

1148. Redit ἀνά hoc sensu cap. 124.

διενέμοντο] Plures codd. διένεμον, duo quoque libri ἔφερον, quod idem in locis geminis exstat Plutarchi Themist. 17 p. 120 D. Aristid. II pag. 218, ubi duces ex ara τὴν ψῆφον φέρειν narrantur. Equidem medium retinui cum Valcken. sic statuente: „Athenis causa utrimque dicta, qui iudicibus distribuebant singulis τὰς δύο ψήφους, hi dici poterant διανέμειν τὰς ψήφους [Conf. Schoemann et Meier Attisch. Process. p. 676]. Sed apud Herodotum Graeci duces inter se calculos dividentes, quibus ferrent suffragia, διενέμοντο τὰς ψήφους, et quidem ἐπὶ τοῦ Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ ad altare Isthmii Neptuni; ut Dei maiestate moti sancte iudicarent, τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες (sive κρινέοντες iudicaturi), ἐκ πάντων. Herodotea Plutarchus interpretatur in Themistocl. 17 p. 120 D. ἀναχωρήσαντες εἰς τὸν Ἴσθμὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν ψῆφον ἔφερον οἱ στρατηγοί. Hoc Athenis etiam nonnunquam factum liquet

ex Demosthen. De Coron. pag. 162 [p. 271] Or. c. Macart. p. 601 [p. 1054, 10].“ Atque hoc utroque loco invenies ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέρειν τὴν ψῆφον.

αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι] i. e. cum unusquisque sibi videretur optimus fuisse. Vid. G. Hermann. ad Viger. p. 733. — δεύτερα δὲ nil aliud esse puto nisi tum, ut v. c. VII. 28. 148, quando praecedit πρῶτα μὲν vel simile quid. — Ad verbum συνεξέπιπτον conf. cit. ad VIII, 49.

ὑπερεβάλλετο] i. e. enihuit, ubi accusativus personae negligitur, sed dativus rei additur, ut I, 61. IX, 71. Unus liber male dat ὑπερέβαλλε. Caeterum non dissentit Plutarchus (Themistocl. 17 coll. Pseudo-Plut. II pag. 871 D.) ab Herodoto, narrans duces primum, se quemque virtute praestitisse, post se Themistoclem, statuisse; unde primas ad Themistoclem quamvis invitos ob invidiam detulisse duces haud iniuria censet Plutarchus. Est vero hic Herodoti locus documento, Herodotum nullo ductum timore aut partium stu-

124 Οὐ βουλομένων δὲ ταῦτα κρίνειν τῶν Ἑλλήνων φθόνῳ, ἀλλ' ἀποπλώνοντων ἐκάστων ἐς τὴν ἐσωτῶν ἀκρόταν, ὅμως Θεμιστοκλῆς ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος ἀνὰ 2 πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Ὅτι δὲ νικῶν οὐκ ἐτιμήθη 80 πρὸς τῶν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐς Λακεδαιμόνα ἀπίκετο, θέλων τιμηθῆναι. καὶ μιν Λακεδαιμόνιοι καλῶς μὲν ὑπεδέξαντο, 30 μεγάλως δὲ ἐτίμησαν. ἀριστήϊα μὲν νυν ἔδωσαν Εὐρύβιādῃ, ἐλαίης στέφανον· σοφίης δὲ καὶ 85 4 δεξιότητος, Θεμιστοκλεῖ, καὶ τούτῳ στέφανον ἐλαίης. ἐδώρησαντο δὲ μιν ὄχῳ τῷ ἐν Σπάρτῃ καλλιστεύσαντι αἰνέσαντες δὲ πολλὰ, προέπεμψαν ἀπίοντα τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, οὔτοι οἵπερ ἱππέες καλέονται, μέχρι οὔρων τῶν Τεγεητικῶν. μούνον δὴ τοῦτον πάντων ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, 678

Honor insignis paulo post Spartae eidem habitus.

dio id unum curasse in omnibus, ut verum ubique traderet. Conf. Dahlmann. Herod. pag. 184.

Cap. CXXIV.

ἐβώσθη] Vid. I, 11. VI, 131. Ad verba ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ — σοφώτατος conf. VIII, 110, ubi: δεδομένος εἶναι σοφός. θέλων τιμηθῆναι] „Verisimilius mihi videtur, quod Plutarch. narrat in Themist. 17 pag. 120 D. Spartam vocatum deductumque a Lacedaemoniis fuisse Themistoclem, sibi nempe metuentibus nunc tandem, μή ποτε Θεμιστοκλῆς, ἀγανακτήσας ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι, κακὸν μέγα βουλευσῆται κατ' αὐτῶν καὶ τῶν Ἑλλήνων, ut scribit Diodor. XI, 27 idcirco tum ἐτίμησαν αὐτὸν διπλοσίοις δωρεαῖς τῶν

τὰ ἄριστα εὐληφόντων. Iuxta Libanium I p. 14 C. illum ἐστεφάνουν, τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἀφορμὴν ποιούμενοι τὴν ἐκείνου διάνοιαν. Multiplicem honorem ipsi tum tributum a Lacedaemoniis enarrat et Plutarchus [cap. 17 Vit. Themistocl.]. In Herodoto legem ex marg. Stephani προέπεμψαν ἀπίοντα [ubi vulgo ἀνίοντα] τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες: quo honore neminem alium dicuntur prosecuti. Hoc apud Thucydid. I, 74 Spartanis in memoriam revocat orator Atticus.“ *Valken*. De illis equitibus, e flore iuventutis Laconicae electis Themistoclemque, id quod maximum honoris indicium erat, comitantibus vid. Plutarch. Lycurg. 25. Xenoph. De R. L. IV, 3. C. O. Müller. Dorr. II

125

Timodemus Themistoclis obtrectator quomodo confutatus.

Σπαρτιῆται προέπεμψαν. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Λακεδαιμόνος 91 ἀπίκετο εἰς τὰς Ἀθήνας, ἐνθαῦτα Τιμόδημος Ἀφιδναῖος, τῶν ἐχθρῶν μὲν τῶν Θεμιστοκλέος ἐὼν, ἄλλως δὲ οὐ τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν, φθόνῳ καταμαργέων, 95 ἐνείκειε τὸν Θεμιστοκλέα, τὴν εἰς Λακεδαιμόνα ἀπιεῖν προφέρων, ὡς διὰ τὰς Ἀθήνας ἔχοι τὰ γέρεα τὰ 2 παρὰ Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οὐ δι' ἑωυτόν. ὁ δὲ, ἐπεὶ τε οὐκ ἐπαύετο ταῦτα λέγων ὁ Τιμόδημος, εἰ-

p. 241 C. F. Hermann. Hel-
len. Staatsalterth. §. 29 not.
12 seq. — Ad vocem ὄχρῳ
vid. Matth. Gr. Gr. §. 91, 3
pag. 196.

Cap. CXXV.

Ἀφιδναῖος] In Sancrofti co-
dice exstat Ἀθηναῖος: quod
plures codd. si ferrent, luben-
ter se recepturum esse ait Wes-
seling., cum idem Timodemus
infra vocetur *Belbinita*. Neque
tamen quidquam mutandum,
si cum Pavio ac Schweighaeu-
sero Timodemum statuas domo
fuisse *Belbinitam* i. e. natum in
Belbina insulâ, sed Atticam ci-
vitatem nactum *Aphidnaeorum*-
que demo fuisse adscriptum.
Aphidnae non multum a Dece-
lea videntur fuisse remotae:
quamquam accuratiora de eius
situ desunt. Conf. Herod. IX,
73. Strabon. VIII p. 362 s. p.
557 A. Pausan. II, 22 §. 7.

ἄλλως δὲ οὐ τῶν ἐπιφανέων
ἀνδρῶν] i. e. caeteroqui non
illustribus viris adnumeratum.
Loco vili ignobilique gente eum
prognatum fuisse haec verba

declarant. Vid. Sintenis ad
Plutarch. Themistocl. p. 2.

φθόνῳ καταμαργέων] In
Florentino alisque exstat κα-
ταμαρπτέων. Bene autem ad
h. l. Wesseling.: καταμαρ-
γῶν et more Ionico καταμαρ-
γέειν, protervi hominis et in-
vidia rumpentis insaniam egre-
gie declarat. Quo qui inge-
nio μεμαργωμένοι κνωθρα-
σεις Aeschlylo Suppl. 766.⁶⁶
Qui idem Wesseling. in Diss.
Herod. IX p. 205, ubi h. l.,
quem Latine reddit: *ira fu-
rens rixabatur*, tractat, compa-
rat Euripid. Troad. 992: ἐξε-
μαργώθησ φρένας animo furis,
itemque μαργαίνειν apud Cle-
ment. Alex. Protrept. p. 75 et
ἐπιμαργαίνειν apud Arat. Dio-
sem. 386 de suis. Add. Pinda-
r. Nem. IX, 46. Ac perti-
nent huc quoque voces μάργος
(*vesanus, avidus*) et ὑπόμαρ-
γος apud Herodot. VI, 75, ubi
vid. nott. — Ad verbum προ-
φέρων vid. nott. ad IV, 151.
Pro ἔχει, quod Schaeferus et
Matthiae retinuerunt, equidem
cum reliquis dedi ἔχοι, quod
plerique dabant codd.

πε· „Οὕτω ἔχει τοι· οὐτ' ἂν ἐγὼ, ἐὼν Βελβινίτης,
 „ἐτιμῆθην οὕτω πρὸς Σπαρτιητέων· οὐτ' ἂν σὺ,
 „ὦν Θρωπε, ἐὼν Ἀθηναῖος.“ Ταῦτα μὲν νυν ἐς το-
 σοῦτο ἐγένετο.

126

Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκος, ἀνὴρ ἐν Πέρσῃσι
 λόγιμος καὶ πρόσθε ἐὼν, ἐκ δὲ τῶν Πλαταιϊκῶν καὶ
 μᾶλλον ἔτι γενόμενος, ἔχων ἕξ μυριάδας στρατοῦ
 2 τὸν Μαρδόνιος ἐξελέξατο, προέπεμπε βασιλέα μέγχι
 τοῦ πόρου. ὡς δὲ ὁ μὲν ἦν ἐν τῇ Ἀσίῃ, ὁ δὲ, ὀ-
 πίσω πορευόμενος, κατὰ τὴν Παλλήνην ἐγένετο· ἅτε
 Μαρδονίου τε χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίην τε καὶ

Expediit Persarum Pallensis. Artabazus cum parte copiarum Mardonii regem ad Hellespontum prosecutus, indeque rediens, Pallenses, qui interea Persarum se iugo subtraherant, expugnare constituit.

ἐὼν Βελβινίτης] *Belbina* exigua fertur esse insula prope Sunium promontorium teste Scylac. §. 52 p. 20 Huds. p. 268 Gail. (ubi verba κατὰ τοῦτο ad proxime antecedentia verba ἀκρωτήριον Σούνιον refero, aliter atque Gail. p. 408), Stephan. Byz. s. v. pag. 214. Strabon. VII p. 375 C. s. 576 et IX pag. 398 D. s. 611 A. Plin. H. N. IV, 12. Inter recentiores geographos non prorsus constare videtur de hac insula, quam sunt qui ad insulam *St. Giorgio d'Arbora*, ut nunc vocant, perperam referant, quum istaec insula multum hinc meridiem versus remota sit. Ut ut est, exiguae insulae incolas haud magno loco habitos esse apud Graecos, satis hoc ex dicto perspicitur, quocum conferantur quae exstant similia apud Platon. De republ. I, 4 pag. 330 A.; ubi cf. Astii commentt. p. 334. Plut. Themist. 18. I pag. 121 A. II pag.

185 C. Cicer. De Senectut. 3, ubi vid. interprett. — Ad locutionem ἐς τοσοῦτο cf. VIII, 107. Quod antecedit νυν, a Florentino, Mediceo, aliis codd. abest. De quo conferunt Miscell. Observv. III p. 146.

Cap. CXXVI.

Ἀρτάβαζος] Idem est, qui VII, 66 dux Chorasmiorum et Parthorum appellatur. Respicit autem Herodotus hinc ad ea, quae IX, 41 seq. 66. 89 traduntur. — Mox reieci, quod plures codd. afferebant, τοῦ Μαρδονίου, quum unum τὸν verum esse possit. Namque ex eo exercitu, quem ex omnibus Persarum copiis sibi elegerat Mardonius regis iussu VIII, 107, sexaginta mille cum Artabazo qui regem comitarentur, missos fuisse intelligit. — De *Pallene* dixi ad VII, 123 et de voce χειμερίζειν conf. nott. ad VIII, 113.

Μακεδονίην, καὶ οὐδέν κω κατεπείγοντος ηκειν ἐς 10
τὸ ἄλλο στρατόπεδον· οὐκ ἔδικαίου, ἐντυχὼν ἀπε- 679
στεῶσι Ποτιδαιήτησι, μὴ οὐκ ἐξανδραποδίσασθαι
3 σφεας. Οἱ γὰρ Ποτιδαιῆται, ὡς βασιλεὺς παρεξε-
ληλάκεε, καὶ ὁ ναυτικὸς τοῖσι Πέρσῃσι οἰχώκεε φεύ-

καὶ οὐδέν κω κατεπείγοντος] Absolute dictum accipio; cum nihil opus esset festinatione. Val-la reddiderat: nec etiamdum urgente venire, non improbante Frommelio meo in Creuzeri Melet. III pag. 169, ubi alia quaedam attulit, ad verbi κατεπείγειν usum, ubi accusativus obiecti reticetur, spectantia, πρῶμα hic omitti solere cum Wesselingio statuens. At vix mea quidem sententia opus erit tali supplemento. Idem observat Frommel, hoc uno apud Herodotum loco inveniri κατεπείγειν, qui multo frequentius medio verbo ἐπείγεσθαι (contendere, festinare ad aliquid, studio quodam trahi ad aliquid), utatur. Cf. IV, 139. VI, 112. VII, 223. IX, 69 itemque III, 135. VI, 43. IX, 89. De structura ea, qua modo participium, modo infinitivum adsciscit, ipsi quaedam annotavimus ad VIII, 68 §. 2. — Quae sequuntur: οὐκ ἔδικαίου ἐντυχὼν κ. τ. λ. Latine ita reddam: haud dignum iudicavit, si Potidaeatas, in quos inciderat, rebelles in servitutem non redigeret. Sic οὐ δικαιοῦν VI, 82. 86. 15. III, 148. IV, 186. IX, 19. 26.

Ποτιδαιήτησι] Sic mox

Ποτιδαιῆται. Tu vid. de hac urbe nott. ad VII, 123. De nominis scripturâ ad h. l. ita disseruit Cr. „Ita cod. Florentinus. Vid. Schweigh. Var. Lect. et ad VIII, 129. Cf. de longa α in antepenultima Thiersch. in Actt. phil. Monacc. II pag. 416. 417, nimirum scribendum Ποτιδαιᾶται in scriptoribus non Ionicis. Idem tamen in eo nimius novator, quod ubivis Ποτ εἶ δεια vult et qui ei suffragatur Osann. in Syllog. Inscriptt. I p. 19. Nam in pedestri oratione videtur Ποτίδαια valuisse docentibus codd. Vid. var. lect. supra laud. et adde Platon. Sympos. pag. 221 p. 464 Bekk. et Baehr. ad Plutarch. Alcibiad. p. 99. Quin etiam in numis Paesti sunt, qui ΠΟΣΙΑ aut certe ΠΟΣΙ offerant, testibus Froelich. Not. Comp. Gr. p. 153 et Eckhel. D. N. V. I p. 157. Add. Valckenaer. ad Eurip. Phoen. vs. 196 et Etymol. Gud. p. 476 et p. 530 de formis Aeolicis et Doricis.“ — Ad formulam dicendi οἰχώκεε φεύγων conf. VIII, 72. Ante Σαλαμῖνος delevi articulum τῆς, quem libri scripti ignorant quemque retinuerunt post Schaefer. Matth. et Bekker.

γων ἐκ Σαλαμῖνος, ἐκ τοῦ φανεροῦ ἀπέστασαν ἀπὸ 15
τῶν βαρβάρων· ὡς δὲ καὶ ἄλλοι οἱ τὴν Παλλήνην
ἔχοντες. Ἐνθαῦτα δὴ ὁ Ἀρτάβαζος ἐπολιόρκει τὴν
Ποτιδαίην. Ὑποπεύσας δὲ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους
ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλέος, καὶ ταύτην ἐπολιόρκει.
εἶχον δὲ αὐτὴν Βοττιαῖοι, οἱ ἐκ τοῦ Θερμαίου κόλ-

Primum Olynthii,
quod et horum
fides dubia vide-
retur, oppressi:
Olynthus tradita
Chalcidensibus.

127

2. πον ἐξαναστάντες ὑπὸ Μακεδόνων. ἐπεὶ δὲ σφεας
εἶλε πολιορκέων, κατέσφαξε ἐξαγαγῶν ἐς λίμνην·
τὴν δὲ πόλιν παραδιδούῃ Κριτοβούλῳ Τρωναίῳ ἐπι-
τροπεύειν, καὶ τῷ Χαλκιδικῷ γένει. καὶ οὕτω Ὀ-
λυνθου Χαλκιδῆες ἔσχον. Ἐξελῶν δὲ ταύτην ὁ Ἀρ-
τάβαζος, τῇ Ποτιδαίῃ ἐντεταμένως προσεῖχε. προσέ- 25
χοντι δὲ οἱ προθύμως συντίθεται προδοσίην Τιμό-
ξεινος, ὁ τῶν Σκιωναίων στρατηγός· ὄντινα μὲν
τρόπον ἀρχὴν, ἔργω οὐκ ἔχω εἰπεῖν, οὐ γὰρ ὦν
2 λέγεται· τέλος μέντοι τοιάδε ἐγίνετο. ὅπως βυβλίον 30
γράφει ἢ Τιμόξεινος, ἐθέλων παρὰ Ἀρτάβαζον πέμ-

128

Tam Potidaea
oppugnata. Ti-
moxeni proditio-
nem urbis cum
Persis pacti fraus
qua re detecta.

ἐκ τοῦ φανεροῦ] i. e. aperte,
ut IX, 1. Conf. citt. ad III,
150. Ad particulas ὡς δὲ καὶ
vid. III, 13.

Cap. CXXVII.

ὁ Ἀρτάβαζος] Articulum ὁ
e Florent. adieci cum Schwgh.
et Gaisf. Reliqui omiserunt. —
De Olynthiis vid. nott. ad VII,
122; de Bottiaeis nott. ad VII,
123 et de Thermaico sinu nott.
ad VII, 121. In Gaisfordii edi-
tione impressum exstat Θερ-
μαίου, operarum credo vitio. —
De verbo ἐπιτροπεύειν vid.
nott. ad VII, 62 et de gente
Chalcidica VII, 185. Attigit
monente Wesselingio Herodo-
tea Casaubon. ad Strabon. X
p. 447 s. 685.

Cap. CXXVIII.

ἐντεταμένως] Vid. nott. ad

VII, 53. προδοσίην συντίθε-
σθαι τινι interpretor: de
proditione cum aliquo agere
s. pacisci. VIII, 140 §. 1. ὁ-
μαιζυλίην συντίθεσθαι, ut VII,
145. Alia vid. supra ad VIII,
120 nott. Caeterum eandem
narrationem de Timoxeno, qui
prave Sicyonius vocatur, cum
sit Scionaeus, id est Scione urbe
oriundus, (de qua vid. ad VII,
123) exhibet Polyaeus. VII, 33
§. 1 atque Aeneas Tact. Pol-
liorcet. p. 31. — In proxime
seqq. ἀρχὴν (ab initio) et τέλος
(ad extremum) sibi opponi bene
observat Valcken. — εἰπεῖν
dedi pro εἶπαι, libris iubentibus,
ut VIII, 65, ubi vid. In
verbis proximis οὐ γὰρ ὦν λέ-
γεται, particula ὦν negationis
vim auget, ut VIII, 133.

ψαι, ἢ Ἀρτάβαζος παρὰ Τιμόξεινον, τοξέυματος
 περὶ τὰς γλυφίδας περιειλίξαντες καὶ περὶώσαντες
 3 τὸ βυβλίον, ἐτόξευον ἐς συγκείμενον χωρίον. ἐπά-
 στος δὲ ἐγίνετο ὁ Τιμόξεινος προδιδοὺς τὴν Ποτί-
 δαιαν. τοξέυων γὰρ ὁ Ἀρτάβαζος ἐς τὸ συγκείμε- 35
 νον, ἀμαρτῶν τοῦ χωρίου τούτου, βάλλει ἀνδρὸς
 4 Ποτιδαιήτεω τὸν ᾧμον. τὸν δὲ βληθέντα περιέδραμε
 ὄμιλος, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι ἐν πολέμῳ· οἱ αὐτίκα
 τὸ τόξευμα λαβόντες, ὡς ἔμαθον τὸ βυβλίον, ἔφερον 40
 ἐπὶ τοὺς στρατηγούς. παρῆν δὲ καὶ τῶν ἄλλων
 5 Παλληναίων συμμαχίῃ. τοῖσι δὲ στρατηγοῖσι ἐπιλε-
 ξαμένοισι τὸ βυβλίον, καὶ μαθοῦσι τὸν αἴτιον τῆς
 προδοσίης, ἔδοξε μὴ καταπλέξαι Τιμόξεινον προδο-
 σίῃ, τῆς Σκιωναίων πόλιος εἵνεκα, μὴ νομιζοίατο 45
 εἶναι Σκιωναῖοι ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον αλεῖ προ-
 δόται. ὁ μὲν δὴ τοιοῦτῳ τρόπῳ ἐπάϊστος ἐργόνηε.

IX, 31. 32. 96. Monuit, his locis allatis Wentzel. De praepos. tmesi ap. Herodot. p. 30.

τοξέυματος περὶ τὰς γλυφίδας περιειλίξαντες] περὶ reposui iubente Valckenaerio ex Aenea Tactic. l. I., ut sensus enascatur: circa sagittae crenas epistolam volventes et alas ei applicantes. Vulgo παρὰ, quod tuentur Schaefer., Matth. et Bekker. τόξευμα hic sagittam denotat, ut IV, 132 coll. 131; γλυφίδας, quas vulgo accipiunt crenas, quae sunt in infima et extrema sagittae parte, Schweighaeuser. in Lexic. Herod. s. v. περὶοῦν intelligi vult quatuor illas incisuras, in inferiore sagittae parte in longum decurrentes, quibus pennae s. alae inferantur, unde apud Euripid. Orest. 274: περὶοῦται γλυφίδες.

ἐπάϊστος δὲ ἐγίνετο] Aeneas Tacticus l. I. habet καταφανής. Tu cf. II, 119. VI, 74. ἐγίνετο debetur Florentino; vulgatam ἐγένετο cum Schaefero tenent Matth. et Bekker.

τὸ ἔχθος τὸ ἐς Λακεδαιμο-
 νίους συγκεκυρημένον] Varia-
 vit orationem IX, 38 scribens
 τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων.
 Nostrum locum Porius Latine

reddidit: odium casu fortuito
 susceptum; Reiskius: odium
 quocumque demum casu ipsum in-
 ter et Lacedaemonios conflatum;
 Schweighaeuserus (qui illud
 fortuitum urgeri vetat): odium
 quod illi acciderat s. quod ac-
 ceperat. Equidem hunc fere
 totius loci sensum esse credi-
 derim: Neque tamen ei ad ex-
 tremum usque (bene) cessit in-
 micitia, in quam incidere cum
 Lacedaemoniis. Verbum συνή-
 νικε non aliter fere adhibetur
 VIII, 87.

ἦλω γὰρ — ἐν Ζακύνθῳ] Hoc factum esse coniicit Schöll,
 vernaculus interpret, secunda
 belli Peloponnesiaci aestate (s.
 Ol. 87, 3. a. Chr. n. 430), quâ
 Lacedaemonii incursionem fer-
 cerunt in Zacynthi insulam,
 iam antea, ut videtur, Spartaë
 infensam, si quidem Demaratus,
 Spartanorum exsul, eo primum
 se contulit, teste Herodoto VI,
 70. At tum Hegesistratum
 octogenarium certe senem fuisse
 statuas necesse erit. Itaque
 ipse Schöll. de priori quodam

νίῳ μαισιθωμένος οὐκ ὀλίγου, ἐθύετό τε καὶ προε-90
θυμέετο κατὰ τε τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων καὶ
κατὰ τὸ κέρδος.

38

Græcorum barbaris auxilian-
tium vates Hippomachus Leucadus. Interim Timagenidas Thebanus Mardonio suadet, ut Cithæronis fauces occupet.

Ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλιέρεε ὥστε μάχεσθαι, οὔτε αὐ-
τοῖσι Πέρσησι, οὔτε τοῖσι μετ' ἐκείνων ἑοῦσι Ἑλ-
λήνων· (εἶχον γὰρ καὶ οὗτοι ἐπ' ἑωυτῶν μάντιν
Ἰππόμαχον, Δευκάδιον ἄνδρα·) ἐπιβρέοντων δὲ τῶν 711
Ἑλλήνων, καὶ γινομένων πλεύνων, Τιμηγενίδης δ' 95
Ἔρπυος, ἀνὴρ Θηβαῖος, συνεβούλευσε Μαρδονίῳ
τὰς ἐκβολὰς τοῦ Κιθαιρῶνος φυλάξαι· λέγων ὡς
ἐπιβρέουσι οἱ Ἕλληνες αἰεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρη, καὶ

bello, nobis non cognito forsitan hic cogitandum esse addit.

μαισιθωμένος οὐκ ὀλίγου] i. e. mercede haud exigua conductus. Subintelligas licet τιμήματος s. ἀργυρίου: de quo vid. Lambert. Bos. De ellipsis. L. Gr. p. 39 seq. 473 seq. — Articulum τῶ ante Μαρδονίῳ, quem tuentur Schaeferus, Matthiae et Bekkerus, equidem cum reliquis abieci, Florentini aliorumque codd. auctoritate fretus.

ἐθύετό τε καὶ προεθυμέετο] Ad verbum ἐθύετο conf. nott. ad VII, 189. Sequens προεθυμέετο intelligo: magnum studium exhibuit, valde studiosus fuit. Qui ita interpretatus erat Schweighaeuserus: „sacra faciebat, libenter suscepto eo munere“ is postea rectius, opinor, in Lex. Herod. ita reddidit: promptam operam navavit. In verbis κατὰ τε τὸ ἔχθος κ. τ. λ. praepositio valet ob, propter. Vid. nott. ad VIII, 30. Matth. Gr. Gr. §. 581 p. 1130.

Cap. XXXVIII.

Ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλιέρεε] Cf. nott. ad VII, 134.

εἶχον γὰρ καὶ οὗτοι ἐπ' ἑωυ-
τῶν μάντιν Ἰππόμαχον] i. e. nam hi quoque suum quandam, sibi ipsis proprium habebant vatem Hippomachum sive, ut Hoogeveen reddit ad Viger. pag. 614: habebant enim et hi peculiarem sibi haruspicem Hippomachum. De locutione ἐπ' ἑωυτῶν vid. IX, 17 et allata ad IV, 114. — In seqq. τὰς ἐκβολὰς, ut IX, 39, dicit fauces, per quas e Cithaerone monte exitus patet. De fluvii exitu s. ostio idem vocabulum VII, 128. De Timagenida cf. IX, 86. Pausan. VII, 10 §. 1.

καὶ ὡς ἀπολάμφοιτο συ-
χνούς] i. e. dicens se multos intercepturum esse, Graecos scil. accurrentes ad Thessalos s. ad eos Graecos, qui a Persarum partibus starent. De forma futuri ἀπολάμφομαι vid. eitt. ad III, 146, ubi ἀπολάμψεσθαι

39 ὡς ἀπολάμψοιτο συχνούς. Ἡμέραι δὲ σφι ἀντικα-
 τημένοισι ἤδη ἐγερόνεσαν ὀκτώ, ὅτε ταῦτα ἐκεῖνος
 2 συννεβούλευε Μαρδονίῳ. ὁ δὲ μαθὼν τὴν παραίνε-
 σιν εὖ ἔχουσαν, ὡς εὐφρόνη ἐγένετο, πέμπει τὴν 1
 ἵππον ἐς τὰς ἐκβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας, αἱ ἐπὶ
 Πλαταιέων φέρουσι· τὰς Βοιωτοὶ μὲν Τρεῖς Κεφα-
 λὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ Δρυὸς Κεφαλὰς. πεμ-
 3 φθέντες δὲ οἱ ἵππῶται, οὐ μάτην ἀπίκοντο. ἐσβάλ-
 λουτα γὰρ ἐς τὸ πεδῖον λαμβάνουσι ὑποζύγιά τε
 πεντακόσια, σιτία ἄγοντα ἀπὸ Πελοποννήσου ἐς τὸ

Quo facto, com-
 meatus Graeco-
 rum intercipitur.

τὴν πόλιν urbem recipere. Ne-
 que huc non facit illud ἀπο-
 λαμφθέντες conclusi, inclusi,
 intercepti: de quo vid. VIII, 10.
 11. 76. 97. V, 100. — Quod
 proxime antecedit αἰεὶ ἀνὰ πᾶ-
 σαν ἡμέρην attulit Baquet ad
 Dion. Chrysost. Specim. p.
 66 multa de ista orationis ab-
 undantia excitans.

Cap. XXXIX.

Ἡμέραι δὲ σφι ἀντικατημέ-
 νοισι ἤδη ἐγερόνεσαν ὀκτώ] Eadem locutio IX, 41. Parti-
 cipii usum in talibus attigi ad
 IX, 10. — De voce εὐφρόνης
 vid. VII, 12.

αἱ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι] i. e. quae Plataeas versus du-
 cunt. Δρυὸς Κεφαλὰὶ capita
 quercus inveniuntur quoque
 apud Philostrate. Icon. II, 19
 fin., qui, monente Jacobs. pag.
 512, nostrum locum respexit,
 et Thucyd. III, 24 teste Wes-
 selingio, qui alteram appella-
 tionem se unquam legisse ne-
 gat. Nec mihi quidquam in-

notuit. De his vero faucibus,
 quibus *Trium capitum* s. *Quercus capitum* nomen, Pausaniam
 IX, 2 §. 2 cogitasse putat Kruse
 Hell. II, 1 p. 421 seq., ubi
 τὴν λεωφόρον (ὁδὸν) appellat,
 quae nunc vocetur ἐτρατὴ τοῦ
 Βίζιρις. Escendit enim ibi
 via in obliquum ducta per mon-
 tem horridum, eaque primaria
 olim via fuit e Peloponneso in
 Boeotiam proficiscentibus. Ita-
 que cogitandum erit de ipso
 montis Cithaeronis iugo pro-
 minenti eoque praecipiti ac
 declivi, per quod via sursum
 tendebat obtectum quercubus,
 unde loco nomen. Quin ad-
 huc illas Cithaeronis declivita-
 tes pinis et quercubus, aliis
 eiusmodi arboribus consitas
 esse peregrinatores asserunt.
 Ad occidentem Plataearum
 hunc locum indicarat Barbé
 in mappa geographica; rectius
 sane Gail ad orientem inter
 Eleutheras atque Erythras.
 Vid. C. O. Müller. Orchomen.
 p. 488. 489. Thucyd. I, 2 p.
 280 Poppo.

4 στρατόπεδον, καὶ ἀνθρώπους, οἱ εἶποντο τοῖσι ξεύγεσι.
 ἐλόντες δὲ ταύτην τὴν ἄγρην οἱ Πέρσαι, ἀφειδέως
 ἐφόνεον, οὐ φειδόμενοι οὔτε ὑποζυγίου οὐδενός, 10
 5 οὔτε ἀνθρώπου. ὡς δὲ ἄδην εἶχον κτείνοντες τὰ
 λοιπὰ αὐτῶν ἤλαυνον περιβαλλόμενοι παρὰ τε Μαρ-
 40 δόνιον καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον. Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ
 ἔργον ἑτέρας δύο ἡμέρας διέτριψαν, οὐδέτεροι βου-
 λόμενοι μάχης ἄρξαι. μέχρι μὲν γὰρ τοῦ Ἰσώπου 15
 ἐπήϊσαν οἱ βάρβαροι, πειρώμενοι τῶν Ἑλλήνων, διέ-
 2 βαινον δὲ οὐδέτεροι. ἢ μέντοι ἵππος ἢ Μαρδονίου
 αἰεὶ προσέκειτό τε καὶ ἐλύπεε τοὺς Ἕλληνας. οἱ γὰρ
 Θηβαῖοι, ἅτε μηδίζοντες μεγάλως, προθύμως ἔφερον
 τὸν πόλεμον, καὶ αἰεὶ κατηγέοντο μέχρι μάχης· τὸ 20
 δὲ ἀπὸ τούτου παραδεκόμενοι Πέρσαι τε καὶ Μῆδοι,
 μάλα ἔσκον οἱ ἀπεδείκνυτο ἀρετάς.

καὶ ἀνθρώπους οἱ εἶποντο
 τοῖσι ξεύγεσι] Possis intelligere
 servos, quos haud raro simpli-
 citer vocari ἀνθρώπους, ostendunt,
 quae ad Evangel. Luc. XII, 36
 allata sunt ab interpretibus et
 quae ipse attuli ad Plutarch. Alcibiad.
 pag. 68: nisi h. l. omnino indicantur
 viles homines, inferioris qui
 erant conditionis, nec armis
 ferendis digni sive apti; ut sane
 nec excludantur servi, nec soli
 in periculum veniant, ut ait
 Wesseling.

ἀφειδέως ἐφόνεον] Quid sibi
 velit vocula ἀφειδέως, statim
 explicat verbis subiectis: οὐ
 φειδόμενοι οὔτε ὑποζυγίου οὐδενός,
 οὔτε ἀνθρώπου. Idem I, 163.
 207 fin.

ὡς δὲ ἄδην εἶχεν κτείνοντες] Excitat
 Suidas s. v. ἄδην I p. 51. Tu vid.
 Matth. Gr. Gr. §. 550, b pag. 1081. Vulckena-

rius de hac locutione excitaverat
 Platon. Charmid. pag. 153 C. De
 republ. VII fin. Athen. IV pag. 128
 E. Hemsterhus. ad Lucian. Nigr. c. 13.
 T. I pag. 247 Bip.

ἤλαυνον περιβαλλόμενοι] i. e.
 e. reliqua eorum (iumentorum aequae
 atque hominum) abigerunt ad
 Mardonium, circumvenientes,
 cingentes eaque in usum suum
 vertentes. Ita Schweighaeuser. in
 Lex. Herod. De verbo περιβάλλεσθαι
 conf. III, 71 ibique nott. VIII, 8.

Cap. XL.

μηδίζοντες μεγάλως] Conf. nott.
 ad IX, 17. Locutionem φέρειν τὸν
 πόλεμον invenimus IX, 18. Ad
 κατηγέοντο mente addas licet τῇ
 τοῦ Μαρδονίου ἵππῳ. — Formam
 ἔσκον attigimus ad VI, 133. VII, 119.

- 41 Μέχοι μὲν νυν τῶν δέκα ἡμερῶν οὐδὲν ἐπὶ πλεῦν ἐγίνετο τούτων. ὡς δὲ ἐνδεκάτῃ ἐγεγόνεε ἡμέρη ἀντικατημένοισι ἐν Πλαταιῆσι, οἳ τε δὴ Ἕλληνες πολλῶ πλεῦνες ἐγεγόνεσαν, καὶ Μαροδόνιος περιημέκτεε τῇ ἔδρῃ, ἐνθαῦτα ἐς λόγους ἦλθον Μαροδόνιός τε ὁ Γωβρύεω καὶ Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεος, ὅς ἐν ὀλίγοισι Περσέων ἦν ἀνὴρ δόκιμος παρὰ Ξέρ-
25 ξῆ. Βουλευομένων δὲ αἶδε ἦσαν αἱ γυνῶμαι ἡ μὲν Ἀρταβάξου, ὡς „χορὸν εἶη ἀναξεύξαντας τὴν ταχί-
„στην πάντα τὸν στρατὸν, λέναι ἐς τὸ τεῖχος τὸ 30
„Θηβαίων, ἐνθα σῖτόν τε σφι ἐσενηνεῖχθαι πολλὸν,
3 „καὶ χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοισι· κατ’ ἡσυχίην τε ἴσο- 712

Ita decem diebus exactis cum interea Graecorum exercitus multum crevisset, Mardonius longioris morae impatiens, frustra renitente Artabazo [8, 126.], contemisque extis [c. 37.] pugnae consilium inquit.

ἀποδείκνυσθαι ἀρετὰς, quod etiam hinc excitat Iacobs. ad Aelian. N. A. IV, 1, indicat: virtutis documenta s. specimina edere. Vid. allata ad Herodot. VII, 139.

Cap. XLI.

οὐδὲν ἐπὶ πλεῦν ἐγίνετο τούτων] Male quidam ἔτι πλεῦν. Conf. nott. ad VI, 42. Ad usum participii ἀντικατημένοισι conf. IX, 10. Verba: περιημέκτεε τῇ ἔδρῃ accipio: moram istam impatienter ferebat; quemadmodum, observante Valckenaerio, apud Thucydidem V, 7, (ubi conf. Wasse) milites dicuntur ἀχθόμενοι τῇ ἔδρῃ. — Tu vid. nott. ad I, 41. Plutarchus in Aristid. 15 habet verbum δυσανασχεταιίν.

Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεος] De Artabazo vid. VII, 66. VIII, 126 seq. (ubi vocatur ἀνὴρ ἐν Πέρσησι λόγιμος καὶ πρόσθεν ἐὼν κ. τ. λ.) coll. IX, 66. 89.

Hoc loco vocatur, ὅς ἐν ὀλίγοισι Περσέων ἦν ἀνὴρ δόκιμος παρὰ Ξέρξῃ i. e. vir in paucis s. maxime spectatus auctoritateque pollens apud Xerxem. Locationem attigi ad IV, 52.

ὡς χορὸν εἶη] Vid. Matth. Gr. Gr. §. 529 pag. 1028. Verbum ἀναξενύξαναι, quod plerumque absolute ponitur significatione movendi castra, discedendi cum classe, h. l. activa notione abducendi Noster posuit, ut IX, 58 coll. VIII, 60 §. 1. — Formam εἰσενηνεῖχθαι citat Matth. Gr. Gr. §. 254 pag. 495.

καὶ χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοισι] Simili modo apud Diodor. XVI, 41 τοῖς ἵπποις χόρτον et apud Philon. Quod omn. Prob. Lib. pag. 875 A. Heliodor. Aethiop. VIII pag. 398 [cp. 14] χιλὸν κτῆνεσι. Attulit Wesselingius. In proxime seqq. διαπραττεσθαι valet peragere, transigere, ut IV, 24 coll. I, 2. II, 2. Cf. quae nu-

„μένους διαπρήσσεσθαι, ποιεῦντας τάδε· ἔχειν γὰρ
 „χρυσὸν πολλὸν μὲν ἐπίσημον, πολλὸν δὲ καὶ ἄση-
 „μον, πολλὸν δὲ καὶ ἄργυρόν τε καὶ ἐκπώματα· 35
 „τούτων φειδομένους μηδενὸς, διαπέμπειν ἐς τοὺς
 „Ἕλληνας, Ἑλλήνων δὲ μάλιστα ἐς τοὺς προεστειῶ-
 „τας ἐν τῆσι πόλεσι· καὶ ταχέως σφέας παραδώσειν
 „τὴν ἑλευθερίην, μηδὲ ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντας.“

4 Τούτου μὲν νυν ἢ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη, 40
 ὡς προειδότης πλεῦν τι καὶ τούτου. Μαρδονίου δὲ
 ἰσχυροτέρη τε καὶ ἀγνωμονεστέρη, καὶ οὐδαμῶς συγ-

per dedit Reuter. ad Demosthen. Philipp. I §. 31 pag. 62. Quod paulo infra legitur διαπέμπειν est: *dimittere* in varias scil. partes. Quos hic vocat τοὺς προεστειῶτας, eos IX, 2 dicit τοὺς δυναστεύοντας.

ἢ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη] Olim ἐγένετο, in-
 vitis codd. De argumento loci sic Wesselingius: „Adi ad IX, 2. Putes ex praecedenti consultatione et Artabazi (laudatissimi viri Lib. VIII, 121) sententia, uberem iam tum proditorum in Graeciae urbibus pullulasse proventum: qui quidem succevit laetissime Philippi Macedonis aevo, teste Demosthen. pro Coron. pag. 145 [pag. 245, 16 Reisk.], ubi orator non difflitetur, superiore memoria haud paucos fuisse. Quin Herodoto horum aliquid suboluerit, haud negaverim.“ Ac sane verba adiecta tale quid indicare videntur: ὡς προειδότης πλεῦν τι καὶ τούτου i. e. ut qui (Artabazus) etiam amplius quid illo (Mardonio) praeviderat s. ut

qui maiora adeo quam ille praeviderat mente atque praesciverat; ut sanequam ille commercium quoddam habuisse videatur cum Graecis quibusdam, qui in singulis civitatibus multum pollentes, clam cum Persa transegerant eiusque partes amplexi erant.

ἰσχυροτέρη τε καὶ ἀγνωμονεστέρη, καὶ οὐδαμῶς συγγινωσκομένη] γνώμη ἰσχυροτέρη dicitur acrior sententia, gravior, ut VII, 102 ἰσχυρὸς νόμος et IV, 205 ἰσχυραὶ τιμωρίαι coll. I, 74; ἀγνωμονεστέρη est arrogantior, ferocior, ut Schweighaeuserus interpretatur; tu conf. de nomine ἀγνωμοσύνης nott. ad IX, 4. VII, 9 §. 2. οὐδαμῶς συγγινωσκομένη dicitur sententia minime conveniens cum aliis, minime cedens: de quo conf. nott. ad VII, 12; etsi hoc displicuisse video Gail. (Le philol. V pag. 253), qui reliqua sic Gallice reddenda putat: trop ferme, trop énergique, trop peu réfléchi. — Quae apud Herodotum sequuntur verba: δοκέειν τε

5 γινωσκομένη. „Δοκέειν τε γὰρ πολλῶ κρέσσονα εἶναι
 „τὴν σφετέρην στρατιὴν τῆς Ἑλληνικῆς, συμβάλλειν⁴⁵
 „τε τὴν ταχίστην, μηδὲ περιορᾶν συλλεγομένους ἔτι
 „πλεῦνας τῶν συλλελεγμένων· τὰ τε σφάγια τὰ Ἡγη-
 „σιστράτου ἔαν χαίρειν, μηδὲ βιάζεσθαι, ἀλλὰ νόμῳ
 42 „τῷ Περσέων χρεωμένους συμβάλλειν.“ Τούτου δὲ
 οὔτω δικαιοῦντος, ἀντέλεγε οὐδείς, ὥστε ἐκράτεε τῇ

γὰρ πολλῶ κρέσσονα εἶναι κ.
 τ. λ., in quibus particula τε
 congruit cum verbis συμβάλλειν τε τὴν ταχίστην, ea pendent ab antecedenti γνώμη sententiamque illam Mardonii acriorem indicant.

τὰ τε σφάγια — μηδὲ βιάζεσθαι] τὰ σφάγια sunt sacra, victimae; unde non differunt τὰ ἱερά, conf. IX, 45. 61. 62. Locutionem ἔαν χαίρειν (missum facere, non curare) quae etiam exstat IX, 45, attigi ad IV, 112. Valckenaerius laudaverat Platon. Crit. pag. 45 A. (ubi Stallbaum. pag. 111 praeterea laudat Heindorf. ad Theaetet. pag. 441 et ipsum Valckenaer. ad Euripid. Hippolyt. 113) Isocrat. Trapez. pag. 364 C. [cp. 14 §. 29] Xenoph. Anab. VII, 3 §. 23 [ubi cf. Krüger.] et Lucian. I p. 727 (Pro Laps. in Salut. 2. 3.) Quod vero pro μηδὲ βιάζεσθαι olim quis coniecit, probante Negris, μηδὲ φράζεσθαι neque considerare s. neque ad illa animum advertere, eo haud aegre carebimus. Noluit enim ille vim inferre auspiciis, ut scil. invita litarent. Ea enim significatio est verbi βιάζεσθαι,

addito accusativo τὰ σφάγια: de quo vid. disputata ad Plutarch. Philopoem. pag. 18. Matthiae, qui μηδὲ βιάζεσθαι idem esse dixerat atque μηδὲ ἔαν βιάζεσθαι ἑαυτοὺς neque permittere, ut victimae sibi vim afferant, et pugnae cupidos a pugna deterreant, bene subiicit, βιάζεσθαι τὰ σφάγια etiam posse esse vim afferre victimis et iis invitis (πρὸς βίαν) pugnare. Mihi hoc unum verum esse videtur. Addo Gailii interpretationem I. I. V pag. 255: „Mardonius disoit, qu'il étoit d'avis d'envoyer promener les oracles et de ne pas se laisser faire violence et de n'être pas esclave des rits et usages des Grecs.“ Ad ipsam locutionem apte Wesselingius attulerat Plutarchi locum II, pag. 244 C. εἰ δὲ μὴ χαίρειν ἔαν καὶ μὴ προσβιάζεσθαι. Cr. conferri vult Toup. ad Longinum pag. 332 et Coraem ad Heliodori Aethiopp. VII pag. 248, qui corrigit ἰδιάζεσθαι.

Cap. XLII.

τούτου δὲ οὔτω δικαιοῦντος]
 i. e. illo autem sic statuente s. quum ille ita faciendum censeret. Vid. VIII, 126, ne plu-

γνώμη· τὸ γὰρ κράτος εἶχε τῆς στρατιῆς οὗτος ἐκ 50
 2 βασιλέως, ἀλλ' οὐκ Ἀρτάβαζος. Μεταπεμφάμενος
 ᾧ τὸς ταξιάρχους τῶν τελέων, καὶ τῶν μετ' ἑω-
 τοῦ ἐόντων Ἑλλήνων τοὺς στρατηγούς, εἰρώτα εἴ
 τι εἶδειεν λόγιον περὶ Περσέων, ὡς διαφθαρέονται
 3 ἐν τῇ Ἑλλάδι. σιγῶντων δὲ τῶν ἐπικλήτων, τῶν μὲν 55
 οὐκ εἰδόντων τοὺς χρησμούς, τῶν δὲ εἰδόντων μὲν, ἐν
 ἀδείῃ δὲ οὐ ποιευμένων τὸ λέγειν, αὐτὸς Μαροδόνιος
 ἔλεγε· „Ἐπεὶ τοίνυν ὑμεῖς ἢ ἴστε οὐδὲν, ἢ οὐ τολμᾶτε λέ-
 4 „γειν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρέω, ὡς εὐ ἐπιστάμενος. ἔστι λόγιον ὡς
 „χρεὸν ἐστὶ Πέρσας ἀπικομένους ἐς τὴν Ἑλλάδα, διαρ- 60
 „πάσαι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, μετὰ δὲ τὴν διαρπαγὴν
 5 „ἀπολέσθαι πάντα. ἡμεῖς τοίνυν, αὐτὸ τοῦτο ἐπι-
 „στάμενοι, οὔτε ἕμεν ἐπὶ τὸ ἱρὸν τοῦτο, οὔτε ἐπιχει-
 „ρήσομεν διαρπάξειν· ταύτης τε εἵνεκα τῆς αἰτίας 65
 6 „οὐκ ἀπολοῦμεθα. ὥστε ὑμέων ὅσοι τυγχάνουσι

ra et ad voces τῶν τελέων cf. nott. ad VII, 81.

εἴ τι εἶδειεν] i. e. num quid scirent oraculum. εἶδειεν cum recentt. revocavi pro vulg. εἶδοῖεν (conf. Matth. Gr. Gr. §. 231 pag. 450) itemque διαφθαρέονται, quod Schweigh. et Gaisf. mutarant in διαφθερέονται, invito cod. Florentino aliisque. Tu vid. Buttmann. Gramm. mai, II p. 249 et Matth., quem ad VIII, 108 citavi, ubi idem Schweighaeuserus libros plerosque secutus exhibuit διαφθαρέεται pro olim vulgato διαφθερέεται.

ἐν ἀδείῃ δὲ οὐ ποιευμένων] i. e. non tutum existimantibus dicere, non tutum sibi fore putantes, verba facere. Haud aliena sunt, quae supra invenimus ἐν ὁμοίῳ ποιῆσθαι VII, 138, ἐν ἐλαφροῦ ποιῆσθαι

III, 154, alia id genus. — In seqq. ad vim particulae ἀλλὰ conf. Matth. Gr. Gr. §. 613 pag. 1238 et de voce χρεὸν, allata ad V, 49. Futurum ἐπιχειρήσομεν respondet antecedenti ἕμεν, quod praesens futuri temporis notione poni vix quemquam fugiet.

ταύτης τε εἵνεκα τῆς αἰτίας] Vim praepositionis exponit Matth. Gr. Gr. §. 576 pag. 1137, qui idem §. 568, 3 p. 1122 consuli debet ad verba ὡς περιεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων. In seqq. cum Schweigh. et Gaisf. dedi ἐσήμεινε; reliqui tuentur vulgatum ἐσήμενε. Verbum παραρτέσθαι attingi supra IX, 29. Locutionem εὐκρινέα ποιῆσθαι (i. e. bene disposita reddere) illustrat, ob-

„εὐνοοὶ ἰόντες Πέρσῃσι, ἤδεσθε τοῦδε εἵνεκα, ὡς
 „περιεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων.“ Ταῦτά σφι εἶπας,
 δεύτερα ἐσήμαινε παραρτέεσθαι τε πάντα καὶ εὐκρι-
 νέα ποιέεσθαι, ὡς ἅμα ἡμέρη τῇ ἐπιούσῃ συμβο-
 43 λῆς ἐσομένης. Τοῦτον δ' ἔγωγε τὸν χρησμὸν τὸν
 Μαρδόνιος εἶπε ἐς Πέρσας ἔχειν, ἐς Ἴλλυριούς τε
 καὶ τὸν Ἑγγέλεων στρατὸν οἶδα πεποιημένον, ἀλλ' οὐκ
 2 ἐς Πέρσας. Ἄλλὰ τὰ μὲν Βάκιδι ἐς ταύτην τὴν
 μάχην πεποιημένα·

Bacidis oracu-
 lum de praelio
 Platacensi.

τὴν δ' ἐπὶ Θερωάδοντι καὶ Ἀσωπῷ λεχεποίῃ
 Ἑλλήνων σύνοδον, καὶ βαρβαρόφωνον ἰυγὴν·

75

servante Wesselingio, Eustath. ad II. p. 961, 6 s. 942, 49.

Cap. XLIII.

ἐς Πέρσας ἔχειν] i. e. *spe-
 ctare, pertinere ad Persas*. Vid. nott. ad III, 48. De *Illyriis*
 atque *Enchelensibus* vid. nott. ad V, 61; de *Bacide* nott. ad
 VIII, 20; de *Musaeo* conf. VII, 6. VIII, 96. Voculam ἐστὶ
 post Βάκιδι vulgo insertam e
 Florentino abiecit Schweig-
 haeuserus, his additis: „ἐστὶ
 adiectum erat ab his, qui ad con-
 secutionem orationis haud satis
 attendunt, quae est huius-
 modi: τὰ μὲν Βάκιδι πεποιη-
 μένα . . . ταῦτα μὲν καὶ ἄλ-
 λα Μουσαίῳ (nempe πεποιη-
 μένα) ἔχοντα οἶδα etc.“ Equi-
 dem cum Gaisfordio Schweig-
 haeuserum sum secutus. Reli-
 qui edd. retinuerunt copulam.

gitetur praegressum, v. c. λέ-
 γω, αἰίδω vel simile quid.
 Hoc enim vel particula δ ἐ in-
 dicare videtur. *Thermodontem*
fluvium, qui prope Glisantem
 e Hypato monte profluit et an-
 te Tanagram Asopo se ad-
 miscet, novit quoque Pausa-
 nias IX, 19 §. 3 coll. Tzetz.
 ad Lycophron. 647. Vid. Kruse
 Hell. II, 1 pag. 490.

Ἀσωπῷ λεχεποίῃ] Aso-
 pum vocat *herbosum*, multis *her-
 bis utrinque inclusum*, in qui-
 bus commode recumbere,
 quiescere possis. Nam ad A-
 sopi ripas utrinque laetissima
 prata ac fertilissima optimum
 praebent victum pabulumque
 gregibus. Ex Homeri imita-
 tione fluxisse dicas conferens
 II. IV, 383 coll. II, 697. —
 In seqq. vocem βαρβαρόφωνον
 attigi ad VIII, 21. ἰυγὴ, cuius
 loco Homerus dixit ἰυγμός II.
 XVIII, 572 est *clamor, la-
 mentatio*. Plura Blomfield. in
 Glossar. ad Aeschyl. Pers. 981
 coll. ad vers. 285.

τὴν δ' ἐπὶ Θερωάδοντι κ.
 τ. λ.] Haec verba ex oraculi
 contextu abrepta ita debent
 intelligi, ut ad accusativos τὴν
 σύνοδον καὶ ἰυγὴν aliquid co-

HERODOT. IV.

18

τῇ πολλοὶ πεσέονται ὑπὲρ Λάχεσιν τε μόρον τε
τοξοφόρων Μήδων, ὅταν αἴσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ.

3 ταῦτα μὲν καὶ παραπλήσια τούτοισι ἄλλα Μουσαίῳ 80
ἔχοντα οἶδα ἐς Πέρσας. ὁ δὲ Θερωάδων ποταμὸς
ῥέει μεταξύ Τανάγρας τε καὶ Γλίσαντος.

44

Μετὰ δὲ τὴν ἐπειρώτησιν τῶν χρησμῶν καὶ πα-
ραίνεσιν τὴν ἐκ Μαρδονίου, νύξ τε ἐγίνετο, καὶ ἐς
2 φυλακὰς ἐτάσσοντο. Ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προε- 85

Nocte insequenti
Alexander Mace-
do [8. 136.],

ὑπὲρ Λάχεσιν τε μόρον τε
τοξοφόρων Μήδων] Hoc quo-
que in memoriam vocat Home-
rica: ὑπὲρ μόρον (quod ex-
ponunt ὑπὲρ τὸ προσῆκον, ὑπὲρ
τὸ εἴμαρμένον) Odys. I, 34.
II. XX, 336; ὑπὲρ αἴσαν II.
VI, 487. Medi dicuntur sagit-
tiferi, non tam ob id armorum
genus, de quo Noster VII, 61,
62, quam quod in universum
apud gentes orientales viguit
arcuum ars atque usus aliter
atque apud Graecos: de quo cf.
V, 49. — αἴσιμον ἦμαρ (*fa-
talis dies s. mors*) Homerum
quoque redolet, quem conf.
II. VIII, 72. XXII, 212. Odys.
XVI, 280. Nec alio sensu
μόρσιμον ἦμαρ in II. XXI, 100.
Excitat h. l. ita distinctum, ut
nos exhibuimus, Schaefer. ad
Dionys. Halic. De compos.
verb. pag. 210 de vocabulo
μόρος (*fatum*) disputans. Mo-
nuit Creuzerus. Cf. Herod. V,
21. — Ad voces παραπλήσια
τούτοισι conferri volunt Schol.
Nicandr. Ther. 400.

μεταξὺ Τανάγρας τε καὶ
Γλίσαντος] De Tanagra vid.
nott. ad IX, 15. Γλίσαντος,
cuius loco alii, ut Stephan. Byz.

s. v. pag. 275, Γλίσαντος,
omnes libri Herodotei exhibent
itemque Pausanias IX, 19 §.
2, ubi alios quoque excitat tes-
tes Siebelis ad I, 44 §. 7 pag.
155 de diversa accentus ratio-
ne quoque monens. Nam et
Γλίσας et Γλισάς scriptum re-
peritur. Ipsa urbs septem sta-
diis a Teumesso remota et Hy-
pato monti, cui nunc nomen
Kleptitobuni, adiacens, ad
Thebaidem pertinuit, teste
Pausania l. l. et Strabon. IX
pag. 412 s. 632 A. coll. Stat.
Theb. VII, 306. Vid. Kruse
Hell. II, 1 pag. 568.

Cap. XLIV.

ἐς φυλακὰς ἐτάσσοντο] Ad
locutionem conf. nott. ad VII,
21. Quae sequuntur: ὡς δὲ
πρόσω τῆς νυκτὸς προελήλατο,
Pauwius interpretatur: *ut pri-
ma pars noctis adventarat*, re-
cipiendum ratus, quod unus
obtulerat codex Sancrofti:
προσελήλατο. At πρόσω s. τὸ
πρόσω quod *primam* intelli-
git voluit *partem*, falsum esse mox
patebit comparanti Herodoti
locos II, 121 §. 4. III, 56
et Heindorf. ad Platon. Protag.

λήλατο, καὶ ἡσυχίη ἐδόκεε εἶναι ἀνα τὰ στρατόπεδα, καὶ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι εἶναι ἐν ὕπνῳ, τηνικαῦτα προσελάσας ἵππῳ πρὸς τὰς φυλακὰς τὰς Ἀθηναίων Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω, στρατηγὸς τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς Μακεδόνων, ἐδίξητο τοῖσι στρατηγοῖσι 90
 3 ἐς λόγους ἐλθεῖν. τῶν δὲ φυλάκων οἱ μὲν πλεῖνες παρέμενον, οἱ δ' ἔθεον ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς· ἐλθόντες δὲ ἔλεγον, ὡς „ἄνθρωπος ἦκοι ἐπ' ἵππου ἐκ „τοῦ στρατοπέδου τοῦ Μήδων, ὃς ἄλλο μὲν οὐδὲν „παραγυμνοῖ ἔπος, στρατηγούς δὲ ὀνομάζων, ἐθέ- 95

pag. 463, quem ad h. l. affert Cr. Matth. Gr. Gr. §. 295 pag. 592 recte, meâ quidem sententiâ, vernacule reddidit: *wie weit es in die Nacht war*. Nam sensus loci is est: *cum nox multum processisset, cum multum pro- vecta esset nox*. Unde intelligitur, vulgatam lectionem προελήλατο ἴνιμι sollicitandam esse. Simile attulit Wesselingius Pauli in Epist. ad Roman. XIII, 12, ἡ νύξ προέκοψεν et Heliodori Aethiop. I pag. 26 [cap. 14] τότε γὰρ πολὺ τῆς νυκτὸς προέβη, Sallustii in Ing. 21: „ubi plerumque noctis processit.“ Idem aliis dici πολλῆς νυκτὸς et περὶ μέσας νύκτας vel μεσοῦσης νυκτὸς addit Valckenaer., observans postremum hoc in eadem historia pro Herodoteis habere Plutarchum I pag. 327 D. [Aristid. cap. 15] Plat. III pag. 217 D. Xenoph. Hist. Gr. VII pag. 367, 15 [vid. Hell. I, 6, 28. Anab. I, 7, 1. VII, 8, 12]. „Deinceps narratum (ita pergit idem Valckenaerius)

Macedonis Alexandri, Graecis faventis, beneficium respicit auctor Epist. 28 inter Socrat. p. 60 memorans τὴν ἐν Πλαταιαῖς ἐπὶ Μαροδονίου γεγεννημένην εὐεργεσίαν. Similia quaedam Herodoteis Aristidi dicentem facit Alexandrum Plutarchus in Aristid. pag. 327 E. [cap. 15, ubi cum uno Aristide in colloquium venire voluisse Alexandrum legimus]“ Tu vide de Alexandro Herod. VIII, 136 seqq. 140 seqq.

ὡς ἄνθρωπος ἦκοι] Revocavi ἦκοι, cuius loco unus Schaeferus receperat ἦκει. Sed optativi huius eadem ratio atque IX, 41 ὡς χρεὸν εἶη, ubi vid. Qui sequuntur indicativi in oratione obliqua: παραγυμνοῖ atque φησὶ, eos attigit Matth. Gr. Gr. §. 507 pag. 964, qui idem pag. 1262 de ratione particularum μὲν (παραγυμνοῖ) — (στρατηγούς) δὲ (ὀνομάζων) exposuit. Verbum παραγυμνοῦν tralata significacione reperitur I, 126. VIII, 19, ubi vid. Hic loci sensus:

45

quae barbari mo-
biantur, Graecis
prodit.

„λειν φησὶ ἐς λόγους ἐλθεῖν.“ Οἱ δὲ ἐπεὶ ταῦτα
ἤκουσαν, αὐτίκα εἶποντο ἐς τὰς φυλακὰς. ἀπικο-
μένοισι δὲ ἔλεγε Ἀλέξανδρος τάδε· „Ἄνδρες Ἀθη-
„ναῖοι, παραθήκην ὑμῖν τὰ ἔπεα τάδε τίθεμαι,
„ἀπόρρητα ποιούμενος πρὸς μηδένα λέγειν ὑμέας ἄλ-
2 „λον ἢ Πανσανίην, μὴ με καὶ διαφθείρητε. οὐ γὰρ 1
„ἂν ἔλεγον, εἰ μὴ μεγάλως ἐκηδόμην συναπάσης τῆς
„Ἑλλάδος. αὐτός τε γὰρ Ἕλληνα γένος εἰμι τῶρχαῖον,
„καὶ ἀντ' ἐλευθέρῃς δεδουλωμένην οὐκ ἂν ἐθέλοιμι
3 „ὄρᾳν τὴν Ἑλλάδα. Λέγω δὲ ὦν, ὅτι Μαρδόνιος
„τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δύναται καταθύ-5
4 „μια γενέσθαι· πάλαι γὰρ ἂν ἐμάχεσθε. νῦν δὲ οἱ 714
„δέδοκται τὰ μὲν σφάγια ἔαν χαίρειν, ἅμα ἡμέρη
„δὲ διαφανσκούση συμβολὴν ποιέεσθαι. καταρῶ-
„θηκε γὰρ μὴ πλεῦνες συλλεχθῆτε, ὡς ἐγὼ εἰκάζω.
5 „πρὸς ταῦτα ἐτοιμάζεσθε. ἦν δὲ ἄρα ὑπερβάλλεται 10
„τὴν συμβολὴν Μαρδόνιος, καὶ μὴ ποιῆται, λιπαρέετε
„μένοντες· ὀλίγων γὰρ σφι ἡμερέων λείπεται σιτία.

nullum aliud promisit verbum s.
aperuit.

Cap. XLV.

παραθήκη] De hac voce
vid. nott. ad VI, 73.

ἀπόρρητα ποιούμενος πρὸς
μηδένα] scil. ἔπεα, ut IX, 93:
mea verba faciens occulta i. e.
rogans, ut occulta, tacita ha-
beatis mea verba, ne illa pa-
liam fiant ac divulgentur. Haud
aliter Dionys. Halic. A. R. III
cap. 23 pag. 474 R. a Wesse-
lingio excitatus. Hinc eadem
voce arcanam philosophorum
doctrinam ipsaque mysteria
declarari docuit Wyttenbach.
ad Plutarch. Phaed. p. 134 —
139. Philomath. III pag. 86.

Ἕλληνα γένος] Vid. V, 22 et

VIII, 137. Ad τὰ σφάγια in
seqq. conf. IX, 41 et ad vocem
καταθύμια V, 39. Locutio-
nem ἔαν χαίρειν attignus ad
IX, 41, dictionem ἅμα ἡμέρη
διαφανσκούση ad III, 86; ver-
bum ὑπερβάλλεσθαι in nott.
ad VIII, 112. VII, 206.

λιπαρέετε μένοντες] Vid.
Math. Gr. Gr. §. 549 pag.
1081 et nott. ad VIII, 144. In
proxime seqq. ὀλίγων γὰρ σφι
κ. τ. λ. σφι dixit Herodotus ad
Mardonium atque Persas simul
respicens, quamquam unius
modo Mardonii in anteceden-
tibus mentio. — οὕτω ἔργον
παράβολον (ubi Schaeferus de-
derat ἔργον οὕτω παράβολον)
dedi cum recentt. dudum pro-
bante Valckenaerio. Indicat

6, „Ἦν δὲ ὑμῖν ὁ πόλεμος ὄδε κατὰ νόον τελευτήσῃ,
 „μνησθῆναι τινα χρῆ καὶ ἔμευ ἑλευθερώσιος πέρι,
 „ὅς Ἑλλήνων εἵνεκα οὕτω ἔργον παράβολον ἔργα-15
 „σμαι ὑπὸ προθυμίας, ἐθέλων ὑμῖν δηλαῶσαι τὴν
 „διάνοιαν τὴν Μαρδονίου, ἵνα μὴ ἐπιπέσωσι ὑμῖν
 7, „οἱ βάρβαροι μὴ προσδεκομένοισί κω. εἰμὶ δὲ Ἄλέ-
 „ξανδρος ὁ Μακεδών.“ Ὁ μὲν, ταῦτα εἶπας, ἀπή-20
 „λαυνε ὀπίσω ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν ἑαυτοῦ
 τάξιν.

46

Οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων, ἔλθόντες ἐπὶ
 τὸ δεξιὸν κέρας, ἔλεγον Πausανίῃ τὰ περ ἤκουσαν
 Ἀλεξάνδρου. ὁ δὲ, τούτῳ τῷ λόγῳ καταρόωδῆσας
 2 τοὺς Πέρσας, ἔλεγε τάδε· „Ἐπεὶ τοίνυν ἐς ἡῶ ἡ²⁵
 „συμβολὴ γίνεται, ὑμέας μὲν χρεόν ἐστὶ τοὺς Ἀθη-
 „ναίους στῆναι κατὰ τοὺς Πέρσας, ἡμέας δὲ κατὰ
 „τοὺς Βοιωτοὺς τε καὶ τοὺς κατ' ὑμέας τεταγμέ-
 3, „νοὺς Ἑλλήνων, τῶνδε εἵνεκα. ὑμεῖς ἐπίστασθε
 „τοὺς Μήδους καὶ τὴν μάχην αὐτῶν, ἐν Μαραθῶνι³⁰
 „μαχεσάμενοι· ἡμεῖς δὲ ἄπειροί τε εἰμεν καὶ ἀδαεῖς

facinus atrox atque temerarium.
 De voce παράβολος conf. quae
 attuli ad Plutarch. Artaxerx.
 I in Creuzeri Melett. III p. 6.

Cap. XLVI.

ἐς ἡῶ] Matth. Gr. Gr. §.
 578 E. pag. 1146 interpreta-
 tur: *des Morgens, mit Tages-*
anbruch. Ad argumentum hu-
 ius cp. et seqq. conf. Plutarch.
 Aristid. 16 coll. II pag. 872. —
 Vim praepositionis κατὰ in pro-
 xime seqq. attigi ad VIII, 85.
 Pro εἵνεκεν, quod cum Schae-
 fero tuentur Matth. et Bek-
 ker., equidem cum Schwgh.
 et Gaisf. e Florentino atque
 Saucrofti libro revocandum
 duxi εἵνεκα.

ἡμεῖς δὲ ἄπειροί κ. τ. λ.]
 „Mira Pausaniae mora et ter-
 giversatio. Ad Thermopylas
 Spartanorum plures non inulti
 occubuerant: patriae decus,
 quod Xerxi Demaratus VII,
 102 ostenderat, nullo modo
 dedecorantes. Adeone, quod
 eorum evaserint nulli, Medi
 terribiles? Haud praeter veri-
 tatem Isocrates Panathen. [cp.
 76 §. 189] pag. 272 E. de
 bello adversus Xerxem, ἐν ᾧ
 πλέον διήνεγκαν Athenienses
 Λακεδαιμονίων ἐν ἅπασι τοῖς
 κινδύνοις, ἢ κείνοι τῶν ἄλ-
 λων. Magna certe Athenien-
 sium gloria, cum Medorum
 nomen Graecis omnibus audi-
 tu esset formidolosum, eorum

„τούτων τῶν ἀνδρῶν. Σπαρτιητέων γὰρ οὐδεὶς
 „πεπειρηται Μήδων· ἡμεῖς δὲ Βοιωτῶν καὶ Θεσ-
 4 „σαλῶν ἔμπειροὶ εἰμεν. ἀλλ' ἀναλαβόντας τὰ ὄπλα
 „χρεόν ἐστι ἰέναι ὑμέας μὲν ἐς τόδε τὸ κέρασ, ἡμέας
 5 „δὲ ἐς τὸ εὐνύμον.“ Πρὸς δὲ ταῦτα εἶπαν οἱ Ἄ-35
 θηναῖοι τάδε· „Καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν πάλαι ἀπ' ἀρχῆς,
 „ἐπεὶ τε εἶδομεν κατ' ὑμέας τασσομένους τοὺς Πέρ-
 „σας, ἐν νόῳ ἐγένετο εἰπεῖν ταῦτα τὰ περ ὑμεῖς
 „φθάντες προφέρετε· ἀλλὰ γὰρ ἀρῶσθε μὴ ὑμῖν
 6 „οὐκ ἠδέες γένωνται οἱ λόγοι. ἐπεὶ δ' ὦν αὐτοὶ 40
 „ἐμνήσθητε, καὶ ἠδομένοισι ἡμῖν οἱ λόγοι γερόνασι,
 47 „καὶ ἐτοιμοὶ εἰμεν ποιεῖν ταῦτα.“ Ὡς δ' ἤρесе
 ἀμφοτέροισι ταῦτα, ἠὼς τε διέφαινε, καὶ διαλλάσ-
 45 σοντο τὰς τάξεις. γνόντες δὲ οἱ Βοιωτοὶ τὸ ποιεύ-
 2 μενον, ἐξαγορεύουσι Μαρδουλίῳ. ὁ δ' ἐπεὶ τε ἤ-
 κουσε, αὐτίκα μεισιτάναι καὶ αὐτὸς ἐπειροῶτο, πα-
 ράγων τοὺς Πέρσας κατὰ τοὺς Λακεδαιμονίους.
 3 Ὡς δὲ ἔμαθε τοῦτο τοιοῦτο γινόμενον ὁ Πανσα-
 νίης, γνούς ὅτι οὐ λανθάνει, ὀπίσω ἦγε τοὺς
 Σπαρτιήτας ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρασ· ὡς δ' αὐτῶσ καὶ 50 715
 ὁ Μαρδόνιος ἐπὶ τοῦ εὐνύμου.

47 Graecorum acies
 mutata sic, ut Per-
 sis Athenienses,
 Lacedaemonii
 auxilium Mardonii
 Graecis oppo-
 nantur [c. 31.]:
 sed mox prior
 ordo restitutus.

impetum et arma repressisse,
 lib. VI, 112. Add. Plutarch.
 Aristid. [cp. 16] pag. 328 C.“
 Wesseling. — In seqq. ad
 formam εἶδομεν conf. Matth.
 Gr. Gr. §. 231 pag. 449, qui
 idem §. 553 pag. 1085 ad
 verba φθάντες προφέρετε con-
 ferendus, itemque §. 615 pag.
 1242 ad particulas ἀλλὰ γὰρ,
 §. 520 in. pag. 1000 ad ver-
 bum γένωνται et §. 388, E ad
 structuram dativi ἠδομένοισι
 — γερόνασι. — Pro εἶπαι
 revocavi εἰπεῖν; vid. nott. ad
 VIII, 65.

Cap. XLVII.

ἠὼς τε διέφαινε καὶ δια-
 λάσσοντο τὰς τάξεις] Conf. VII,
 217 ibique nott. — Ad ver-
 bum ἐξαγορεύειν conf. nott.
 ad II, 170.

Ὡς δὲ ἔμαθε — γινόμενον]
 Vulgo γερόμενον, quod Schae-
 ferus et Matthiae tenent. Equi-
 dem cum reliquis Florentinum
 librum secutus sum. — In fine
 cap. ἐπὶ τὸ κέρασ, bene distin-
 guendum ab eo, quod sequi-
 tur ἐπὶ τοῦ εὐνύμου i. e. lae-
 vum cornu versus illud valet:
 ad laevum cornu.

Ἐπεὶ δὲ κατέστησαν ἐς τὰς ἀρχαίας τάξεις, πέμ-
 φας ὁ Μαρδόνιος κήρυκα ἐς τοὺς Σπαρτιήτας, ἔλεγε
 2 τὰδε· ὦ Λακεδαιμόνιοι, ὑμεῖς δὴ λέγεσθε εἶναι
 „ἄνδρες ἄριστοι ὑπὸ τῶν τῆδε ἀνθρώπων, ἐκπαγλεο-
 „μένων ὡς οὔτε φεύγετε ἐκ πολέμου, οὔτε τάξιν ἐκ-55
 „λείπετε, μένοντές τε ἢ ἀπόλλυτε τοὺς ἐναντίους,
 3 „ἢ αὐτοὶ ἀπόλλυσθε. τῶν δ' ἄρ' ἦν οὐδὲν ἀληθές.
 „πρὶν γὰρ ἢ συμμίξαι ἡμέας, ἐς χειρῶν τε νόμον
 „ἀπικέσθαι, καὶ δὴ φεύγοντας καὶ στάσιν ἐκλεί-
 „ποντας ὑμέας εἶδομεν, ἐν Ἀθηναίοισι τε τὴν πρό-60
 „πειραν ποιευμένους, αὐτούς τε ἀντὶα δούλων τῶν
 4 „ἡμετέρων τασσομένους. ταῦτα οὐδαμῶς ἀνδρῶν
 „ἀγαθῶν ἔργα· ἀλλὰ πλεῖστον δὴ ἐν ὑμῖν ἐψεύσθη-
 „μεν. προσδεκόμενοι γὰρ κατὰ κλέος, ὡς δὴ πέμ-
 „ψετε ἐς ἡμέας κήρυκα προκαλούμενοι, καὶ βου-65
 „λόμενοι μούνοισι Πέρσησι μάχεσθαι· ἄρτιοι
 „ἔόντες ποιεῖν ταῦτα, οὐδὲν τοιοῦτο λέγοντας
 5 „ὑμέας εὐρομεν, ἀλλὰ πτώσσοντας μᾶλλον. Νῦν
 „ὦν ἐπειδὴ οὐκ ὑμεῖς ἤροζατε τούτου τοῦ λόγου,

Mardonius Spar-
 tanis ignaviam
 exprobrat.

Cap. XLVIII.

ἐκπαγλομένων] Conf. nott.
 ad VII, 181 et ad seqq. οὔτε —
 οὔτε — τε vid. Matth. Gr.
 Gr. §. 626 pag. 1277. Herod.
 I, 160. Locutionem ἐς χειρῶν
 τε νόμον attigimus ad VIII, 89.

καὶ στάσιν ἐκλείποντες] στά-
 σιν cum Schweigh. et Gaisf.
 reposui pro τάξιν, quod Schae-
 ferus, quem Matth. et Bekker.
 sequuntur, duorum codd. au-
 ctoritate fretus retinuit. Tu
 vid. nott. ad IX, 21. — Ad
 vocem δούλων conf. nott. ad
 VII, 5. — κατὰ κλέος valet:
 pro eorum gloria s. ob eorum
 gloriam; quam vim habere
 praepositionem κατὰ vidimus
 VIII, 30. IX, 38.

βουλόμενοι μούνοισι Πέρ-
 σησι] μούνοισι scripti dant
 libri. Unde μούνοι venerit,
 equidem nescio: quamquam
 vulgato id aptius videtur Val-
 ckenaeerio. Koenio in mentem
 venerat: βουλόμενοι μούνοι
 μούνοισι, haud ineleganter
 quidem, quamquam vix ne-
 cessarie. — Ad sequens ἄρτιοι
 vid. nott. ad IX, 27. Verbum
 πτώσσειν significatione haud
 differt a πτήσσειν, in quo ex-
 pravescenti inest notio, translata
 ab avibus, quae prae metu
 alas demittunt. Vid. Blomfield.
 Glossar. ad Aeschyl. Prometh.
 29 et nott. ad Philopoeim. pag.
 47. — Ad voces δεδύξω-
 σθε εἶναι ἄριστοι conf. VII,
 135.

„ἀλλ' ἡμεῖς ἄρχομεν, τί δὴ οὐ πρό μὲν τῶν 70
 „Ἑλλήνων ὑμεῖς, ἐπεὶ τε δεδόξασθε εἶναι ἄριστοι,
 „πρὸ δὲ τῶν βαρβάρων ἡμεῖς, ἴσοι πρὸς ἴσους ἀρι-
 „θμὸν μαχεσόμεθα; καὶ ἦν μὲν δοκέη καὶ τοὺς ἄλ-
 „λους μάχεσθαι, οἱ δ' ὧν μετέπειτα μαχέσθων ὕστε-
 6 „ροι. εἰ δὲ καὶ μὴ δοκέοι, ἀλλ' ἡμέας μούνοισι 75
 „ἀποχρᾶν, ἡμεῖς δὲ διαμαχεσόμεθα. ὀκότεροι δ' ἂν
 „ἡμέων νικήσωσι, τούτους τῷ ἅπαντι στρατοπέδῳ
 49 „νικᾶν.“ Ὁ μὲν, ταῦτα εἶπας τε καὶ ἐπισχῶν χρό-
 „νον, ὥς οἱ οὐδεὶς οὐδὲν ὑπεκρίνετο, ἀπαλλάσσετε
 „ὀπίσω· ἀπελθὼν δὲ ἐσήμαινε Μαρδονίῳ τὰ καταλα-
 2 βόντα. Ὁ δὲ, περιχαρῆς γενόμενος καὶ ἐπαρθεὶς 80
 „ψυχρῇ νίκῃ, ἐπῆκε τὴν ἵππον ἐπὶ τοὺς Ἑλληνας.
 3 ὥς δὲ ἐπήλασαν οἱ ἱππῶται, ἐσινέοντο πᾶσαν τὴν

Proluditur pug-
 nae Plataeensi.
 Immissus in
 Graecos equita-
 tus barbarorum,
 multum nocet
 exercitui, fon-
 temque Garga-
 phiam [c. 25] ob-
 struit.

ἴσοι πρὸς ἴσους] Conf. nott.
 ad I, 2. Pro μαχεσόμεθα in
 Florentino, aliisque exstat
 μαχεσάμεθα, quod arridet
 Schweighaeusero vertenti: *cur
 non pugnassemus* itemque Schae-
 fero loco mox laudando. Mihi
 secus videtur. Nam loci sen-
 tentia haec: *Cur non decertabi-
 mus pares cum paribus (numero
 cum simus)*. Caeterum oboritur
 mihi suspicio, ea, quae hic le-
 guntur, e Graecorum talium
 rerum narrationes exornantium
 et ampliantium scholis fluxisse.
 In seqq. ad voces οἱ δ' ὧν
 conf. Matth. Gr. Gr. §. 625
 pag. 1273, qui idem §. 203,
 4 pag. 375 coll. §. 546 pag.
 1072 et Schaefer. Appar. ad
 Demosth. T. IV pag. 488 ad
 μαχέσθων conferatur. Et facit
 mecum Wessel. Diss. Herod.
 IX pag. 136, ubi futurum μα-
 χεσόμεθα unum stare posse
 commonstravit. De usu vocu-

lae ὧν monuit quoque Har-
 tung. Lehre v. d. Partikeln
 der Gr. Spr. II pag. 22.

εἰ δὲ καὶ μὴ δοκέοι] Noli
 eo offendi, quod paulo ante
 praecedit ἦν μὲν δοκέη; conf.
 Matth. Gr. Gr. §. 524, 6
 pag. 1019 itemque Werfer.
 in Actt. phill. Monacc. I pag.
 101. Unde satis patet, falso
 a Schaefero, libris scriptis in-
 vitis, exhiberi ἦν δὲ — δοκέη.

Cap. XLIX.

ἐπισχῶν χρόνον] i. e. non-
 nihil, aliquamdiu commoratus.
 τὰ καταλαβόντα dicit ea, quae
 acciderant, ut IX, 93. 104
 coll. III, 42 ibique allatt. —
 Ψυχρῆν νίκην in seqq. inter-
 pretantur frigidam (i. e. va-
 nam) victoriam; cf. VI, 108
 ibique nott. — Ad verba ἐπῆκε
 τὴν ἵππον conf. V, 63.

ἐσινέοντο] Ita e Sancrofti
 libro reposui cum Schweigh.

στρατιὴν τὴν Ἑλληνικὴν, ἔσακοντίζοντες τε καὶ ἔσ-
τοξεύοντες, ὥστε ἵπποτοξόται τε ἴοντες, καὶ προσ-
φέρεσθαι ἄποροι· τὴν τε κρήνην τὴν Γαργαφίην, 716
ἀπ' ἧς ὑδρεύετο πᾶν τὸ στράτευμα τὸ Ἑλληνικόν, 86
4 συνετάρραξαν καὶ συνέχασαν. ἦσαν μὲν ὧν κατὰ
τὴν κρήνην Λακεδαιμόνιοι τεταγμένοι μοῦνοι· τοῖσι
δὲ ἄλλοισι Ἑλλησι ἢ μὲν κρήνη πρόσω ἐγίνετο, ὡς
ἕκαστοι ἔτυχον τεταγμένοι, ὁ δὲ Ἀσωπὸς ἀρχοῦ.
5 ἔρुकόμενοι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ, οὕτω δὴ ἐπὶ τὴν 90
κρήνην ἐφοίτεον· ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γὰρ ὅφι οὐκ
ἔξῃν ὑδωρ φορέεσθαι, ὑπὸ τε τῶν ἱππέων καὶ το-
ξευμάτων.

50

Τούτου δὲ τοιοῦτου γινομένου, οἱ τῶν Ἑλλή-
νων στρατηγοὶ, ἅτε τοῦ τε ὕδατος στερηθείσης τῆς 95
στρατιῆς, καὶ ὑπὸ τῆς ἵππου ταρασσομένης, συνε-

Itaque Graecis
et aqua et com-
meatu [c. 39.]
exclusis,

pro ἔσινοντο. Vid. IX, 13
ibique nott. — Mox cum Matth.
et Bekk. secutus sum Schaeferum,
qui e duobus codd. dedit ἔστοξεύοντες,
ubi reliqui τοξεύοντες. Vox ἵπποτοξόται
obvia IV, 46. Medorum et
Parthyaeorum ἵπποτοξόται,
notante Wesselingio, apud Ap-
pian. B. Civ. IV. [59. 88.] p.
1001 et 1024 et Plutarch.
Crass. pag. 558 B. [cp. 24. 25]
Dicuntur autem illi προσφέρε-
σθαι ἄποροι i. e. ad quos dif-
ficulter accedas, quibuscum
difficile est ad manus venire.
Conf. IV, 46 ibique nott.

κρήνην τὴν Γαργαφίην]
Conf. IX, 25 ibique nott. Ver-
bum συγχοῦν in seqq. reperit-
ur quoque IV, 120. 140 ead-
em obruendis, obstruendi signi-
ficatione, quā Pausanias IX,
4 §. 2 et X, 18 §. 2 dicit συγ-

χέειν. — τεταγμένοι μοῦνοι
(pro μοῦνοι τεταγμένοι) e Flo-
rentino aliisque receptum est.

τοῖσι δὲ ἄλλοισι Ἑλλησι κ.
τ. λ.] Pro ἐγένετο, quod post
Schaeferum retinuit Matth.,
equidem cum reliquis dedi ἐγί-
νετο, iubente Florentino aliis-
que. Sensus est: reliqui Graeci,
prout quique in acie col-
locati erant, fontem habebant
procul, sed Asopum in propin-
quo; e quo cum arcerentur
(ne scil. aquam haurire pos-
sent), ita iam ad Gargaphiam
fontem accesserunt aquatum.
— De particulis οὕτω δὴ conf.
nott. ad IX, 6.

Cap. L.

Τούτου δὲ τοιοῦτου γινομέ-
νου] Eadem locutio V, 109.
Ac paulo post τούτων τοιού-
των ἰόντων.

λέχθησαν περὶ αὐτῶν τε τούτων καὶ ἄλλων, ἐλθόν-
 2τες παρὰ Πανσανίην ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας. ἄλλα γὰρ,
 τούτων τοιούτων ἑόντων, μᾶλλον σφραγῆς ἐπελύπεε.
 οὔτε γὰρ σιτία εἶχον ἔτι, οἳ τὲ σφραγῶν ὀπέωνες, ἀ-
 ποπεμφθέντες εἰς Πελοπόννησον ὡς ἐπισιτιεύμενοι,
 ἀποκεκλέατο ὑπὸ τῆς ἴππου, οὐ δυνάμενοι ἀπικέ- 1
 51 σθαι εἰς τὸ στρατόπεδον. Βουλευομένοισι δὲ τοῖσι
 στρατηγοῖσι ἔδοξε, ἣν ὑπερβάλωνται κείνην τὴν ἡμέ-
 ρην οἱ Πέρσαι συμβολὴν μὴ ποιεύμενοι, εἰς τὴν νῆ-
 2σον ἵεναι. ἣ δὲ ἐστὶ ἀπὸ τοῦ Ἄσωπου καὶ τῆς κρη- 5

Pausaniæ castra
 sub noctem pro-
 ximam mutare
 placet. Oeroë.

ἄλλα γὰρ — μᾶλλον σφραγῆς
 ἐπελύπεε] i. e. namque haec
 quum ita essent, alia quoque
 (incommoda) ipsos vel magis
 premebant. Rescripsi ἄλλα cum
 Valckenaerio, Schweigh. et
 Gaisf., libris scriptis invitis,
 qui in lectione ἄλλὰ conspi-
 rant; quod si cum Matth. (quem
 conf. Gr. Gr. §. 615 pag. 1244
 coll. Ast. ad Platon. Phaedr.
 pag. 224, ubi de particulis
 ἄλλὰ γὰρ crebrius iunctis) rece-
 peris, subiecto, quod dicunt,
 carebit oratio. Pro ἐλύπεε
 cum eodem Schweigh. et Gaisf.
 dedi ἐπελύπεε, quod cum aliis
 suggerebat Florentinus. — In
 proxime seqq. cum recentt.
 dedi ὀπέωνες, ubi Sancrofti
 codex ὀπαῶνες, et Schaefer.
 cum Matth. ὀπάονες. Tu conf.
 nott. ad V, 111. Qui enim
 dixit Ποσειδέων, alia id genus,
 eum quoque ὀπέων dicere po-
 tuisse pro ὀπάων, nihil sane
 impedit. Ad verbum ἐπισι-
 τιεύμενοι conf. nott. ad VII, 176
 fin.; et de forma ἀποκεκλέατο
 Matth. Gr. Gr. §. 204, 6 pag.
 377.

Cap. LI.

ἣν ὑπερβάλωνται — μὴ
 ποιεύμενοι] μὴ ex duobus
 codd. receptum a Schaefero
 retinui cum reliquis edd. et
 probante G. Hermanno, qui
 hunc loci sensum esse docuit
 in Wolf. et Buttm. Mus. Antiq.
 I pag. 219 et ad Viger. pag.
 811: „si eum diem Persae sine
 proelio praetermississent“ idem
 adiiciens, particula μὴ si omit-
 tatur, loci sensum esse: si eo
 die proelium committere Persae
 omisissent. Schweighaeus. ver-
 bo ὑπερβάλλεσθαι supersedendi
 tribuerat notionem; equidem
 differendi et procrastinandi sig-
 nificatione id poni credam, de
 qua conf. IX, 45. — In seqq.
 dicendi genus: ἐστὶ — ἀπέχου-
 σα attigit Matth. Gr. Gr. §. 559
 p. 1104, qui idem in verbis: νῆ-
 σος δὲ οὕτω ἂν εἴη κ. τ. λ.
 particulam οὕτω ad sequentia,
 non ad praegressa spectare mo-
 nuit §. 470 not. p. 871. Ver-
 bum διέχων (i. e. separans, di-
 rimens) assert Thomas Mag.
 s. v. διέχει pag. 134. — Hoc

της τῆς Γαργαφίης, ἐπ' ἣ ἔστρατοπεδεύοντο τότε,

autem loco, ubi Plataeensis pugnae incipit narratio, haud alienum erit monere lectores, ad ea, quae de ipsa pugna locisque, in quibus pugnatum est, apud Herodotum produntur, rite intelligenda multum facere docti Angli libellum, quem ex aliorum libris, Krusii, Letronnii (Journal. d. Savans 1817 pag. 720 seqq.), Gailii mihi unice cognitum, non ad manus fuisse valde doleo. Inscríbitor ille liber: Topography illustrative of the battle of Plataea etc. by John Spencer Stanhope. London 1817. 8; additis simul mappis geographicis totius regionis delineationes exhibentibus: ad quas editor operâ Allasonii potissimum usus esse fertur. Quae ibi exhibetur Plataeensis planitiei adumbratio, eam repetiit Kruse, (cuius vid. Atlas nr. VI coll. Hell. II, 1. pag. 591. 492) quippe optimam suo iudicio, in qua, quaecunque Herodotus enarret, bene inveniri possint. Eandem quoque, paucis quibusdam mutatis, exhibuit Gail., cuius vid. Atlas planch. 26 coll. Analyse des Cartes pag. 27. Le philolog. IV pag. 279 seqq. V pag. 190 seq. 195 seqq. 226 seqq. 273 seqq. Ubi quae ad Herodotum illustrandum protulit, ea suis quaeque locis commemorabuntur. Quae vero ante doctorum illorum Anglorum operam ferebantur campi Pla-

taeensis delineationes, eas omnes plus minus falsas esse observat Kruse l. l. pag. 492. Id quod inprimis cadit in eam huius regionis campique Plataeensis delineationem, quam celeberrimus Barthelemys in opere satis vulgato, quod inscribitur Anacharsis; exhibuit, teste Krusio et Clarke, cuius vid. Travels II, 3. chap. III pag. 78 seq. Qui idem accurate illam regionem emensus; apud indigenas adhuc pugnae celeberrimae famam conservari asserit, ex qua etiam campum quendam, in quo olim pugnatum fuerit, indicare soleant extensum ab eo Asopi ponte, qui nunc Moreae vocetur, quum Thebis in Peloponnesum sive Moream proficiscentibus superandus sit, usque ad sacrum quem appellant fontem hodieque superstitem. Distat ille locus unum milliare a vico Platana septentrionem et orientem simul versus; inque eo multa ferri plumbive fragmenta adhuc inveniuntur ab incolis, qui ex eo ipso simul atque ex insigni huius loci fertilitate suam opinionem tueri quam maxime student. Nec sane quidquam esse ipse iudicat Clarke, ex quo ab incolis falso statui appareat. Vid. l. l. p. 84 seq. Ipsas urbis veteris ruinas idem scribit (pag. 86 seq.) se invenisse in loco quodam Cithaeronis proiecto, cui nunc nomen *Palaeo-Castro*, remotas

δέκα σταδίουσ ἀπέχουσα, πρὸ τῆσ Πλαταιέων πό-
λιουσ. νῆσοσ δὲ οὕτω ἀν εἴῃ ἐν ἠπείρῳ· σχιζόμενοσ
ὁ ποταμόσ ἀνωθεν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνοσ ῥέει κάτω
ἐσ τὸ πεδίον, διέχων ἀπ' ἀλλήλων τὰ ῥέεθρα ὄσον-
περ τρία στάδια· καὶ ἔπειτα συμμίσγει ἐσ τῶντό·¹⁰
σοῦνομα δὲ οἱ Ὠερόῃ. θυγατέρα δὲ ταύτην λέγουσι

unum milliarium a vico Cocla, qui unius horae itinere distat a vico Platana, cui ipsi hae ruinae, quae grandium moenium fundamenta praebeant ac structuram valde rudem, sint propiores. Hinc inter Cycloporum qui dicuntur murorum reliquias exhibuit quoque Dodwell. in opere saepius ante laudato.

σοῦνομα δὲ οἱ Ὠερόῃ] Pausanias IX, 4 §. 3 loco maxime gemino, ipsum Herodotum haud scio an secutus: ἐκ Πλαταιάσ δὲ ἰούσιν ἐσ Θήβασ ποταμόσ ἔστιν Ὠερόῃ· θυγατέρα δὲ εἶναι τὴν Ὠερόῃν τοῦ Ἀσώπου λέγουσι. Unde satis patet, quod etiam orationis tenor ac nexus docet, apud Herodotum verba σχιζόμενοσ ὁ ποταμόσ ἀνωθεν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνοσ ῥέει κάτω ἐσ τὸ πεδίον κ. τ. λ. non de Asopo, ut quibusdam placuit ipsique Pausaniae editori doctissimo pag. 14. 15, sed de hoc ipso Oeroes rivo esse intelligenda. Obstat enim Herodotei loci ratio ipsiusque regionis conditio; ita ut nunquam mihi persuaderi patiar Herodotum illa verba scripsisse de Asopo cogitantem, cuius tam crebra in antecedentibus fecerat mentionem, quum h. l.

ita potius scribat, ut alium fluvium nondum memoratum, nondum cognitum ipsi in mente fuisse appareat. Hinc quoque paulo inferius idem perscribit Noster: τὸν δὲ ἠ' Ἀσώπις Ὠερόῃ περισχίζεται, ῥέουσα ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνοσ: quae ipsa satis evincunt, verba supra allata non nisi de Oeroë intelligi posse. Quo magis miror Siebelis. (ad Pausan. l. l.), qui apud Herodotum ὁ ποταμόσ per leges grammaticas non nisi ad Asopum referri posse contendit. Quod cur necessarium sit, equidem non intelligo; neque quidquam opinor impedit, quo minus ὁ ποταμόσ non de Asopo sed de Oeroe accipiat; qui rivus ex alto Cithaerone delapsus in planitiem, ante ipsam Plataensium urbem in duos divisus amnes efficit insulam, in quam Graeci transire decreverunt, quamque perperam olim Asopo formari opinantes in variis agri Plataeensis delineationibus alio prorsus loco exhibuerunt geographi, omnis regionis ratione perversa et ipsius pugnae intelligentia impedita. Meliora edocuit Kruse (l. l. II, 1 pag. 491 — 493 Atlas nr. VI) ipse

εἶναι Ἀσωποῦ οἱ ἐπιχώριοι. Ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶ-
ρον ἐβουλεύσαντο μεταναστῆναι, ἵνα καὶ ὕδατι ἔ-
χῳσι χρᾶσθαι ἀφθόνῳ, καὶ οἱ ἱππέες σφέας μὴ σι-
4 νοίατο, ὡσπερ κατ' ἰθὺ ἐόντων. μετακινέσθαι τε 15
ἐδόκεε τότε ἐπεὶ τῆς νυκτὸς ἢ δευτέρῃ φυλακῇ, ὡς

secutus Stanhope in libro lau-
dato pag. 71. 72 aliosque do-
ctos Anglos, itemque Letronne
l. supra l. p. 722 seqq. atque
Gail, (Le philol. IV p. 360 seq.
V p. 288 seq.) Add. C. O. Müller.
Orchomen. pag. 488. Sequi-
tur autem Oeroes rivus aliam
prorsus atque Asopus, directio-
nem marisque in sinum, qui
est prope Livadostro, ut nunc
appellant, effluit. *Asopi* au-
tem fons non in iugis Cithae-
ronis quaeri debet, unde sci-
licet ille delabatur in planitiem
ut quidam olim falso tradide-
runt, sed in ipsa planitie sub
montem, unde haud ita pro-
cul sacelli cuiusdam inveniun-
tur reliquiae. Ex quo loco
rivus septentrionem atque mox
etiam orientem versus progres-
sus Thebanorum agros olim a
Plataeensi ditione separabat;
deinde in Euripi sinum aquas
volvit. Accurate docuit Clarke
Travels II, 3 p. 78 seq., de prio-
rum doctorum virorum errore
monens, quum ipse *Asopi* fon-
tem inviseret rivique cursum
persequeretur.

Ἐπιχώριοι δὲ ταύτην — οἱ
ἐπιχώριοι] Observat Wesseling,
in duodecim *Asopi* filiabus nul-
lam reperiri Oeroes mentionem
apud Diodor. IV, 72 neque
apud Apollodorum III, 11 §.

5. — In seqq., ubi post ἵνα
sequitur coniunctivus (ἐχῳσι),
quem mox excipit optativus
(σινοίατο), tu vide de hac mo-
dorum variatione Matth. Gr.
Gr. §. 518, 1, 4 pag. 994 et
G. Hermann. ad Viger. pag.
851. Pro κατιθὺ scripsi κατ' ἰ-
θὺ, quod etiam Florentinus
liber offerebat. Sensus est:
sicuti (scil. laesi, lacessiti erant),
dum equites ipsis ex adverso sta-
bant.

δευτέρῃ φυλακῇ] *Secunda*
noctis indicatur *vigilia*, quam
a nostra hora nona aut decima
incoepisse et usque ad duode-
cimam horam sive ad mediam
usque noctem credam perti-
nuisse, siquidem veteribus
Graecis teste Polluce I, 7. 8.
in tres φυλακὰς divisa erat nox,
quarum prima etiam dicebatur
ἀρχὴ νυκτὸς sive περὶ πρώτην
νυκτὸς s. νυκτὸς ἀρχομένης,
secunda μεσοῦσης νυκτὸς. Ro-
manis per noctem quatuor vi-
giliae fuisse constat. Egit de
vigiliis constituendis Aeneas
Tactic. cap. 21; plura de his
dabunt Wetsten. ad N. T. I p.
416. Cellar. De Vigiliis §. 6
pag. 397 Diss. Acadd. coll. Xe-
noph. Memorab. IV, 7, 4 ibiq.
interpr. Ad sequens ὡς ἂν vid.
IX, 22 et ad locutionem ὑπὸ
τὴν νύκτα nott. ad IX, 58.

ἀν μὴ ἰδοίαιτο οἱ Πέρσαι ἐξορμεωμένους, καὶ σφραγ
 5 ἐπόμενοι ταράσσοιεν οἱ ἱππῶται. ἀπικομένων δὲ ἐς
 τὸν χῶρον τοῦτον τὸν δὴ ἡ Ἀσσιπὶς Ὠερὸν περι-
 σχίζεται ῥέουσα ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, ὑπὸ τὴν νύ-
 κτα ταύτην ἐδόκει τοὺς ἡμίσεας ἀποστέλλειν τοῦ 20
 στρατοπέδου πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα, ὡς ἀναλάβοιεν
 τοὺς ὀπέωνας τοὺς ἐπὶ τὰ σιτία οἰχομένους· ἦσαν
 γὰρ ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ἀπολελαμμένοι. Ταῦτα βου-
 λευσάμενοι, κείνην μὲν τὴν ἡμέρην πᾶσαν, προσ-
 2 κειμένης τῆς ἵππου, εἶχον πόνον ἄτρυτον. ὡς δὲ 25
 ἢ τε ἡμέρη ἔληγε, καὶ οἱ ἱππῆες ἐπέπαντο, νυκτὸς
 δὴ γινομένης, καὶ εὐσῆς τῆς ὄρης, ἐς τὴν συνέ-
 κειτό σφι ἀπαλλάσσεσθαι, ἐνθαῦτα ἀερθέντες οἱ πολ-
 λοὶ ἀπαλλάσσοντο, ἐς μὲν τὸν χῶρον ἐς τὸν συνέ-

52

Ibi dum media
 acies, inscio in-
 vitoque Pausa-
 nia, ipsas Pla-
 taeas petit,

ὡς ἀναλάβοιεν *κ. τ. λ.*] Vid.
 IX, 50 fin. ἐπὶ τὰ σιτία dictum
 non aliter atque III, 14 (ubi
 vid. nott.) ἐπὶ τὸ ὕδωρ. For-
 mam ἀπολελαμμένοι affert
 Matth. Gr. Gr. §. 242 pag.
 472; de verbi significatione
 conf. VIII, 11.

Cap. LII.

εἶχον πόνον ἄτρυτον] εἶχον
 meliores codd. offerebant pro
 ἔχον, quod post Schaeferum
 retinuerunt Matth. et Bekker.
 ἄτρυτον πόνον intelligit *inde-
 fessum laborem, vehementem*,
 ut apud Sophocl. Ai. 788 κα-
 κὰ ἄτρυτα, i. e. πολύτρυτα,
 πάνυ κακοῦντα: quae bene
 attulit Doederlein. De alpha
 intensiv. pag. 21. — In seqq.
 retinui cum Schaefero γινομέ-
 νης, cuius loco Schweigh. et
 Gaisf. dederant γενομένης, sed
 abieci voculam δη ante συνέ-

κειτο male illatam et e proxime
 antecedentibus, ut mihi certe
 videtur, huc etiam translata.
 Retinuerunt Schaefer. et Matth.

ἀερθέντες — ἀπαλλάσσοντο]
 Vertunt vulgo: *sublati utensi-
 libus s. collectis vasis discesserant*,
 nisi ἀερθέντες omnino eum in
 modum hic additum putes, quo
 alias ὀρηθέντες: de quo egi
 ad VIII, 133. Ipsum verbum
 de classe, quae vela ventis dat
 inque altum solvit, reperimus
 I, 165. 170. Quae continuo
 sequuntur, ob rationes particu-
 larum μὲν et δὲ, attigit Matth.
 Gr. Gr. §. 289, not. 9 p. 532.
 Et vide quoque sis ad Herod.
 I, 66 nott. Tu reddas licet:
*in eum locum, in quem conve-
 nerat, minime in animo haben-
 tes pergere, sed, ubi loco erant
 moti, equitatum laetabundi effu-
 giebant ad Plataearum urbem
 conversi.*

καίτο, οὐκ ἐν νόρῳ ἔχοντες· οἱ δὲ, ὡς ἐκινήθησαν, 717
 ἔφειγον ἄσμενοι τὴν ἵππον πρὸς τὴν Πλαταιέων 30
 πόλιν· φεύγοντες δὲ, ἀπικνέονται ἐπὶ τὸ Ἡραῖον.
 3 τὸ δὲ πρὸ τῆς πόλεως ἐστὶ τῆς Πλαταιέων, εἴκοσι
 σταδίους ἀπὸ τῆς κρήνης τῆς Γαογραφίης ἀπέχον.
 ἀπικόμενοι δὲ, ἔθεντο πρὸ τοῦ ἱεροῦ τὰ ὄπλα.

ἐπὶ τὸ Ἡραῖον] De loco, quo Iunonis templum, cuius etiam in seqq. aliquoties fit mentio et apud Plutarch. Aristid. 18 init., exstructum erat, non prorsus liquet: quamvis ante ipsam urbem, i. e. ab oriente urbis, situm fuisse declarat Herodotus. Atque ita quoque illud indicavit Kruse in tabula, Anglum doctum Stanhope secutus; perperam enim Gail. illud sub ipsam urbem ad septentrionem colloca- rat, exstructum fuisse opinans (ut ipsa afferam verba in: Le philolog. V pag. 282 seq.) „sur le tertre contigu à la plaine entre les deux ruisseaux.“ C. O. Müller. Orcho- men. pag. 488. Heraeum prope Plataeas Cithaeronis fauces versus situm fuisse arbitra- tur. Unde coniicit Kruse Hell. II, 1 pag. 595, Heraeum ad dextram urbis partem extra moenium ambitum ibi quae- rendum esse, ubi nunc ruinae quaedam ecclesiae exstare di- cuntur non longe a vico Koklo, quem in veteris Plataeae locum cecidisse narrant. Conf. Stan- hope l. l. pag. 60. Gail. Le philolog. V pag. 281 seq. Dod- well. nulla huius templi vesti- gia certa se invenisse scribit; nisi forte lapidum acervi qui-

dam huc referrī possint. Vid. I cap. IX. e vers. Sickler. I, 2 pag. 74.

plura affert) ante Πελοποννησίοισι inseri voluit ἐν: *coram Peloponnesiis*: quod a loci sensu alienum iudicat censor Lipsiensis pag. 50, si quidem non id agebatur, ut ne coram Peloponnesiis de his deliberaretur, sed ut ne Peloponnesii partem haberent deliberationis de Atheniensium coloniis. Itaque ad Πελοποννησίοισι haud scio an liceat e praegressis repetere γενέσθαι hoc fere sensu: *neque Peloponnesiorum esse, s. Peloponnesiis convenire deliberationem de ipsorum coloniis*; aut etiam supplere δοῦναι aut simile quid; ut haec fere existat sententia: *Atheniensibus non videbatur concedendum esse Peloponnesiis, ut de suis ipsorum (i. e. Atheniensium) coloniis deliberarent.*

ἐς τὸ συμμαχικὸν ἐποιήσαντο] i. e. *in sociorum numerum receperunt.* Ad verba seqq. πίστι τε καταλαμβάντες καὶ ὁρκίοισι i. e. *fide et iuramento ob-*

ἐποιήσαντο, πίστι τε καταλαβόντες καὶ ὀρκίοισι, ἐμμένειν τε καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι. τούτους δὲ καταλαβόντες ὀρκίοισι, ἔπλεον τὰς γεφύρας λύσοντες· ἔτι γὰρ ἐδόκεον ἐντεταμένας εὐρήσειν. οὗτοι μὲν 85 δὴ ἐπ' Ἑλλησπόντου ἔπλεον.

107

Τῶν δὲ ἀποφυγόντων βαρβάρων ἐς τὰ ἄκρα τε τῆς Μυκάλης κατεληθέντων, ἐόντων οὐ πολλῶν, 2 ἐγένετο κομιδὴ ἐς Σάρδις. πορευομένων δὲ, κατ' ὄδον Μασίστης ὁ Δαρείος παρατυχῶν τῷ πάθει τῷ γεγονότι τὸν στρατηγὸν Ἀρταύτην ἔλεγε πολλά τε 90 καὶ κακὰ, ἄλλα τε καὶ γυναικὸς κακίῳ φᾶς αὐτὸν εἶναι τοιαῦτα στρατηγήσαντα, καὶ ἄξιον εἶναι παντὸς κακοῦ, τὸν βασιλέος οἶκον κακώσαντα. παρὰ δὲ τοῖσι Πέρσησι γυναικὸς κακίῳ ἀκοῦσαι δέννος

Exercitus Persici reliquiae Sardes se recipiunt. Rixa hoc in itinere inter Masistam, Xerxis fratrem, et Artayntam, ducent Persarum, illius propemodum caede transacta.

strictos, ut in societate constanter manerent neque deficerent, cf. III, 74 et IX, 92. Reduxi ἐμμένειν, cuius loco ἐμμενεῖν dederat Schaeferus, ipse postea emendationem haud sane necessariam retractans ad Theocrit. 27, 60. Add. qui praesentis infinitivum merito tuetur Stallbaum. ad Platon. Criton. p. 138 et I. Strange in Seebod. et Iahn. Annal. Suppl. II, 2 p. 232, ubi iure etiam affert Herodot. IV, 147. Quo magis mireris, Bekker. denuo dedisse ἐμμενεῖν. Ad ἐντεταμένας vid. VIII, 117. IX, 114.

Cap. CVII.

κατεληθέντων] Vid. VI, 133. IX, 31 et ad vocem κομιδὴ (reditus) VIII, 108. De Masiste cf. VII, 82. Ipsum nomen in Zendica lingua esse Mazista i. e. μέγιστος, ponit Pott. Etymolog. Forsch. pag.

XXXVI, ita ut Graeci haud male eum, qui Μασίστιος vocatus sit, appellarint Μακίστιον (IX, 20) qui superlativus sit, ut Φιλίστιος IX, 97, Μημιστεῦς, alia id genus, Μαξιμύς, Maximinus, Maximianus. Et convenit sane hoc nomen viro Persae, qui staturâ corporis ac magnitudine excelluit, ut legimus IX, 25.

τοιαῦτα στρατηγήσαντα] i. e. qui isto (turpi) modo bellum (tanquam dux) administravit. Verbum στρατηγεῖν, ubi accusativum additum habet, illustrat Hess. ad Plutarch. Timoleon. pag. 48. Ad vocem οἶκον cf. V, 31 ibique nott. — Seqq. γυναικὸς κακίῳ κ. τ. λ. habet Eustath. ad II. pag. 668, 44 s. 537, 51.

δέννος μέγιστός ἐστι] i. e. maximum opprobrium. — Explicatur ab Eustathio et criticis ad Sophocl. Aiæc. 243. Lyco-

μέγιστός ἐστι. ὁ δὲ, ἐπεὶ πολλὰ ἤκουσε, δεινὰ ποι-95
 εύμενος, σπᾶται ἐπὶ τὸν Μασίστην τὸν ἀκινάκκα,
 4 ἀποκτείνει δέλων. καὶ μιν ἐπιθέοντα φρασθεῖς Ξει-
 ναγόρης ὁ Πρηξίλειω, ἀνὴρ Ἀλικαρνησεύς, ὅπισθε
 ἐστειὼς αὐτοῦ Ἀρταῦντεω, ἀρπάζει μέσον, καὶ ἐξά-
 ρας, παίει ἐς τὴν γῆν· καὶ ἐν τούτῳ οἱ δορυφόροι
 5 οἱ Μασίστεω προέστησαν. ὁ δὲ Ξειναγόρης ταῦτα 1
 ἐργάσατο, χάριτα αὐτῷ τε Μασίστη τιθέμενος καὶ
 Ξέρξῃ, ἐκσώζων τὸν ἀδελφεὸν τὸν ἐκείνου· καὶ διὰ
 τοῦτο τὸ ἔργον Ξειναγόρης Κιλικίης πάσης ἤρξε,

phron. Alex. 774. Persarum
 illud conviciium innuebatur IX,
 20; et recentiorum eorundem
 abs Theophylacto Hist. Mauric.
 III, 8. Non requiretur, credo,
 simile aliarum nationum op-
 probrii virus. Quis Virgiliani
 obliviscitur, *O vere Phrygiae,*
neque enim Phryges, Aen. IX,
 617, ubi de Persis La Cerda
 egregie.“ *Wesseling.* Ad
 verba δεινὰ ποιούμενος conf.
 III, 14 et ad verbum medium
 σπᾶσθαι nott. ad III, 29. De
 acinace vid. nott. ad III, 64.

καὶ μιν ἐπιθέοντα φρασθεῖς]
 „φθὰς [quod Aldina habet] si
 darent codices, videri forte po-
 terit utrumque posuisse Hero-
 dotus: καὶ μιν, ἐπιθέοντα
 φρασθεῖς, φθὰς Ξειναγόρης—
 ἀρπάζει μέσον καὶ ἐξάρας παί-
 ει ἐς τὴν γῆν: quem, cum ac-
 currentem cerneret, praevertens
Xenagoras — medium arripit et
 sublutum in terram statuit: ut
 apud Terentium [Ad. III, 2,
 18. coll. Andr. V, 2, 20]. *sub-*
blimem medium arriperem et ca-
pitem pronum in terram statuerem.

συναρπάσας ἐξῆρε est in Xe-
 nophon. Cyropaed. p. 35, 340
 [II, 4, 14] Ἴσρας μετέωρον
 εἰς τὸ βάρκαθρον ἐμβαλῶ Ari-
 stophan. Eqq. 1359.“ *Val-*
cken.

οἱ δορυφόροι οἱ Μα-
 σίστεω] Alterum καὶ sustule-
 runt Schweighaeuser. et Gaisf.
 quum additum illud sit ab eo,
 qui genitivum Μασίστεω a no-
 mine δορυφόροι pendere puta-
 rit; ita ut ad verbum προέ-
 στησαν supplendum sit αὐτοῦ
 scil. Μασίστεω, hoc fere sen-
 su: *Musistae satellites ipsum*
protegebant, ante ipsum scil. col-
locati. Nec sane video, cur ab
 hac ratione recedam aut vo-
 culam οἱ, quam Florentinus
 cum aliis tuetur, deleam, prae-
 sertim cum antecedente syl-
 laba οἱ facile absorberi po-
 tuerit. — In seqq. ad formulam
 χάριτα (quam accusativi for-
 mam notat Matth. Gr. Gr. §.
 73 p. 164) τίθεσθαι vid. IX,
 60 et ad verba οὐδὲν ἔτι πλέον
 ἐγένετο conf. VI, 42.

6 δόντος βασιλέως. τῶν δὲ κατ' ὄδον πορευομένων, 5
οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγένετο τούτων, ἀλλ' ἀπικνέονται
ἔς Σάρδις. Ἐν δὲ τῆσι Σάρδισι ἐτύγχανε ἑὼν βα-
σιλεὺς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου, ἐπεὶ τε ἐξ Ἀθη-
νέων, προσπταίσας τῇ ναυμαχίῃ, φυγῶν ἀπίκετο.

108

Τότε δὲ ἐν τῆσι Σάρδισι ἑὼν ἄρα, ἥρα τῆς 10
2 Μασίστεω γυναικὸς, ἐούσης καὶ ταύτης ἐνθαῦτα.
ὡς δὲ οἱ προσπέμποντι οὐκ ἐδύνατο κατεργασθῆναι,
οὐδὲ βίην προσέφερε, προμηθεόμενος τὸν ἀδελφεὸν
Μασίστην· (τῶντὸ δὲ τοῦτο εἶχε καὶ τὴν γυναῖκα·

Digressio de Xerxis post expeditionem Graecam amoribus, regiae familiae funestissimis. Xerxes amore irretitus primum uxoris 741

Cap. CVIII.

Τότε δὲ — ἑὼν ἄρα] Voculam ἄρα postpositam attigi ad VIII, 8. Mox revocavi ἥρα, ubi Schaeferus, quem Bekker. sequitur, e duobus codd. dederat ἔρα, quod etiam infra dedit Bekkerus. — De ipso hoc Xerxis amore conf. Tzetz. Chil. II, 6 et ad Lycophron. p. 142 (ubi tamen male confundit Masistum et Masisten). Maxim. Tyr. XXVI, 7.

ὡς δὲ οἱ — κατεργασθῆναι κ. τ. λ.] i. e. quum vero illa non posset adduci, ut ipsi morem gereret neque ipse Xerxes illi vim inferre vellet. Ad ἐδύνατο cum Schweigh. subintellig. ἢ γυνή. Ad verbum κατεργάζεσθαι cf. VII, 6 init. οἱ ad Xerxem spectat, quo eodem refertur προσπέμποντι mittenti scil. eos, qui mulierem quovis modo sollicitarent, eamque perducerent, ut regi amanti gratificaretur. Tu conf. de hac huius verbi significatione interprett. ad Xenophont. Ephes. p. 216. 217 Lo-

cell. In eadem re Xenophon dixit προσενεγκεῖν λόγους in Cyropaed. VI, 1, 31, Lucianus πειροῶν Diall. Deorr. VI, 2, ubi cf. Hemsterhus. — προσέφερε e duobus codd. revocatum pro προσεφέρετο, cuius hic nullus sane locus, ut VII, 172. Conf. Schaefer. ad Lambert. Bos. De ellipss. L. Gr. pag. 253 et Herod. Vit. Homer. 4 a Schweighaeusero laudata.

προμηθεόμενος] i. e. reverens Masisten, respectum habens Masistis. Attigit Priscian. XVIII p. 1204 coll. Herodot. II, 172, ubi genitivus huic verbo adstruitur, quod h. l. accusativus excipit. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 348 not. 2 p. 658.

τῶντὸ δὲ τοῦτο εἶχε καὶ τὴν γυναῖκα] i. e. idem illud (sc. τὸ προμηθέεσθαι) etiam mulierem cohibuit s. tenuit, quo minus regi sollicitanti obediret. In seqq. verba ἐργόμενος τῶν ἄλλων, quae vulgo interpretantur: ceteris (viis scil. quibusquod vellet, eius fieret compos) prohibitus, exclusus, Schweighaeusero

Masistae, post filiae eius, Dario ipsius regis filio, in matrimonium datae.

109

εὖ γὰρ ἐπίστατο βίης οὐ τευξομένη·) ἐνθαῦτα δὴ 15
 ἔξοξῆς ἐθρόμενος τῶν ἄλλων, πρήσσει τὸν γάμον
 τοῦτον τῷ παιδί τῷ ἑωυτοῦ Δαρείῳ, θυγατέρα τῆς
 γυναικὸς ταύτης καὶ Μασίστεω· δοκέων αὐτὴν μᾶλλον
 3 λάμψουσαι, ἣν ταῦτα ποιήσῃ. ἀρμόσας δὲ, καὶ τὰ
 νομιζόμενα ποιήσας, ἀπήλυνε ἐς Σουσα. Ἐπεὶ δὲ 20
 ἐκεῖ τε ἀπίκετο καὶ ἠγάγετο ἐς ἑωυτοῦ Δαρείῳ τὴν
 γυναῖκα, οὕτω δὴ τῆς Μασίστεω μὲν γυναικὸς ἐπέ-
 παντο, ὁ δὲ διαμειψάμενος ἦρα τε καὶ ἐτύγχανε τῆς
 Δαρείου μὲν γυναικὸς, Μασίστεω δὲ θυγατρὸς· οὐ-
 νομα δὲ τῇ γυναικὶ ταύτῃ ἦν Ἀρταῦντη. Χρόνου 25
 δὲ προϋόντος, ἀνάπυστα γίνεται τρόπῳ τοιῷδε. ἔξυ-

iudice etiam sic interpretari licebit: *abstinens, valedicens ceteris viis* scil. nec vi uti nec porro frustra sollicitare mulierem volens.

πρήσσει τὸν γάμον] i. e. *studiose, diligenter egit nuptias filii*, cui illius mulieris filia nuberet. Namque θυγατέρα per appositionem antecedenti τὸν γάμον adiici putem. Vid. Plutarch. Amator. p. 749 D et de verbi πρήσσειν significatione Viger. De idiotismm. p. 290. Ast. ad Platon. Phaedr. p. 330. — *Susa* regiam Persarum intelligi sedem, supra iam monitum.

ἐκεῖ τε ἀπίκετο] ἐκεῖ τε pro vulg. ἐκεῖσε, Florentino iubente revocavi cum recentt. Vid. nott. ad VII, 147. Ad seqq. verba ἠγάγετο ἐς ἑωυτοῦ Δαρείῳ τὴν γυναῖκα conf. nott. ad I, 59. IV, 78. Hinc IX, 111: τῷ παιδί — ἠγάγετο γυναῖκα.

ὁ δὲ διαμειψάμενος] i. e. *amore suo commutato*, alio quo

translato. — Quod sequitur: ἐτύγχανε τῆς γυναικὸς est: *mulierem ad suam perduxit voluntatem eaque potitus est*. In simili re Plutarchus Mar. 14: καὶ πολλάκις πειρῶν οὐκ ἐτύγχανε.

Cap. CIX.

ἀνάπυστα γίνεται] Cf. VI, 66. De Amestri Xerxis uxore, ob crudelitatem male notā cf. citt. ad VII, 61. 114. Add. Heeren. Ideen. I, 1 p. 421. 466 seqq. Nec sane hoc ab orientis moribus institutisve alienum, quod regina vel etiam regis mater summum locum auctoritatemque in regia aula obtineat, eiusque consilio omnes fere res publicae peragantur: quae mulieres quantum abusae fuerint hac auctoritate ad privatas cupiditates explendas, aut omne crudelitatis exercendum genus, satis docet historia: ut, quae h. l. enarrantur, ad verum proxime accedere minime dubitemus. At-

φήνασα Ἀμηστρίς, ἣ Ξέρξῃ γυνή, φᾶρος μέγα τε καὶ ποικίλον καὶ θέης ἄξιον, διδοῖ Ξέρξῃ. ὁ δὲ, ἡσθεὶς, περιβάλλεται τε καὶ ἔρχεται παρὰ τὴν Ἀρ-2 ταῦντην. ἡσθεὶς δὲ καὶ ταύτῃ, ἐκέλευσε αὐτὴν αἰ-30 τῆσαι ὅ τι βούλεται οἱ γενέσθαι ἀντὶ τῶν αὐτῷ ὑ-πουργημένων· πάντα γὰρ τεύξεσθαι αἰτήσασαν. τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, πρὸς ταῦτα 3 εἶπε Ξέρξῃ· „Δώσεις μοι τὸ ἄν σε αἰτήσω;“ ὁ δὲ πᾶν μᾶλλον δοκέων κείνην αἰτῆσαι, ὑπισχνέτο καὶ 35 ὤμοσε. ἣ δὲ, ὡς ὤμοσε, ἀδεῶς αἰτεῖ τὸ φᾶρος. 4 Ξέρξῃς δὲ παντοῖος ἐγίνετο, οὐ βουλόμενος δοῦναι·

que simul manifestum fit hac ex narratione, quo modo in regum Persarum gymnaseis agi solitum fuerit: in quam rem insigne exstat Estherae exemplum, quam ipsam nullam aliam re vera fuisse atque Amestridem, alio nomine in libris sacris vocitatum, fuere qui contenderent. Sed haec et alia huiusmodi lubens hic transeo.

ὅ τι βούλεται] De hoc indicativo vide sis nott. ad I, 163. Sic IX, 111. ποιέειν τὰ βούλεται. In seqq. accusativum πάντα ad αἰτήσασαν refero neque ad τεύξεσθαι.

τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι] Vid. I, 8. IV, 79 et de usu particulae γὰρ I, 8. 24. Voces τῇ δὲ non ad πανοικίῃ referri posse bene monet Schweigh. sed ad mulierem. Nam idem est ac si dixisset Noster: ἣ δὲ, κακῶς γὰρ οἱ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, εἶπε Ξέρξῃ. Ad vocem πανοικίῃ cum tota domo, familia conf. nott. ad VII, 39.

παντοῖος ἐγίνετο] i. e. in

omnes se convertit formas, omnia tentavit, quibus illam averteret eiusque preces amoveret. Vid. III, 124 ibique nott. Ad seqq. κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν cf. nott. ad VIII, 30. Mox retinui, quod codd. quidam ferebant, κατεικαζούση, cuius loco Schweigh. coniecerat κατεικαζούσης. Gaisf., quem sequitur Negris, e pluribus codd. dedit κατεικαζούσα, his additis: „legitima verborum constructio postulabat, ut sententia hunc in modum decurreret: μὴ καὶ πρὶν κατεικαζούσα τὰ γινόμενα, οὕτω Ξέρξῃν προήσονται καταλάβοι. Eam nunc immutat scriptor, ita ut sequens verbum a remotiore nominativo pendeat.“ Sed hoc nimis videtur quaesitum, nec sane ulla apparet causa, cur scriptorem tam subito structuram orationis mutasse credamus. Immo plana videntur omnia, si dativum κατεικαζούση referas ad passivum ἐπευρεθῆ. Timebat scil. Xerxes, ne ab Amestride, quae iam antea conieci- bat ea, quae facta sunt, invenire-

κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, φοβεόμενος δὲ Ἄμυστρον, μὴ
καὶ πρὶν κατεικαζούσῃ τὰ γινόμενα, οὕτω ἐπευρε- 40
θη πρήσων· ἀλλὰ πόλις τε ἐδίδου, καὶ χροσὸν ἄ-
πλετον, καὶ στρατὸν τοῦ ἔμελλε οὐδεὶς ἄρξιν ἀλλ' ἢ
5 ἐκείνῃ· Περσικὸν δὲ κάρτα ὁ στρατὸς δῶρον.
ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε, διδοῖ τὸ φᾶρος. ἢ δὲ, περιχα- 45
ρῆς ἔοῦσα τῷ δώρῳ, ἐφόρεέ τε καὶ ἀγάλλετο· καὶ
ἢ Ἄμυστρος πυνθάνεται μιν ἔχουσαν. Μαθοῦσα δὲ
τὸ ποιούμενον, τῇ μὲν γυναικὶ ταύτῃ οὐκ εἶχε ἔγ-
κοτον· ἢ δὲ ἐλπίζουσα τὴν μητέρα αὐτῆς εἶναι αἰ-
τίην καὶ ταῦτα ἐκείνην πρήσσειν, τῇ Μασίστεω γυ-
2 ναικὶ ἐβούλευε ὕλεθρον. φυλάξασα δὲ τὸν ἄνδρα 50
τὸν ἑωυτῆς Ξέροξην βασιλῆϊον δεῖπνον προτιθέμε-
νον· (τοῦτο δὲ τὸ δεῖπνον παρασκευάζεται ἀπαξ τοῦ
ἐνιαυτοῦ, ἐν ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεὺς· οὐνομα
δὲ τῷ δεῖπνῳ τούτῳ Περσιστὶ μὲν, τυκτὰ, κατὰ δὲ
τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, τέλειον· τότε καὶ τὴν κε- 742
φαλὴν σμᾶται μῶνον βασιλεὺς, καὶ Πέρσας δωρῆ- 56

110

Amestridia re-
ginae atrox ze-
lotypia,

tur talia agens. — In seqq. ἐ-
δίδου est obtulit, se daturum
pollicitus est, nota verbi huius
potestate. Ad verba: ἀλλ' οὐ
γὰρ ἔπειθε conf. Matth. Gr.
Gr. §. 615 pag. 1242 et G.
Hermann. ad Viger. pag. 811.
Add. Herodot. IX, 93. Ver-
bum ἀγάλλεσθαι attigi ad
IV, 64.

Cap. CX.

οὐκ εἶχε ἔγκοτον] De hac
locutione conf. III, 59. Add.
Blomfield. Glossar. ad Aeschyl.
Choephor. 37. In seqq. ver-
bum φυλάξασα citat Suidas s.
v. III p. 642. Vid. I, 49 ibiq.
nott. VIII, 9.

ἐν ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασι-
λεὺς] Male ἐν in quibusdam

omissum. Affert Herodotea A-
thenaeus IV, 27 pag. 146 B.
Vid. de die regis natali nott.
ad I, 133. Ipsum festi nomen
Τυκτὰ quid valeat, aliis disqui-
rendum permittam. Scaliger
Canon. Isag. III p. 260 expo-
suerat *thronum*. Alii aliter. Cf.
Reland. Diss. de vet. ling. Pers.
p. 257. Creuzerus haec adscrip-
sit: „Attigerunt hunc locum
interpretes Hesychii II p. 1360
et pag. 1432. Photius p. 526
Dobr. et Lips. Τυκτόν· χειρο-
ποίητον, quod ad Odys. ρ',
206 trahit Schleusner. in Anim-
adverss. pag. 463. Ego nihil
exputo.“

σμᾶται] i. e. *smegmate* de-
tergit. Vid. eitt. ad IV, 73 et
Casaubon. ad Athen. l. I. Plura

111

εται) ταύτην δὴ τὴν ἡμέρην φυλάξασα ἢ Ἄμνηστρις, χροῖζει τοῦ Ξέρξεω δοθῆναί οἱ τὴν Μασίστεω γυναῖ-3 κα. ὁ δὲ δεινόν τε καὶ ἀνάρσιον ἐποιέετο, τοῦτο μὲν, ἀδελφεοῦ γυναῖκα παραδοῦναι, τοῦτο δὲ, ἀναι-60 τὴν ἑοῦσαν τοῦ πρήγματος τούτου· συνῆκε γὰρ τοῦ εἵνεκεν ἐδέετο. Τέλος μέντοι, κείνης τε λιπα- ρεούσης, καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου ἕξεργόμενος, ὅτι ἀτυ- χῆσαι τὸν χροῖζοντα οὐ σφι δυνατόν ἐστι βασιλεῖου δείπνου προκειμένου, κάρτα δὴ ἀέκων κατανεύει· 2 καὶ παραδούς, ποίει εἴδε. τὴν μὲν κελεύει ποίειν 65 τὰ βούλεται ὁ δὲ μεταπεψάμενος τὸν ἀδελφεὸν λέ- γει τάδε· „Μασίστα, σὺ εἰς Δαρείου τε παῖς, καὶ „ἐμὸς ἀδελφεός· πρὸς δ' ἔτι τούτοισι, καὶ εἰς ἀνήρ 3 „ἀγαθός. γυναῖκί δὴ ταύτη τῇ νῦν συνοικέεις, μὴ „συνοικεε· ἀλλὰ τοι ἀντ' αὐτῆς ἐγὼ δίδωμι θυγα-70 „τέρα τὴν ἐμήν. ταύτη συνοικεε· τὴν δὲ νῦν ἔχεις, 4 „οὐ γὰρ δοκεῖ ἐμοὶ, μὴ ἔχε γυναῖκα.“ Ὁ δὲ Μα- σίστης ἀποθωνμάσας τὰ λεγόμενα, λέγει τάδε· „Ὡ „δέσποτα, τίνα μοι λόγον λέγεις ἄχρηστον, κελεύων 75

de ipso verbo dabit a Cr. cita- tus Blomfield. ad Callimach. Lavacr. Pallad. vs. 32. Neque vero hic putō intelligi posse *fragrantius oleum*, quo regium caput fuerit delibutum et deinde defricum. Facit huc quoque Strabo XV p. 718 s. 1046 A. — In seqq. dedi *χροῖζει* et *χροῖζοντα* pro *χροῖζει* et *χροῖ- ζοντα*, quod cum Schaefero tenet Bekker. Conf. VII, 38 ibique nott.

Cap. CXI.

κείνης τε λιπαρεούσης] κεί- νης e Florentino receptum. Vulgatam *ἐκείνης* cum Schaefer. retinuit Matth. Verba: ὑπὸ τοῦ νόμου ἕξεργόμενος valent:

lege prohibitus, quo minus scil. aliter faceret petentique abnue- ret (conf. nott. ad VII, 96), quia fieri nequit, regia coena proposita, ut petenti quiddam denegetur s. *petens voto excidat*. — Paulo infra e Florent. receptum *γυναῖκί δὴ*, ubi vulgo *γυναῖκί δὲ*, quod post Schaeferum retinuerunt Matth. et Bekker.

λόγον λέγεις ἄχρηστον] „Vi- detur gravius quiddam sonare quam *inutilem sermonem*, nempe *malum, importunum, infelicem, damnosum*.“ Schweigh. in Lex. Herod. — In seqq. vo- cem *τρεις* post *εἰσὶ* plerique codd. ignorant, unde uncis in- cludere malui, quam prorsus

„με γυναικα, ἐκ τῆς μοι παῖδες νεηνίαι τέ εἰσι
 „[τρεις] καὶ θυγατέρες, τῶν καὶ σὺ μίαν τῷ παιδί
 „τῷ σεωυτοῦ ἠγάγεο γυναικα· αὐτή τέ μοι κατὰ
 „νόον τυγχάνει κάρτα ἐοῦσα· ταύτην με κελεύεις
 5 „μετέντα, θυγατέρα τὴν σὴν γῆμαι; ἐγὼ δὲ, βασι-80
 „λεῦ, μέγα μὲν ποιεῦμαι ἀξιεύμενος θυγατρὸς τῆς
 „σῆς, ποιήσω μέντοι τούτων οὐδέτερα· σὺ δὲ μη-
 „δαμῶς βιω, πρήγματος τοιοῦδε δεόμενος. ἀλλὰ τῆ
 6 „τε σῆ θυγατρί ἀνήρ ἄλλος φανήσεται ἐμεῦ οὐδὲν
 „ἥσσων, ἐμέ τε ἕα γυναικὶ τῆ ἐμῇ συνοικέειν.“ Ὅ85
 μὲν δὴ τοιοῦτοισι ἀμείβεται· Ξέρξης δὲ θυμωθεὶς,
 7 λέγει τάδε· „Οὔτω τοι, Μασίστα, πέπρηκται· οὔτε
 „γὰρ ἂν τοι δόην θυγατέρα τὴν ἐμὴν γῆμαι, οὔτε
 „ἐκείνη πλεῦνα χρόνον συνοικήσεις· ὡς μάθης τὰ
 „διδόμενα δέκεσθαι.“ Ὁ δὲ ὡς ταῦτα ἤκουσε, εἰ-

eicere, quod fecit Gaisfordius, improbante Schaefero, Matth. et Bekker. Quod vero h. l. sibi quodammodo opponuntur νεηνίαι et θυγατέρες, quorum prius vocabulum vulgo non tam ad sexum, quam ad aetatem respicit, attendi vult Doederlein in Actt. phill. Monacc. I, 1 p. 41, quamquam h. l. ob praegressum παῖδες aetatis simul ratio videtur haberi.

αὐτή τέ μοι] αὐτή pro αὐτή dedit Schaeferus, quem reliqui secuti sunt. Declarat nimirum Masistes, hanc uxorem ex animi sententia ipsi fuisse, sibi maxime accommodatam. Sic κατὰ νόον V, 106. VI, 130. I, 117. IX, 45. Mox e meliorum codd. consensu dedi θυγατέρα τὴν σὴν pro τὴν σεωυτοῦ, quod cum Schaefero retinuit Matth.

μέγα μὲν ποιεῦμαι ἀξιεύμε-

νος θυγατρὸς] i. e. magni facio, quod coniugio filiae tunc me digneris. De participii usu vid. Viger. p. 771. Pro μέγα Florentinus dat μεγάλη, quod Schweighaeusero arridet quodque ipsum dedit Steger. Tu cf. III, 42.

μηδαμῶς βιω] i. e. Tu noli vim mihi inferre, me ullo modo cogere. Mox libris iubentibus dedi ἥσσων, cuius loco Schaefer. et Bekker. ἕσσων. Vid. VIII, 113. V, 72.

πέπρηκται] i. e. ita sane actum est de te. Vid. nott. ad VII, 10 §. 3. Schweighaeuserus erat interpretatus: igitur hoc profecisti. — Mox e Florent. repositum δόην, quod etiam habet Thomas Mag. pag. 227 h. l. citans s. v. διδώη. Vulgatam δόλην cum Schaefero tumentur Matth. et Bekker.

πας τοςόνδε, ἐχώρει ἔξω· „Δέσποτα, οὐ δὴ κώ με⁹⁰

112

„ἀπώλεσας.“ Ἐν δὲ τούτῳ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ ἐν τῷ Ξέρξης τῷ ἀδελφεῷ διελέγετο, ἢ Ἄμυστροις μεταπεμφαμένη τοὺς δορυφόρους τοῦ Ξέρξεω, διαλυμαίνεται τὴν γυναικα τὴν Μασίστεω· τοὺς τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα κυσὶ προέβαλε, καὶ ῥίνα, καὶ ὄτα, καὶ χεῖλα· καὶ γλῶσσαν ἐκταμοῦσα, ἐς οἶκόν μιν⁹⁶

crudelitasque in uxorem Masistae horribilis.

743

113

ἀποπέμπει διαλελυμασμένην. Ὁ δὲ Μασίστης οὐδὲν κω ἀκηκῶς τούτων, ἐλπόμενος δὲ τί οἱ κακὸν εἶ-
2 ναι, ἐσπίπτει θρόνῳ ἐς τὰ οἰκία. ἰδὼν δὲ διεφθαρμένην τὴν γυναικα, αὐτίκα μετὰ ταῦτα συμβουλευσάμενος τοῖσι παισὶ, ἐπορεύετο ἐς Βάκτρα σὺν τε τοῖσι ἑωυτοῦ υἱοῖσι καὶ δὴ κού τισι καὶ ἄλλοισι, 1 ὡς ἀποστήσων νομὸν τὸν Βάκτριον, καὶ ποιήσων τὰ μέγιστα κακῶν βασιλέα· τὰ περ ἂν καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, εἶπερ ἔφθη ἀναβάς ἐς τοὺς Βακτρίους καὶ τοὺς Σάκας· καὶ γὰρ ἔστεργόν τέ μιν, 3 καὶ ἦν ὑπαρχος τῶν Βακτριῶν. ἀλλὰ γὰρ Ξέρξης 5 πυθόμενος ταῦτα ἐκεῖνον προήσδοντα, πέμψας ἐπ' αὐ-

Hinc turbae exortae, Xerxis regno graves futurae, nisi Masistae eiusque filiorum nece compositae fuissent.

Cap. CXII.

ἐν δὲ τούτῳ — χρόνῳ] Vid. VIII, 27. διαλυμαίνεται est foedissime tractat, dilacerat. Verba τοὺς τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα in simili re exstant IV, 102.

Cap. CXIII.

ἐλπόμενος] i. e. suspicans indeque metuens. Vid. VI, 109 ibique allata.

ὡς ἀποστήσων νομὸν τὸν Βάκτριον] i. e. ut Bactriam provinciam ad defectionem sollicitaret. Bactriana praefectura memoratur III, 92, quam unam e maximis et amplissimis totius fere regni fuisse haud pauca testantur. Unde factum, ut ad-

iuvante ipso provinciae situ et ambitu, ibi crebrius exorirentur seditiones bellaque praefectorum cum regibus Persarum. Conf. Heeren. Id. II, 1 p. 316 et quae ad Ctesiam attuli pag. 93.

ὡς ἐμοὶ δοκέειν] Ita optimi quique codd. pro δοκέει. Vid. IV, 168. In seqq. ὑπαρχος est satrapa, ut V, 20 ibique nott.

ταῦτα ἐκεῖνον προήσδοντα] i. e. eum talia agitare consilia, talia moliri. De verbo προήσσειν cf. IX, 108 ibique citt. — Mox revocavi κατέκτεινε, ubi Schaeferus dederat κατέκτεινεν.

τὸν στρατιῆν, ἐν τῇ ὁδῷ κατέκτεινε αὐτόν τε ἐκείνον
καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ καὶ τὴν στρατιῆν τὴν ἐκεῖ- 10
4 νου. Κατὰ μὲν τὸν ἕρῳτα τὸν Ξέρξεω καὶ τὸν Μα-
σίστειω θάνατον τοσαῦτα ἐγένετο.

114

Græcorum clas-
se in Hellespon-
tum ad pontes
rescindendos
profecta, cum eos
iam solutus de-
prehendissent
[8, 117.], Pelo-
ponnesii in Græ-
ciam revertun-
tur: Athenienses
ad Sestum oppu-
gnandam se con-
vertunt,

Οἱ δὲ ἐκ Μυκάλης ὀρηθέντες Ἕλληνες ἐπ' Ἐλ-
λησπόντου πρῶτον μὲν περὶ Λεκτὸν ὄρμεον, ὑπὸ
ἀνέμων ἀπολαμφθέντες· ἐνθεῦτεν δὲ ἀπίκοντο ἐς
Ἄβυδον, καὶ τὰς γεφύρας εὖρον διαλελυμένας, τὰς 15
ἔδοξεον εὐρήσειν ἔτι ἐντεταμένας· καὶ τούτων οὐκ
ῥῆκιστα εἴνεκεν ἐς τὸν Ἐλλήσποντον ἀπίκοντο. τοῖσι
μὲν νυν ἀμφὶ Λευτυχίδα Πελοποννησίοισι ἔδοξε
ἀποπλέειν ἐς τὴν Ἑλλάδα· Ἀθηναίοισι δὲ καὶ Ξαν-

τὴν στρατιῆν τὴν ἐκείνου]
, „Suspisor vocem στρατιῆν ex
proximis inhaerentem memo-
riæ scribentis, alterius vice male
fuisse repetitam. Qui Susis abie-
rat cum liberis, καὶ δὴ κου τισὶ
καὶ ἄλλοισι, quiq; necdum
pervenerat ad suam præfectu-
ram, is minus commode dici
poterat iam nunc secum ha-
buisse exercitum. Multo mihi
videretur accommodatius, si a
Xerxe missi in viâ dicerentur
interfecisse αὐτόν τε ἐκείνον
καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ
τὴν θεραπηῆν τὴν ἐκείνου, si
hoc aliunde firmatum accipe-
rem.“ *Valckenaer*. Lectioni
vulgatae haud scio an ita pa-
trocinandum, ut in ipsa via de
defectione cogitans Masistes co-
pias collegerit, sed a Xerxis ex-
ercitu oppressus, unâ cum co-
piis interierit. Quin ipsa suspi-
cio mihi orta est verba καὶ τὴν
στρατιῆν τὴν ἐκείνου e glossa
marginali in textum irrepisse.

Cap. CXIV.

περὶ Λεκτὸν ὄρμεον] i. e. in
statione erant prope Lectum.
Verbum ὀρμεῖν hoc sensu ex-
stat VII, 22. Λεκτός, quod
rectius scribi Λέκτος censet
Schweighaeuserus, promontori-
um Idae montis est, Lesbo
insulae obversum, de quo vid.
Schol. ad Nicandr. Alexipli,
40 Athen. XIII pag. 598 C.
Strabon. XIII p. 604 A. s. p.
900 D. 606 C. s. p. 903 C.
Liv. XXXVII, 37. Quae at-
tulit Wesselingius, addens il-
lic navigantes ventis adversis
retardatos fuisse. — Ad verba
ὑπὸ ἀνέμων ἀπολαμφθέντες
vid. II, 115 ibique nott. Ad
ἐντεταμένας conf. IX, 106.

τοῖσι μὲν νυν ἀμφὶ Λευ-
τυχίδα] Ad locutionem conf.
IX, 57. Thucydides ista tan-
gens I, 89 de dissensu Pelo-

115 θίπρω τῷ στρατηγῷ, αὐτοῦ ὑπομείναντας περιᾶ-
 3 σθαι τῆς Χερσονήσου. Οἱ μὲν δὲ ἀπέπλεον· Ἄθη- 20
 ναῖοι δὲ, ἐκ τῆς Ἀβύδου διαβάντες ἐς τὴν Χερσό-
 νησον, Σηστὸν ἐπολιόρκειον. Ἐς δὲ τὴν Σηστὸν ταύτην,
 ὡς ἰόντος ἰσχυροτάτου τείχεος τῶν ταύτη, συνῆλθον,
 ὡς ἤκουσαν παρῆναι τοὺς Ἕλληνας ἐς τὸν Ἑλλήσ-
 ποικτον, ἐκ τε τῶν ἄλλων τῶν περιουκίδων, καὶ δὴ 25
 καὶ ἐκ Καρδίας πόλιος Οἰόβαζος, ἀνὴρ Πέρσης, ὃς
 2 τὰ ἐκ τῶν γεφυρέων ὅπλα ἐνθαῦτα ἦν κεικομικῶς.
 εἶχον δὲ ταύτην ἐπιχώριοι Αἰολῆες, συνῆσαν δὲ Πέρ-
 σαι τε καὶ τῶν ἄλλων συμμαχῶν συκνὸς ὄμιλος.
 116 Ἐτυράννευε δὲ τούτου τοῦ νομοῦ Ξέρξης ὕπαρχος
 Ἀρταύκτης, ἀνὴρ μὲν Πέρσης, δεινὸς δὲ καὶ ἀτά- 30
 2 σθαλος. ὃς καὶ βασιλέα ἐλαύνοντα ἐπ' Ἀθήνας ἐξη-
 πάτησε, τὰ Πρωτεσίλειω τοῦ Ἰφίζλου χορήματα ἐξ
 3 Ἐλαιουῦντος ὑφελόμενος. ἐν γὰρ Ἐλαιουῦντι τῆς Χερ-

quo ingens Per-
 sarum numerus,
 quod caetera
 Chersonesi op-
 pida parum mu-
 nita essent, con-
 fluxerat.

Praefectus Sesto
 a rege Artaxctae,
 homo impius in-
 que Protesilaum
 heroem contu-
 meliosus.

744

ponnesiorum atque Athenien-
sium nihil prodit.

περιᾶσθαι τῆς Χερσονήσου]
 i. e. tentare, num in suam di-
 tionem redigere possent Cherson-
 esum. Sic IX, 40 περιώμενοι
 τῶν Ἑλλήνων. — Mox reti-
 nuī, quod plerique codd. affe-
 runt διαβάντες, a Schaefero,
 quem Bekker. sequitur, muta-
 tum ex uno Sanctrofti cod. in
 διαβαλόντες; quamquam id
 ipsum traiciendi notione haud
 infrequens, ut monstrant a Val-
 cken. allata ex Herod. VI, 44.
 V, 33. 34. Thucyd. II, 83.
 VI, 30. Aristid. III p. 577. Eu-
 nap. in Proaeres. p. 129 p. 73
 Boissonad. quem ipsum conf. in
 annotat. pag. 270. At mihi
 haec lectio docti cuiusdam ho-
 minis deberi videtur industriae.
 De Sesto vid. VII, 33. Thucy-

dides quoque I. I. Sesti obses-
sionem memorat.

Cap. CXV.

παρῆναι — ἐς τὸν Ἑλλήσ-
 ποικτον] Cf. de locutione I, 21
 et ad praegressas voces de Sesto
 conf. Ephori fragm. p. 198 a
 Cr. laudata. — De Cardia dixi
 ad VI, 33. ὅπλα rudentes sunt,
 ut VII, 25. — ἐνθαῦτα accipio
 huc, istuc; de quo usu plura A.
 Bekker. in Spec. Philostr. p.
 77. 78.

Cap. CXVI.

ὕπαρχος] Conf. nott. ad V,
 20 et ad seqq. VII, 33 ibique
 nott.

ἐξ Ἐλαιουῦντος ὑφελόμενος]
 Pro ὑφελόμενος, cuius loco
 sanequam expectabas Ionum
 more ὑπελόμενος, quod ipsum

σονήσου ἐστὶ Πρωτεσίλεω τάφος τε καὶ τέμενος περὶ αὐτὸν, ἐνθα ἦν χρήματα πολλὰ, καὶ φιάλαι χρύσειαι³⁵ καὶ ἀργύρειαι, καὶ χαλκός, καὶ ἐσθῆς, καὶ ἄλλα ἀναθήματα, τὰ Ἀρταῦκτης ἐσύλησε, βασιλέος δόντος. 4 λέγων δὲ τοιάδε, Ξέρξεα διεβάλετο· „Δέσποτα, ἐ-
 „στι οἶκος ἀνδρὸς Ἑλληνος ἐνθαῦτα, ὃς ἐπὶ γῆν
 „τὴν σὴν στρατευσάμενος, δίκης κυρησας, ἀπέθανε.⁴⁰
 „τούτου μοι δὸς τὸν οἶκον, ἵνα καὶ τις μάθῃ ἐπὶ
 5 „γῆν τὴν σὴν μὴ στρατεύεσθαι.“ ταῦτα λέγων, εὐ-
 πετέως ἔμελλε ἀναπέσειν Ξέρξεα δοῦναι ἀνδρὸς οἶ-
 6 κον, οὐδὲν ὑποτοπηθέντα τῶν ἐκείνος ἐφρόνεε. Ἐπὶ⁴⁵
 γῆν δὲ τὴν βασιλέος στρατεύεσθαι Πρωτεσίλεων ἔλεγε,
 νοέων τοιάδε· τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι ἑωυ-
 7 τῶν εἶναι Πέρσαι, καὶ τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος.
 ἐπεὶ δὲ ἐδόθη τὰ χρήματα, ἐξ Ἐλαιούντος ἐς
 Σηστὸν ἐξεφόρησε, καὶ τὸ τέμενος ἔσπειρε,

nunc dedisse video Bekkerum, duo codd. cum Valla dant αἰ-
 τήσας, quod probante Valcken., coll. Koen. ad Gregor. Cor. De
 Dial. Ion. §. 18 p. 399, recepit Schaefer. Equidem cum Matth.
 in vulgata acquiescendum cen-
 sui, ubi aoristum ὑφελόμενος
 explicat G. Hermann. ad Viger.
 pag. 775. Unde loci hic fere
 sensus: „Qui regem — decepe-
 rat atque pecunias — surripuerat.
 De Elaeunte urbe conf. nott. ad
 VII, 33. — Pro ἔην restitui
 ἦν e Florentino aliisque.

Ξέρξεα διεβάλετο] i. e. Xer-
 xem deceperat. Qua significa-
 tione alibi Noster actiyum po-
 suit; vid. V, 50 ibique nott.
 VIII, 110.

τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι
 ἑωυτῶν εἶναι Πέρσαι κ. τ. λ.]
 εἶναι Πέρσαι e Florent. aliis-

que revocatum pro vulg. Πέρ-
 σαι εἶναι, quod Schaefer. et
 Matth. retinent. Ipsam senten-
 tiam notavimus ad I, 4. Hinc
 vero (h. l. addit Wesseling.)
 audax fluxit et importunum
 Artaxerxis, Persarum, victis
 Parthis, vindicis et regni instau-
 ratoris: cedere Inp. Alexan-
 drum Romanosque omni Asia
 debere, εἶναι δὲ ἄρχειν Πέρ-
 σας μέχρις Ἰωνίας τε καὶ Κα-
 ρίας· εἶναι γὰρ αὐτὰ Περσῶν
 προγονικά κτήματα: esse enim
 Persarum hereditarias atque a
 maioribus acceptas possessiones,
 in Herodian. VI, 3 [VI, 4 §. 5.
 VI, 2 §. 2.]

καὶ τὸ τέμενος ἔσπειρε καὶ
 ἐνέμετο] τέμενος hic vocatur
 ager exemptus et consecratus iux-
 ta Protesilai sepulcrum, ut IV,
 161. In hoc igitur agro, qui

καὶ ἐνέμετο· αὐτός τε ὅπως ἀπίκοιτο ἐς Ἐ-50
 8 λαιοῦντα, ἐν τῷ ἀδύτῳ γυναιξὶ ἐμίσγετο. Τότε δὲ
 ἐπολιορκέτο ὑπὸ Ἀθηναίων, οὔτε παρεσκευασμένος
 ἐς πολιορκίην, οὔτε προσδεκόμενος τοὺς Ἕλληνας·
 117 ἀφυλάκτῳ δὲ κως αὐτῷ ἐπέπεσον. Ἐπεὶ δὲ πολιορκ-
 κευμένοι σφι φθινόπωρον ἐπερίνετο, καὶ ἤσχαλλον 55
 οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ τε τῆς ἐσωτῶν ἀποδημέοντες καὶ

Obsidione diu
 protracta,

Protesilao heroi consecratus erat, sementem fecit pecoraeque sua pavit; nam verbum νέμεσθαι hic ad pascua gregesque spectare recte monet Schweighaeuser. in Lex. Herod.

ἀφυλάκτῳ δὲ κως αὐτῷ ἐπέπεσον] ἀφυλάκτῳ primus dedit Schaeferus e duobus codd. pro vulg. ἀφύκτως quale adverbium vereor ut exstet, quamquam adiectivum ἀφυκτος de eo, quod evitari nequit, haud insolitum. Vid. Plutarch. II p. 107 B. Stob. Eclogg. Phys. p. 8. Aleiphr. I, 25. Quae attulit Wesselingius, haec subiiciens: „Sed Artayctes, modo provide et consulto egisset, aut vitare obsidionem, aut apparatus ad eam tolerandam sese potuerat instruere. Neutrum observavit; unde ex impreviso, uti Valla, ἀφυλάκτῳ (non ἀφυλάκτως) supervenerunt. Simile Polyaei VIII, 36. Plutarch. II p. 262 C. Herodiani VI, 5.“ Addit Schweighaeuserus ἀφυλάκτως διακείσθαι e Polyb. IV, 36 §. 4 lectionem ἀφυλάκτως ita defendi posse putans, ut Herodotum dixisse credamus: „ita de im-

previso eum adorti sunt Athenienses, ut effugi non potuerint, id est, ut ille et qui cum eo erant, effugere non potuerint“: nempe (sunt ipsa Schweighaeuseri verba), „quod ex insequentibus intelligitur, et navibus urbem obsederunt et excensione factâ eandem a continente ita circumsederunt, ut effugere nemo posset.“ Mihi, ut dicam quod sentio, hoc ἀφύκτως magis exquisitum quam verum videtur: quare haud recepi. Adiectivum ἀφύλακτος pluribus locis apud Plutarchum inveniri cognovi e Wytttenbach. Ind. Graecitat. T. VIII, 1 p. 304.

Cap. CXVII.

ἐπερίνετο] Sic dedi cum Bekkero, Matth. et Schaefero; Schweigh. et Gaisf. e tribus codd. dederunt ἐπιρίνετο. Verbum ἀσχάλλειν attigi ad III, 152. Ad verba ὅπως ἀπάγοιεν conf. Matth. Gr. Gr. §. 531 not. 2 pag. 1037. — De usu particularum πρὶν ἢ conf. cit. ad IX, 93. — τὸ Ἀθηναίων κοινὸν convenit cum Thucyd. I, 89. Sed vide quoque Herod. V, 109. VI, 14.

οὐ δυνάμενοι ἐξελεῖν τὸ τεῖχος, ἐδέοντό τε τῶν στρατηγῶν ὅπως ἀπάγοιέν σφιας ὀπίσω· οἱ δὲ οὐκ ἔφρασαν, πρὶν ἢ ἐξέλωσι, ἢ τὸ Ἀθηναίων κοινόν σφιας μεταπέμψηται. οὕτω δὲ ἔστεργον τὰ 60 παρεόντα.

118

fame compulsi
Persae noctu au-
fugiunt: itaque
Athenienses Se-
sto potiuntur.

Οἱ δ' ἐν τῷ τείχεϊ ἐς πᾶν ἤδη κακοῦ ἀπιγμέ-
νοι ἦσαν, οὕτω ὥστε τοὺς τόνους ἔψοντες τῶν κλι-
νέων ἐσιτεύοντο. ἐπεὶ τε δὲ οὐδὲ ταῦτα ἔτι εἶχον,
οὕτω δὲ ὑπὸ νύκτα οἴχονται ἀποδράντες οἱ τε Πέρ- 65
σαι καὶ ὁ Ἀρταῦκτης καὶ ὁ Οἰόβαξος, ὄπισθε τοῦ
2 τείχεος καταβάντες, τῇ ἣν ἐρημότατον τῶν ἰσχυρῶ-
νων. ὡς δὲ ἡμέρη ἐγένετο, οἱ Χερσονησίται ἀπὸ τῶν
πύργων ἐσήμηναν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονός, καὶ
τὰς πύλας ἀνοιξαν τῶν δὲ οἱ μὲν πλεῖνες ἐδίωκον,
οἱ δὲ τὴν πόλιν εἶχον. Οἰόβαξον μὲν νυν ἐκφυγόν- 745
τα ἐς τὴν Θρηϊκὴν Θρηϊκῆς Ἀψίνθιοι λαβόντες ἔθν- 70

119

Fugientium pars
a Thracibus ca-

ἔστεργον τὰ παρεόντα] i. e. praesentem rerum statum aequo tulerunt animo, contenti erant, s. praesentibus acquieverunt. De verbi στέργειν structurâ cum quarto casu post Gataker. ad Antonin. De se ips. VI, 44 monuerunt Matth. Gr. Gr. §. 399 not. 2 p. 730 et Voemel. ad Demosth. Phill. II §. 19. Annot. p. 27.

Cap. CXVIII.

ὥστε τοὺς τόνους ἔψοντες τῶν κλινέων] „τόνοι τῶν κλινέων nervi, lectulis et sellis intendendis habiles, quibus elixis et igne mollitis famem domare nitebantur miseri. Vid. Polluc. X, 37.“ Wesseling. Vocem Χερσονῆται excitat Stephan. Byz. s. v. pag. 756. — Χερσονήσος vid. Herod.

VI, 39 et IX, 120, ubi libri fluctuant, et conf. Voemel. l. l: p. 39.

Cap. CXIX.

Ἀψίνθιοι] Vid. VI, 34. Πλείστωρος qui fuerit, aequè ignoro atque Wesseling. — Ad locutionem οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταῦκτην conf. IX, 57. Mox cum recentt. edidi καὶ ὡς κατελαμβάνοντο, ubi particulam καὶ, quam plerique codd. agnoscunt, neglexerunt Schaefer. et Matth. — Ad verba ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμῶν Wesseling. conferri vult Oudendorp. ad Frontin. II, 1, 18. Tu conf. Xenoph. Hellen. II, 1, 13. 14. Mel. II, 2 §. 7. Scylac. Periopl. §. 68 p. 28 Huds. Cornel. Nep. Con. 1 Lys. 1. In fine cap. revocavi ἦγον, cuius loco

σαν Πλειστόρω ἐπιχωρίῳ θεῶ, τρόπῳ τῷ σφετέρῳ·
 2 τοὺς δὲ μετ' ἐκείνου, ἄλλῳ τρόπῳ ἐφόνευσαν. Οἱ
 δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταῦκτην ὕστεροι ὀρηθέντες φεύ-
 γειν, καὶ ὡς καταλαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὲρ
 Αἰγὸς Ποταμῶν ἀλεξόμενοι χρόνον ἐπὶ συχρὸν, οἱ 75
 3 μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ ζῶντες ἐλάμφθησαν. καὶ συν-
 δήσαντές σφεας οἱ Ἕλληνες ἦγον ἐς Σησίον· μετ' αὐ-
 τῶν δὲ καὶ Ἀρταῦκτην δεδεμένον, αὐτόν τε καὶ
 120 τὸν παῖδα αὐτοῦ. Καὶ τῶ τῶν φυλασσόντων λέ-
 γεται ὑπὸ Χερσονησιτέων, ταρίχους ὀπτῶντι, τέρας 80
 γενέσθαι τοιούδε. οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι
 ἐπάλλοντό τε καὶ ἥσπαιρον, ὅπως περ ἰχθύες νεο-
 2 ἄλωτοι. καὶ οἱ μὲν περιχυθέντες ἐθωύμαζον· ὁ δὲ
 Ἀρταῦκτης ὡς εἶδε τὸ τέρας, καλέσας τὸν ὀπτῶντα
 3 τοὺς ταρίχους, ἔφη· „Ξεῖνε Ἀθηναῖε, μηδὲν φο- 85

pli trucidantur :
 caeteri cum ipso
 Artaycta in ma-
 nus Athenien-
 sium incidunt.

Artayctes ob im-
 pietatem in cru-
 cem actus [7.33.].

Schaefer. e duobus codd. ἡγα-
 γον, quod hinc quoque recepit
 Bekkerus.

Cap. CXX.

οἱ τάριχοι] Cr. conferri iu-
 bet Fragin. Lexici Gr. apud
 Hermann. De emend. Gr. Gr.
 pag. 325. Qui idem in Com-
 mentit. Herodot. p. 10 de huius
 vocis ac similitum notione dispu-
 tans, dupliciter eas poni obser-
 vat tam de quolibet salsamenti
 genere quam de condiendis ca-
 daveribus, indeque etiam pen-
 dere vim ostenti, quod Hero-
 dotus referat h. l., ubi paulo
 post legitur τεθνεῶς καὶ τάρ-
 ριχος. Observat quoque Köh-
 ler. (Mémoires de l'Acad. de
 Petersbourg. VI^{eme} ser. T. I. ann.
 1832 p. 353 seq.) τάρριχος ple-
 rumque dici de piscibus sale
 conditis.

ἐπάλλοντό τε καὶ ἥσπαιρον]
 i. e. pisces sale conditi, igni im-
 positi subsiliabant palpitabantque.
 Citant Eustath. ad Odys. XII
 p. 497, 30 s. 1728, 35 (qui ha-
 bet ἥσπαιρον, plane ut VIII,
 5) et Athenaeus III p. 119 D.
 E. Ad verbum πάλλεσθαι vi-
 brare, concuti Schweigh. citat
 VII, 140. Homer. II. XXII, 452.
 Plutarch. Cicer. 35. Ac supra
 I, 141 invenimus ἰχθύς παλ-
 λομένουσ. De verbo ἀσπαί-
 ρειν Wesseling. conferri iubet
 Apollodor. III, 13 §. 6. Ae-
 schyl. Pers. 983. Eurip. Iphig.
 Aul. 1587. ἰχθύες νεοάλωτοι
 sunt pisces recens capti. Utitur
 voce νεοάλωτος de recens sub-
 actis gentibus Dio. Cass.
 XLIX, 38 p. 473 E. — Ad
 verbum περιχυθέντες (circum-
 fusi, circumstantes) conf. nott.
 ad Plutarch. Flamin. p. 108.

„βέο τὸ τέρας τοῦτο· οὐ γὰρ σοὶ πέφηνε· ἀλλ' ἔμοι
 „σημαίνει ὁ ἐν Ἐλαιούντι Πρωτεσίλεως, ὅτι καὶ
 „τιθνεὼς καὶ τάριχος ἐὼν δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει
 4 „τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι. νῦν ὦν ἄποινά οἱ τάδε 90
 „ἐθέλω ἐπιθεῖναι· ἀντὶ μὲν χρημάτων τῶν ἔλαβον
 „ἐκ τοῦ ἱεροῦ, ἑκατὸν τάλαντα καταθεῖναι τῷ θεῷ·
 „ἀντὶ δ' ἔμεωντοῦ καὶ τοῦ παιδὸς ἀποδώσω τάλαν-
 5 „τα διηκόσια Ἀθηναίοισι, περιγεγόμενος.“ Ταῦτα
 ὑπισχόμενος, τὸν στρατηγὸν Ξάνθιππον οὐκ ἔλειπε.⁹⁵
 οἱ γὰρ Ἐλαιούσιοι τῷ Πρωτεσίλεω τιμωρόντες ἐδέοντό
 μιν καταχρησθῆναι, καὶ αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ ταύτη ὁ
 βυόος ἔφερε. ἀπαγαρόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν ἀκτὴν ἐς τὴν
 Ξέρξης ἔξευξε τὸν πόρον, οἱ δὲ λέγουσι ἐπὶ τὸν κο-
 λωνὸν τὸν ὑπὲρ Μαδύτου πόλιος, σάνιδα προσπασ-

πέφηνε] *adparuit* interpreta-
 tur Schweighaeuser., ex ante-
 cedentibus assumens τέρας. At-
 tigit idem portentum Philo-
 stratus, ad VII, 33 laudatus, ubi
 τὸ τάριχος ἀναβιῶναι legimus.
 Mox cum Matth. retinui τίνε-
 σθαι (*ulcisci, poenam luere*).
 Unus Sanceroti liber σινέεσθαι,
 ut IX, 13, alii σίνεσθαι, quod
 ipsum cum Schaefero dedit
 Bekkerus. Valckenaerius ma-
 luerat τίννυσθαι i. e. τιμωρεῖ-
 σθαι, quo ipso eadem in re uti-
 tur Pausan. III, 4 §. 5.

ἄποινά οἱ τάδε ἐθέλω ἐπι-
 θεῖναι] Ita exhibens Schweig-
 haeus. in nota ait sibi probari
 Pauwii coniecturam ἄποινά
 μοι, quam eandem in Latina
 versione expressit: *nunc igitur*
ego hanc mihi ipse mulctam, quā
redimam culpam, volo irrogare.
 Mihi haud opus videtur a libris
 scriptis discedere. *Nunc igitur,*
inquit Artayctes, haec re-

dentionis pretia ei (of i. e. αὐ-
 τῷ, Protesilao scil.) *aiponam*
s. solvam, tanquam mulctam
scil. mihi sponte irrogatam. ἄ-
ποινα invenies VI, 79. ἐπι-
θεῖναι cur solvere, pendere esse
neget Schweighaeuserus, haud
intelligo. Sic mox καταθεῖ-
ναι deponere in dei scil. tem-
plo, id est solvere. Quo eodem
sensu alibi καταβάλλειν. Cf. II,
159.

τιμωρόντες] *ulturi* scil. Pro-
 tesilaum ab Artaycta laesum.
 Ad verbum καταχρησθῆναι cf.
 nott. ad IV, 146. De *Madyto*
 dixi ad VII, 33.

σάνιδα προσπασσαλεύσαν-
 τες] Vid. VII, 33 ibique nott.
 Tu cf. haec excitantem Eustath. ad
 Odyss. p. 1923, 46 s. 780 med.
 Quod vero Schweighaeuserus
 vel πρὸς ante σάνιδα inseren-
 dum vel σάνιδι rescribendum
 censet (in quod idem incidat

121

σαλεύσαντες, ἀνεκρέμασαν· τὸν δὲ παῖδα ἐν ὀφθαλ-
μοῖσι τοῦ Ἀρταύκτεω κατέλευσαν. Ταῦτα δὲ ποιή-
σαντες ἀπέπλεον ἐς τὴν Ἑλλάδα, τά τε ἄλλα χροήμα-
τα ἄγοντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ὄπλα τῶν γεφυρέων, ὡς
ἀναθήσοντες ἐς τὰ ἱερά. καὶ κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο οὐδ-
δὲν ἔτι πλέον τούτων ἐγένετο.

His ita gestis, et
Athenienses
Graeciam repe-
tunt.

122

Τούτου δὲ τοῦ Ἀρταύκτεω τοῦ ἀνακρεμασθέν-
τος προπάτωρ Ἀρτεμβάρης ἐστὶ ὁ Πέρσῃσι ἐξηγη-
σάμενος λόγον, τὸν ἐκεῖνοι ὑπολαβόντες Κύρω προσ-
2 ἤνεικαν, λέγοντα τάδε· „Ἐπεὶ Ζεὺς Πέρσῃσι ἤγε-
3 „μονίην διδοῖ, ἀνδρῶν δὲ σοὶ, Κῦρε, κατελὼν Ἀ-
„στύαγεα· φέρε, γῆν γὰρ ἐκτῆμεθα ὀλίγην καὶ ταύ-
„την τρηχέην, μεταναστάντες ἐκ ταύτης ἄλλην ἐχω-
3 „μεν ἀμείνω. εἰσὶ δὲ πολλαὶ μὲν ἀστυγείτονες, πολ-
„λαὶ δὲ καὶ ἑκαστέρω· τῶν μίαν σχόντες πλέοσι ἐσό-

746

Artembares, Ar-
tayctae illius
avus, quid olim
Persis, impro-
bante Cyro, sua-
10 scriit. Coelum
mite ac solum
fertile viris for-
tibus gignendis
ineptum.

Reiskius): mihi vix necesse vi-
detur a codd. auctoritate rece-
dere, modo ita intelligas: *ubi
tabulam s. palum* fixerant scil.
in terra. Schweighaeuserus
interpretatus erat *clavis asseri
adfixum suspenderunt*. — Ad
verbum κατέλευσαν conf. nott.
ad IX, 5.

Cap. CXXI.

τὰ ὄπλα] Conf. VI, 25 et ad
verba οὐδὲν ἔτι (in quo con-
spirant codd.) πλέον nott. ad
VI, 42. Quare non opus cum
Werfero reponere ἐπὶ pro
ἔτι.

Cap. CXXII.

ἐξηγησάμενος λόγον] i. e.
sermonis auctor fuit, primus Per-
sas edocuit sermonem, quem illi
surripientes Cyro attulerunt s.
proposuerunt eo scil. consilio,

ut ille Persarum regnum per
orbem terrarum constitueret.
ἀνδρῶν δὲ σοὶ] i. e. *inter
homines autem tibi*, everso Asty-
age, *imperium Iupiter tradidit*.
De Persarum Iove conf. I, 151.
VII, 40.

καὶ ταύτην τρηχέην] „Pa-
ria de ingenio et habitu Persi-
cae regionis Plato De Legg. III
p. 695 A et Herodoti assecta-
tor Arrianus Exped. Alex. V,
4. καὶ γὰρ καὶ Πέρσαι τότε
πένητές τε ἦσαν καὶ χώρας τρα-
χείας οἰκίητορες, nempe prin-
cipio regis Cyri.“ *Wesseling*.
Platonis loco add. Xenoph. Cy-
rop. VII p. 117, 5 [VII, 5, 67].
In seqq. pro ἑκαστέρω in tribus
codd. exstat ἑκατέρω. Vid. VI,
108. VII, 49. Verba πλέοσι
ἐσόμεθα θωυμαστότεροι val-
ent: pluribus hominibus maiori
erimus admirationi.

4, „μεθὰ θουμαστότεροι. οἰκὸς δὲ ἄρχοντας ἄνδρας 15
 „τοιαῦτα ποιεῖν· κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλιον,
 „ἢ ὅτε γε ἀνθρώπων τε πολλῶν ἄρχομεν πάσης τε
 5, „τῆς Ἀσίας;“ Κῦρος δὲ ταῦτα ἀκούσας, καὶ οὐ
 θουμάσας τὸν λόγον, ἐκέλευε ποιεῖν ταῦτα· οὔτω 20
 δὲ αὐτοῖσι παραινέει κελεύων παρασκευάζεσθαι, ὡς
 6 οὐκ ἐτι ἄρξοντας, ἀλλ' ἀρξομένους. φιλέειν γὰρ ἐκ
 τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς ἄνδρας γίνεσθαι·
 οὐ γὰρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι καρπὸν τε θουμα-
 7 στὸν φύειν καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. ὥστε 25

κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλιον] i. e. quando enim hoc sane commodius s. melius fieri poterit. Tu conf. III, 73. 142, ne plura. Pro κότε Sancerfli codex habet κότερα, cf. I, 91. Ad verba καὶ οὐ θουμάσας τὸν λόγον conf. Plutarch. II p. 172 E.

οὔτω δὲ αὐτοῖσι κ. τ. λ.] Ad Persas refero. Nec moror accusativos subsequentes ἄρξοντας et ἀρξομένους; vid. modo IX, 79. Participium ἀρξομένους passivo sensu accipiendum, ut πολιορκησόμενοι IX, 97. V, 34.

φιλέειν γὰρ — ἄνδρας γίνεσθαι] Facit huc Hippocratis locus De aer. aq. et locc. §. 33 p. 289 s. 347 itemque Senecae De ira II, 16 et, ubi eadem sententia proditur quamquam diversis verbis Plutarch. II p. 172 F. Plura Cyri dicto similia collegit Gataker. ad Antonin. IV, 39 coll. Dunaeo in Demosthen. p. 131. Ex Herodoto autem expressus videtur Valckenaerio Livii locus XXIX, 25 „fertilissimus ager eoque ab-

undans omnium copia rerum est regio: et imbelles (quod plerumque in ubere agro evenit) barbari sunt.“ Ad ipsam sententiam, quam plerumque veram, in universum tamen fallacem esse ait Wesseling., conf. Heeren. Id. I, 1 p. 194. 395. Veram illam esse contenderat quoque Larcherus, recentioris historiae exemplis quibusdam adiectis. Quin celeberrimum Montesquieu in libro de legum causis (ita enim cum I. A. Ernesto reddere licet Latine libri titulum Esprit des Loix) idem observasse pluribusque exposuisse addit, quamquam, iudice Larchero, minus respexit ad Christianae religionis vim atque auctoritatem omnibus locis ac temporibus ita accommodatae, ut vix ea, quae olim fuerit, nunc quoque inveniatur aëris atque coeli vis.

τὰ πολέμια] Vid. nott. ad IV, 3. Verbum συγγνόντες valet: quum (veram scilicet Cyri sententiam esse) intellexissent.

συγγυόντες Πέρσαι οἴχοντο ἀποστάντες, ἔσσωθέντες
τῇ γνώμῃ πρὸς Κύρου· ἄρχειν τε εἶλοντο λυπρὴν
οἰκίοντες μᾶλλον, ἢ πεδιάδα σπείροντες ἄλλοισι
δουλεύειν.

ἄρχειν τε εἶλοντο λυπρὴν οἰκίοντες — δουλεύειν] i. e. imperare maluerunt tenuem incolentes terram, quam campestrē fertilemque colentes aliis servīre. Vocem λυπρὴν de solo gracili ac tenui Noster adhibuit, ut Homer. Od. XIII, 343 de Ithaca. — Post haec verba in nullo quantum scio Herodoti codice quidquam amplius legitur ipseque finis historiarum in quibusdam codicibus diserte indicatur: ut sane nulla sit causa, cur epilogum quendam interiisse existimemus praesertim cum Herodoti narratio eo, unde exorsa erat, hic quasi redire videatur, consilio totius operis expleto: quam in rem longior ad h. l. exstat annotatio Schoellii, vernaculi inter-

pretis: immo mihi dudum oborta est suspicio, ea ipsa, quae cap. 122 exstant, vel a Grammatico quodam Herodoteis ad-suta vel ab ipso Herodoto relicta esse imperfecta morte scilicet oppresso atque impedito, quo minus ultimam hisce admoveret manum. Commovet me ipsum argumentum, ipsa oratio, quae nescio quid habet insolentius ac durius, videntur sententiae grammatici seduli operâ aliorum scripta compilantis potius congestae quam ex Herodoti ingenio prolatae. Sed cum in hisce Herodoti libris haud pauca exstant menda, quae libros nobis servatos antiquitate praevertant, h. quoque loco certi quid constituere valde lubricum atque anceps.

ἩΡΟΔΟΤΟΥ ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἘΝΑΤΗ.

COMMENTATIO
DE
VITA ET SCRIPTIS HERODOTI.

Prooemium.

De Herodoti Vita et scriptis praeter *Bouhierum* (*Io. Bouhier. Recherches et Dissertations sur Herodote* Dijon 1746. 4) et *Petr. Wesselingium* in *Dissertatione Herodotea*, quae prodit Ultraiect. 1753, 8. potissimum consulantur:

Fabric. Bibliothec. Graec. Lib. II, cap. XX, V. II p. 327 ed. quart. — *Larcher.*: La Vie d'Herodote, in primo Tomo Gallic. versionis. — *Fr. Creuzer.*: Die historische Kunst der Griechen in ihrer Entstehung und Fortbildung. Leipzig. 1803. — *D. Schulz.*: Dissertat. De Herodoti Vita (in edit. Herodot.) — *F. C. Dahlmann.*: Herodot. Aus seinem Buche sein Leben. Altona. 1823. 8. (Etiam sub titulo: Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte II. Band. I. Abtheil.) — *C. G. L. Heyse.*: De Herodoti Vita et Itineribus. Dissertat. inaugural. etc. Berol. 1826. 8. — *H. Ferd. Jaeger.*: Disputationes Herodoteae duae etc. Gotting. 1828. 8. — *G. Bötticher.*: De θεῖω Herodoteo s. de Herodoti in componendis rerum monumentis pietate. Berolin. 1830. 4. — *K. Hoffmeister.*: Sittlich-religiöse Lebensansicht des Herodotus, Essen 1832. 8. (Etiam sub titulo: Beiträge zur wissenschaftlichen Kenntniss des Geistes der Alten, zweites Bändchen.) — *Albert. de Jongh.*: Disquisitio de Herodoti philosophia. Traiect. ad Rhen. 1833. 8. — *F. Hand* in *Encyclopaed. Erschii et Gruber.* Ser. II, Vol. VI p. 308 seqq.

Alia Herodotum illustrantia scripta aut suis quaeque locis indicavimus aut infra §. 18 huius Commentat. enumeravimus. Quae

vero in hac nostra Commentatione tractantur, indicabit hicce singull. capp. index:

- §. 1. De tempore et nomine Herodoti.
 - §. 2. De patria Herodoti, parentibus, cognatis.
 - §. 3. De educatione et institutione Herodoti eiusque com-
moratione in Sami insula.
 - §. 4. De recitatione operis Olympiae aliisque locis habita.
 - §. 5. De discessu Herodoti e Graecia in Italiam, Thu-
riorum in urbem.
 - §. 6. Quo usque Herodotus vixerit. De Herodoti ima-
ginibus.
 - §. 7. De itineribus Herodoti.
 - §. 8. De fontibus historiae Herodoteae. De Hecataeo
Milesio.
 - §. 9. Continuatur in eodem argumento. Quid sophistis
ac philosophis Herodotus debeat.
 - §. 10. Continuatur in eodem argumento. Artis criticae
initia apud Herodotum, qui verum dicere num
voluerit atque potuerit, quaeritur.
 - §. 11. De ambitu operis Herodotei.
 - §. 12. De Herodoti consilio in historia scribenda et Homeri
imitatione. Herodoti sententia de deo divinisque
rebus, de fato, de divina iustitia et providentia,
de oraculis et denique de rebus publicis.
 - §. 13. De inscriptione operis Herodotei.
 - §. 14. De Herodoti sermone et dialecto Ionica.
 - §. 15. De indole orationis Herodoteae eiusque virtutibus.
 - §. 16. De laudatoribus Herodoti, eiusdemque detrectato-
ribus. De glossis.
 - §. 17. De codicibus Herodoti.
 - §. 18. De editionibus Herodoti aliisque subsidiis.
-

§. 1.

Exordiamur locis classicis Suidae et Auli Gellii. Quorum ille sic habet (II p. 76 Kuster. s. T. I p. 1697 Gaisf.):

Ἡρόδοτος, Λύξου καὶ Λυνοῦς, Ἀλικαρνασσεύς, τῶν ἐπιφανῶν καὶ ἀδελφῶν ἐσχηκῶς Θεόδωρον, μετέστη δ' ἐν Σάμῳ διὰ Λύδαμιν, τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον γενόμενον Ἀλικαρνασσῶν. Πισινδηλὶς γὰρ ἦν υἱὸς Ἀρτεμισίας· τοῦ δὲ Πισινδηλίδος Λύδαμις. Ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον καὶ ἔγραψεν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ' ἀρχάμενος ἀπὸ Κύρου τοῦ Πέρσου καὶ Κανδαύλου τοῦ Λυδῶν βασιλέως· Ἐλθὼν δὲ εἰς Ἀλικαρνασσὸν καὶ τὸν τύραννον ἐξελάσας, ἐπειδὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονοῦμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐθελοντῆς ἦλθε· καὶ κεῖ τελευτήσας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τέθαιπται. Τινὲς δὲ ἐν Πέλλῃ αὐτὸν τελευτήσαι φασιν. Ἐπιγράφονται δὲ οἱ λόγοι αὐτοῦ Μοῦσαι.

Quae sequuntur reliqua, ad nostram rem minus spectant.

Alter locus Gellii est in Noctt. Att. XV, 23 sic scribentis :

„Hellenicus, Herodotus, Thucydides, historiae scriptores, in iisdem temporibus fere laude ingenti floruerunt et non nimis longe distantibus fuerunt aetatibus. Nam Hellenicus in initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur, Herodotus tres et quinquaginta, Thucydides quadraginta. Scriptum hoc in libro XI Pamphilae.“ *)

Unde consequens est, bellum Peloponnesiacum ortum cum sit Olymp. LXXXVII, 1 sive 431 a. Chr. n., Herodotum fuisse natum Olymp. LXXIV, 1 sive 484 a. Chr. n. sex igitur annis post pugnam Marathoniam et quatuor annis ante Xerxis expeditionem in Graeciam pugnamque Salaminiam; ita ut, qui puer bella Persica videre vix potuit, eos tamen, qui his bellis interfuerant, cognoscere potuerit; cuius rei indicium praebere videtur sermo cum Thersandro Orchome-

*) Quae mulier docta, Neronis aequalis, historiarum libros XXXIII scripsisse et Ctesiae Persica in epitomen redigisse fertur. Cf. Suidas T. III p. 14 Kust. Phot. Cod. CLXXV. Schöll. Hist. litt. Graec. II p. 380. Sed Pamphilae, ut monet Crenzerus, in nonnullis refragaturus erat Krüger. Vid. ad Clinton Fast. Hellen. I p. 23 coll. p. 29.

nio habitus IX, 16. Et congruunt cum hac temporum notatione testimonia Dionysii Halicarnassensis, qui in Iudic. de Thucydid. 5 p. 820 Reisk. sic scribit: ὁ δ' Ἀλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος γενόμενος ὀλίγω πρότερον τῶν Περσικῶν, παρεπτείνας δὲ μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν, et Diodori Siculi II, 32, ubi haec leguntur: Ἡρόδοτος κατὰ Ξέρξην γεγονὼς τοῖς χρόνοις. Itaque non audiendus est Eusebius, qui in Chronic. ad Olymp. LXXVIII (pag. 168) haec scripsit: Ἡρόδοτος Ἀλικαρνασσεὺς ἱστοριογράφος ἐγνωρίζετο, neque Tzetzes, qui Euripide minorem facit Herodotum. (Cf. Poppo Prolegg. ad Thucydid. I p. 321). Aliorum commenta lubens transeo.

Ipsuum nomen scriptoris omni dubitatione exemtum videtur, quippe quod in omnibus quantum scio libris scriptis pariter scriptum invenitur Ἡρόδοτος idemque etiam nomen aliis Graeciae viris tribuitur ac probatur alius cuiusdam *Herodoti* commemoratione VIII, 132, haud inconsulto, uti videtur, facta. Ab Ἡρας voce deductum nomen docet Etymologus Gudianus p. 248; *) ut sane *a Iunone datum* intelligas. Itaque non mirum crebrius hoc nomen reperiri per Graecorum scripta; in quibus amplius decem inveniuntur *Herodoti*: **)

1. *Herodotus*, Asopodori filius, quem Pindarus celebrat Isthm. I.
2. *Herodotus*, Democriti frater, teste Suidâ s. v. *Ἀημοκρ.* T. I p. 542 coll. Aelian. V. H. IV, 20 ibique Perizon. p. 288.
3. *Herodotus* philosophus, apud Diogen. Laert. X, 3 §. 4 coll. IX, 7 §. 34.
4. *Herodotus* Sexti Empirici magister, Ariei filius, de quo idem Suidas s. v. *Σέξτρος* T. III p. 299 seqq. Diogen. Laert. IX, 12, 7 (116). Sunt qui eundem esse putent atque *Herodotum* medicum, quem Galenus citat T. V p. 472 in Sext. Epidem. II, 42 coll. Method. Therap. 7 T. IV p. 109 et de bono et malo succo pag. 355, cui eidem vel Galeni quaedam scripta tribuunt. Et *Herodoti* medici, qui Hadriani tempore insigniter medicam artem exercuit, idem pluribus locis meminit Galenus T. II p. 50 coll. 13. 14. 32. 380. Hunc si quinto loco ponimus Herodotum,
6. erit *Herodotus* Olophyxo in Thracia oriundus; de quo Suidas s. v. *Ὀλόφυξις* (II p. 680) qui de Nymphis et sacrificiis scripsisse fertur.
7. *Herodotus* mimus Antiochi secundi aetate, de quo Athenaeus I, 34 p. 19 C. p. 72 Schweigh.

*) „τὰ γὰρ παρὰ τὴν Ἥραν ὀνόματα εἰς ὅς σὺνθετα διὰ τοῦ ὀ λέγειται, Ἡρόδοτος, Ἡροδικός.“

**) Vid. Fabric. Bibl. Graec. Vol. II p. 347 et Hand. in Ersch. et Gruber. Encyclop. Ser. II. Vol. VI p. 394 seq.

8. *Herodotus*, Menandri Protectoris frater, qui sub Mauritio imperatore historiam inde ab Agathiae morte conscripsit, teste Suidâ s. v. *Μένανδρ.* II p. 531 coll. Codin. De orig. Constant. (Corp. Byzant. T. XX p. 26) et Malel. Chronic. I p. 200. Wesseling. Diss. Herodot. p. 5.
9. *Herodotus*, qui Olympiae vicit teste Pausan. VI, 19.
10. *Herodotus* statuarius, Praxitelis ferme aequalis, Olyntho oriundus, apud Tatian. advers. Graec. LIII, 54.

Quibus *undecimo* loco is addi potest *Herodotus*, cuius VIII, 132 mentionem fieri diximus. Ac denique etiam addunt *Herodotum*, scriptionis De Vita Homerî auctorem, de quo conf. infra §. 16.

Herodotum quendam grammaticum mihi videor cognoscere eum, contra quem Manetho scripsisse fertur librum ab Etymolog. s. v. *Ἀεοντοζόμος* p. 570, 23 laudatum; nisi mendum hoc in loco subsit, praesertim cum haud raro *Herodoti* nomen cum aliis similibus a librariis confusum esse videamus. Conf. Wesseling. Dissert. Herod. III p. 20 seq. IV p. 27 seqq. Hand. l. l. p. 380.

§. 2.

Patriam *Herodotus* ipse in operis prooemio indicat *Halicarnasum*: ad quam urbem spectant hi quoque loci I, 144. II, 178. VII, 99 seq., atque Strabonis testimonium XIV p. 656 s. 970 A. Illustribus parentibus natum esse disertis verbis tradit Suidas supra laudatus. Nec sane credibile est, eum, quem tanta itinera fecisse accepimus, ignobili loco natum aut exiguis opibus fuisse instructum. Pater *Herodoti* vocatur *Lyxes* *) a Suidâ l. l., Luciano (De Dom. §. 20. T. VIII p. 107 ed. Bip.), et in epitaphio *Herodoti*, quod servavit Scholiasta Aristophan. ad Nub. 331 et Stephanus Byzantinus s. v. *Θούριος*. Unde Tetzem corrigendum esse patet, qui *Herodotum Oxylî* (τοῦ Ὀξύλου) reddit filium Chil. I, 19. Matrem Suidas l. l. vocat *Dryo*, quam quod alio loco (s. v. *Πανύσις* T. III p. 22) appellat *Rhoeo* (*Ροιώ*), id ex corruptela fluxisse videtur. Praeterea *Theodorum* fratrem assert Suidas l. l., cognatum *Panyasin*, epicum poetam celeberrimum: *Πανύσις Πολυάρχου, Ἀλικαρνασσεύς, τερατοσόπος καὶ ποιητῆς ἐπῶν, ὃς σβεσθεῖσαν τὴν ποιητικὴν ἐπανήγαγε. Δούρις δὲ Διοκλέους τε παῖδα ἀνέγραψε καὶ Σάμιον, ὁμοίως δὲ καὶ Ἡρόδοτος Θούριον. Ἰστώρηται δὲ Πανύσις Ἡροδότου τοῦ ἱστορικοῦ ἐξάδελφος. γέγονε γὰρ Πανύσις Πολυάρχου, ὃ δὲ Ἡρόδοτος Ἀύξου, τοῦ Πολυάρχου ἀδελφοῦ. τινὲς δὲ οὐ Ἀύξην, ἀλλὰ Ροιώ, τὴν μητέρα Ἡροδότου, Πανυάσιδος ἀδελφὴν ἰστώρησαν. Ὁ δὲ*

*) „An forte communi dialecto *Lyxas*? Conf. Gregor. Corinth. pag. 384 Schaeff. Maittaire pag. 133 Schaeff.“ *Creuzer*.

Πανύσις γέγονε κατὰ τὴν οἴ ὀλυμπιάδα· κατὰ δὲ τινὰς πολλῶν πρεσβύτερος· γέγονε γὰρ ἐπὶ τῶν Περσικῶν· ἀνηρέθη δὲ ὑπὸ Ἀλγδάμιδος τοῦ τρίτου τυραννήσαντος Ἀλικαρνασσοῦ. Qui vero Panyasis num patruelis aut amitinus fuerit Herodoti, ut Heyse (De Herodot. Vit. et Itin. p. 15) contendit, an avunculus, ut Naekio (ad Choeril. fragm. p. 18) placet, haud equidem dixerim. De Panyasi autem pluribus exposuit Heyse l. l. p. 13—19. Nullus praeterea Herodoti cognatus inemoratur. Qui enim VIII, 132 memoratur *Herodotus*, Basilidae filius, Chius, cognatus num fuerit, dubium; namque nominis similitudo scriptorem movere potuit, ut huius potissimum mentionem faceret.

§. 3.

De educatione et institutione Herodoti nihil traditum accepimus. Homeri carminibus eximiam illum dedisse operam vel inde colligi posse putat Iaegeer. Disputt. Herod. p. 5 quod tot Homeri sententiae in Herodoti Musis expressae occurrant, addo tot verba, tot locutiones inde depromptae, quin omnis orationis forma et indoles ad poeticum s. epicum sermonem adscendens ipsumque argumentum ad epici carminis rationem distributum et conformatum. Vid. infra §. 12. Ac praeterea adolescens lectitasse videtur Hecataei Milesii libros, per Ioniam Graeciamque tunc temporis valde propagatos et celebratos; *) unde iuvenilem scriptoris animum ad similia tentanda incensum fuisse haud improbabili eiusdem Iaegeeri est coniectura l. l. p. 6. Logographorum scripta Herodotum novisse cum Creuzero **) statuas licet; et potuit sane Panyasis, vir aetate provecior idemque et eruditissimus et celebratissimus, iuvenis animum ad literas tractandas erigere et ad altiora studia promovere. Hoc modo maturius in adolescentis animo illud consilium historiae scribundae orbisque terrarum in hunc finem peragrandi oriri potuit, quod postea tot annorum decursu tam eximie illum exsecutum esse videmus.

Halicarnasso Samum migrasse Herodotum ob Lygdamidis tyrannidem inque Samo Ionicam dialectum ***) edoctum historias conscripsisse indeque Halicarnassi in urbem regressum, quum tyranno eiecto a civibus invidiâ pressum se videret, Thuriis hinc discessisse †)

*) Conf. Creuzer. in historic. antiquiss. fragm. p. 16.

**) ibid. p. 95 seq.

***) Vid. infra §. 14.

†) Hinc Wesseling. in Praefat. p. 3, quem sequitur Larcherus, statuit a Samo profectum Herodotum itinera suscepisse; e quibus reversum cives suos ad patriam Halicarnassi liberandam adiuvisse. Res incerta ac dubia.

Suidas refert l. supra l. vera, ut videtur, falsis commiscens, nulla etiam addita temporum annique, quo singula haec acciderint, notatione. Quod vero idem Suidas *) de commercio Herodoti cum Choerilo poetâ tradit, temporum rationes ita repugnant, ut cum Choerilum octo certe aut decem, adeoque pluribus annis Herodoto maiorem fuisse constet, minime discipulus Herodoti eiusque auditor et amasius haberi possit. Vid. Naeke ad Choerili fragm. p. 19. 20. Commigratio Herodoti sive expulsio ex Halicarnassi urbe ob Lygdamidem tyrannum Iaegeo l. l. p. 7 opportune videtur cohaerere cum Panyasidis cognati calamitate, si quidem hic a Lygdamide tyranno interfectus est teste Suidâ l. supra l. Et habet sane hoc quandam veri speciem. Quod vero idem Iaege. l. l. p. 20. 21 contendit Herodotum perfectis longis itineribus in Samum, ubi iam antea, Halicarnasso ob Lygdamidis tyrannidem relicta, domicilium fixerat, reversum historiae scribundae operam ibi dedisse, occupatum in consignandis et digerendis iis, quae in itineribus sibi antea collegisset, praesertim Aegypti in rebus, qua in terra non longe ante fuerit commemoratus; obstare videtur temporum ratio, quae in aliam nos deduxit sententiam. Vid. infra §. 7.

§. 4.

Cursum vitae Herodoteae persequentibus magna obiicitur difficultas ex illa, quam Olympiae habuisse fertur, operis recitatione; cuius primarium habemus testem Lucianum, loco maxime memorabili, quem integrum huc adscribere iuvat (Herod. s. Aet. §. 1. 2. Tom. IV p. 116 seqq. ed. Bipont.):

Πλεύσας γὰρ (sc. Herodotus) οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας εὐθὺς τῆς Ἑλλάδος, ἐσκοπεῖτο πρὸς ἑαυτὸν, ὅπως ἂν τάχιστα καὶ ἀπραγμονέστατα ἐπίσημος καὶ περιβόητος γένοιτο καὶ αὐτὸς καὶ τὰ συγγραμμάτια· τὸ μὲν οὖν περινοστοῦντα νῦν μὲν Ἀθηναίοις, νῦν δὲ Κορινθίοις ἀναγιγνώσκειν ἢ Ἀργείοις ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει, ἐργῶδες καὶ μακρὸν ἠγείτο εἶναι καὶ τριβὴν οὐ μικρὰν ἐν τοιοῦτῳ ἔσεσθαι· οὐκοῦν ἠξίου διασπᾶν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν, οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρων καὶ συλλέγων τὴν γραῶν ἐπιβούλευς δὲ, εἰ δυνατὸν εἴη, ἀθρόους που λαβεῖν τοὺς Ἑλληνας ἅπαντας· ἐνίσταται οὖν Ὀλύμπια τὰ μεγάλα καὶ ὁ Πηρόδοτος τοῦτ' ἐκείνο ἡμῖν οἱ νομίσας τὸν καιρὸν, οὐ μάλιστα ἐγλίχτο, πλήθουσεν τηρήσας τὴν πανίγυρον, ἀπανταχόθεν ἴδη τῶν ἀρίστων συνειλεγμένων, παρελθὼν ἐς τὸν ὀπισθόδομον οὐ

*) s. v. T. III p. 695: φυγεῖν (sc. Choerilum) τε ἐκ Σίμωνος καὶ Ἡεροδότου τῷ ἱστορικῷ παρεδρεύσαντα, λόγων ἐρασθῆναι· οὕτως αὐτὸν καὶ παιδικὰ γεγονέναι φασίν.

θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρῆγεν ἑαυτὸν, ἄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὕσας. Ἦδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ἤδεσαν πολὺ μᾶλλον ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς· καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἀνήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος, οἱ μὲν αὐτοὶ ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ δὲ τῶν ἐκ τῆς πανηγύρεως ἠκόντων πυνθανόμενοι· καὶ εἶπου γε φανείη μόνου, ἐδείκνυτο ἂν τῷ δακτύλῳ· οὗτος ἐκεῖνος Ἡρόδοτός ἐστιν, ὁ τὰς μάχας Περσικὰς Ἰαστὶ συγγεγραφῶς, ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας. τοιαυτὸν ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τῶν ἱστοριῶν, ἐν μιᾷ συνόδῳ πάνδημόν τινα κοινήν ψῆφον τῆς Ἑλλάδος λαβῶν καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ὑφ' ἐνόδου, μὰ Δία, κήρυκος, ἀλλ' ἐν ἀπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκατος ἦν τῶν πανηγυριστῶν.

Addunt, huic recitationi Thucydidem puerum adfuisse eundemque ita commotum fuisse, ut lacrymas effuderit et historiae conscribundae consilium inde ceperit. Auctor est Suidas s. v. *Θουκυδίδης* T. II p. 199 A. et s. v. *ὄργᾶν* T. II p. 707. Marcellinus in Vita Thucydidi. §. 54: λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὡς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου παρῶν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης καὶ ἀκούσας ἐδάκρυσεν· ἔπειτα φασὶ τὸν Ἡρόδοτον τοῦτο θεασάμενον εἰπεῖν αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα τὸν Ὀλορον· ὦ Ὀλορε, ὄργᾶ ἢ φύσις τοῦ υἱοῦ σου πρὸς μαθήματα. Nec aliter fere Photius in Cod. LX fin. (p. 19 Bekk.) coll. Tzet. I. supra I. Neque tamen ab his scriptoribus indicatur tempus recitationis; quam post itinera maximam certe partem confecta iustamque operis materiem inde collectam locum habuisse ponimus, ante Olymp. LXXXIV, 1 s. 444 a. Chr. n., quo scilicet anno Thurios cessisse fertur Herodotus; nisi eum Thuriis postea iterum occasione oblata in Graeciam revertisse ibique recitasse statuas: qua de re infra dicemus; quamquam illud haud congruere videtur, quod recitationis tempore Thucydides puer fuisse narratur; ut sane malim cum Heysio l. I. recitationis tempus referre ad Olymp. LXXXI s. 456 a. Chr. n.; quo quidem anno Thucydides annum agebat decimum quintum, Herodotus duodetricesimum aut, si Krügerum sequaris, in libro de vita Thucydidi p. 32, Thucydides annum decimum aut duodecimum: quo posito omnes difficultates e temporum ratione ortas tolli posse idem Krügerus arbitratur. Et vid. quoque Voemel. in programm. Quo anno Thurii sint conditi p. 9. Obiiciuntur his bina; alterum Plinii testimonium, H. N. XII, 4 s. 8, qui urbis Romae anno trecentesimo decimo Herodotum historiam suam Thuriis in Italia condidisse scribit, anno igitur 444 a. Chr. n. sive Olymp. LXXXIV, 1 quo ipso anno illum Thurios migrasse supra vidimus; alterum illud est, quod in Herodoti opere adhuc superstite plura inveniuntur tradita, quae post illam recitationem, si quidem ea reverà illo, quo posuimus, anno habita est, acciderunt. Sic pugna Atheniensium cum

Edonis de fodinis aureis, quae memoratur IX, 75 incidit in annum 453 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXI, 2. De Sitalce sermo est IV, 80: id quod probabiliter incidit in ann. 431 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXVII, 1; de Thebanorum expeditione in Plataeas, quae accidit anno 431 a. Chr. n., VII, 233 (T. III p. 788), de Spartanorum legatis, quos Athenienses intercepere anno 430 a. Chr. n. Quae narrantur VI, 98, ea certe cadunt post annum 425 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXVIII, 4; eoque etiam pertinent, quae IX, 73 de Decelea, III, 15 de Amyrtaeo et I, 130 de Medis, qui a Dario Notho defecerunt anno 408 a. Chr. s. Olymp. XCIII, 1. Plura Dahlmann. in libro, qui Herodotus inscribitur pag. 38—47 coll. Heyse l. l. p. 69, 74 seq.

Neque vero his eam, quam de recitationis tempore posui, sententiam convelli posse putem. Quod enim ad Plinium attinet Thuriis Herodotum opus suum *condidisse* (i. e. *composuisse, scripsisse* *) dicentem, et ipse statuo Thuriis **) Herodotum opus dudum incoeptum et inchoatum denuo retractasse et in eam, quam adhuc habemus, redegisse formam, ne dicam absolvisse, si quidem vel sic imperfectum mansit illud, ***) neque in fine, neque in aliis partibus plane absolutum †), quum senem in elaborando, perficiendo, limando occupatum praematura mors oppressisse videatur, adeo ut vel fine careret liber, quem ulterius e scriptoris consilio spectasse haud male coniecit Dahlmann. l. l. p. 137. 217, qui idem recte statuit pag. 48 seq. senem fuisse Herodotum, quum Thuriis opus suum conderet. Nec male Jaeger. l. l. p. 16: „Libri scriptionem in ultimam vitae Herodoti partem incidere, clamat denique totus operis color, senilis ingenii indolem redolens. Iudicandi disserendique ratio, per totum librum obvia, ut de vitae humanae conditione rerumque humanarum cursu, hominis est multas experti variasque res.“ In Gaecia magna Herodotum historias suas absolvisse probant etiam, quae ad IV,

*) Cf. Heyse l. l. p. 71.

**) Sic uti hoc utar, in Italia literis mandata esse apparet, quae leguntur IV, 46 coll. 15 not. IV, 99. V, 44 nott. Conf. Krüger. De Vit. Thucyd. p. 25.

***) Vid. nott. ad I, 206. VII, 213 coll. VIII, 104. 132. IX, 122. Conf. Dahlmann. p. 48. 217. Jaeger. l. l. p. 13.

†) Hinc sponte concidunt, quae olim tradebant de Herodoto, qui praeter libros Musarum titulis insignitos hodieque superstites alios quoque rerum *Assyriacarum* aut *Libycarum* (conf. II, 161 ibique nott.) libros conscripserit; qua de re olim tractarat Wesseling. in Dissert. Herod. I et II. Accedit, quod Herodoti nomen a librariis haud raro cum Herodori, aliorum nominibus similibus prave confundebatur (cf. §. 1) nec raro inde Herodoti sub nomine afferebantur sententiae, voces in Herodoti Musis minime obviae, quas ex aliis Herodoti scriptis depromptas esse opinabantur. Sed meliora iam docuit idem Wesseling. Diss. Herod. III.

95 coll. 99 et IX, 73 notavi. Ac Thuriis historiis suis addidisse atque inseruisse videtur ut multa alia *), ita potissimum ea, quae in hisce Musarum libris obvia ad seriores aetates pertinent **). Sed haec nihil obstant, quo minus quae iam antea in itineribus longinquis de Asia, de Persarum, Graecorum, aliorum rebus sibi collecta et parata habuerit ***)) pater historiae, Olympiae praelegerit speciminis causa, antequam Thuriis discessisset, Graecorum in notitiam quo veniret. Nam multum abest, ut opus, quale nunc exstat, illa solemni occasione, ab Herodoto totum recitatum fuisse putemus; partem operis Ille qualemcumque, sive *λόγον*, ut dicere solet, †) praelegit, Graecis monstraturus, quid de se ipso deque opere suo expectandum esset, partem dico vel rerum Asiaticarum, ut Heysio placeat l. l. p. 41, cui haud scio an recte in eo obloquatur Jaegerus l. l. p. 9, vel rerum Graecarum. Nam, quod recte contendit Krüger. l. l. p. 31, valde fit probabile, Herodotum iam Olymp. LXXXIII, 3 et LXXXIV, 1 tantum habuisse elaboratum, quantum ad praelectionem habendam sufficeret; nec prorsus inde reiiciendum Suidae testimonium, *Sami* historias suas Herodotum conscripsisse: modo ne totum quale nunc manibus terimus opus ibi elaboratum fuisse existimes; quamquam longius Nostrum hac in insula commoratum fuisse valde fit probabile. Vid. nott. ad III, 60. Hinc igitur, itineribus per Asiam, Africam, alias orbis terrarum partes factis, in Graeciam profectus, recitare Herodotus potuit Olympiae: quo loco istiusmodi recitationes fuisse habitas vel ea, quae Dablm. l. l. p. 19 attulit, satis probant; affirmant recitationes, quas Herodotum Athenis, Corinthi et fortasse etiam Thebis habuisse tradunt. ††) Sed id hac in tota quaestione potissimum teneri velim, non totum, quale nunc exstat, opus ab Herodoto praelectum fuisse, sed partes tantum operis quasdam ante elaboratas; ut adeo totum opus recitatum si pronun-

*) Vid. verbi causa V, 27 ibique nott. coll. VII, 139. T. III p. 826.

**)) In Bibl. Coislinaiana cod. CLXXVII leges in Graecorum fuisse proverbio: *εἰς τὴν Ἡροδότου σκίαν, ἐπὶ τῶν μὴ τελεσιουργούντων ἂ προεἴλοντο*; nam Herodotus legere libros suos volens in Olympiis sole nimium splendente propositum ex penuria umbrae non exsecutus dicitur. Nostra hic non interest an revera partes publici lectoris susceperit nec ne, satis est, e proverbio patere aut totam aut maiorem certe historiarum partem ab Herodoto in Graecia iam absolutam fuisse, licet altera parte postea temporis ad finem perducta; sed quinam libri Thuriis seu scripti fuerint seu correcti et emendati, neminem facile definiturum puto. L. Lehnert. De foedere Ionico Disquiss. (Berolin. 1830) p. 55.

***)) Conf. Krüger. l. l. p. 31.

†) Vid. infra §. 13.

††) Vid. Krüger. l. l. p. 23. 24.

tat Lucianus l. supra l., rem pro more exornasse et ampliasset putandus sit; ex quo tamen minime id sequitur, omnem recitationis narrationem continuo pro falsa et ficticia esse habendam. *)

Quae quum ita sint, iis haudquaquam assentiri possum, qui illam narrationem de recitatione et de Thucydide puero praesente aeque relici et pro fictâ haberi velint. De Thucydide primus dubitabat Heilmann. in Vit. Thucydidis, quam interpretationi vernaculae praefixit; itemque Poppo in Prolegg. ad Thucyd. I p. 335 s. p. 30 ed. Gervin. Nam ingenio Thucydidis, qui vulgi iudicii contemptorem se sistat nec ullam prodat Herodoteae historiae admirationem, haec repugnare autumant. Quos tamen cum satis refutavit Heyse l. I. p. 28 seq., equidem nihil amplius addere habeo. Nec melius, opinor, res successit Dahlmanno **), qui in libro supra laudato copiosa disputatione id efficere studuit, ut hanc traditionem de Herodoto opus suum praelegente omnem a Luciano, scriptore mendaci nec ulla fide digno, conflictam esse putemus. Ac vel eo usque progreditur vir doctissimus, ut Graecos talis operis recitationem audire potuisse neget, quin taedium inde ceperint virique iuvenis reprehensionem Graecas res elevantis aegre tulerint! quum neminem sane fugiat, Herodoti historias non ad elevandam sed ad illustrandam Graeci nominis gloriam in rebus Persicis maxime conspicuam esse conscriptas. Nec firmiora esse quae alia attulit idem Dahlmannus argumenta, ostendit Heyse copiosa et accurata disputatione pag. 30—49, quam hic repetere non vacat. Ubi merito vir doctus Luciani suscepit patrocinium p. 38, quem eundem scriptorem hac in causa studiose tuentur Iacob in libro de scriptis et indole Luciani p. 134 seq. coll. C. Hermann. ad Lucian.: Quo modo histor. scr. p. 257 et potissimum Krüger, in Annal. Berolinens. 1828 nr. 29 et in libro de Thucydidis Vit. pag. 12—21, qui etiam reliqua Dahlmanni fregit argumenta. Quin in ipsis Herodoti verbis III, 80 et VI, 43 Krüger. l. I. p. 23 vestigium cognosci posse putat, ex quo Herodotum ante opus finitum atque emissum singulas quasdam historiarum partes publice praelegisse suspiceris. Quod uti fieri potuisse minime nego, ex his tamen locis vix certo colligi posse iam dixi in not. T. III p. 281.

Huic vero recitationi Olympiae habitae alteram iungamus teste Plutarcho De malignit. Herod. cap. 26 p. 862 B. ***) atque Euse-

*) Vid. Heyse l. I. p. 27. Krüger l. I. p. 30.

**) pag. 12 seq. Dahlmanno, alios ut taceam, nuper accessit Jaeger. l. I. pag. 8—19 et vir doctus in Ephemeridd. Jenens. 1828 nr. 187 pag. 51 seq.

***) Locum ipsum paulo obscuriorem adscribam integrum: ἀλλὰ τοῦτο γὰρ (in proxime antecedentibus Herodotum ait Atheniensibus, quum omnium Graecorum res scribere professus sit, insigni modo prae ceteris studuisse)

bio in Chronicc. p. 169 sub Olymp. LXXXIII. 4. *) *Athenis habitam et quidem, si vere prodit Eusebius, anno a. Chr. n. 445 s. Olymp. LXXXIII, 4, aut, quae Scaligeri (ad Euseb. l. l.) est opinio Herodotum magnorum Panathenaeorum solemnibus recitasse suspicantis, anno Olymp. LXXXIII, 3 s. 446 a. Chr. n., quamquam iudice Heyse p. 54 nihil certe obstat, quo minus recitationem Panathenaeorum minorum festo quotannis celebrari solito habitam esse existimemus: utroque enim in festo poetica et musica certamina locum habuisse constat. Vid. Heyse l. l. Quâ in recitatione Attica non aliter atque in Olympiaca eam operis partem, quam elaboratam atque paratam habuit scriptor, praelectam fuisse; utique videtur consentaneum: quae tamen fuerit ista pars, non magis habeo certo dicere quam Heyse, qui recte, opinor, sic statuit: „vel maxime consentaneum videtur, eam potissimum partem hac occasione in lucem esse „protractam, quae Graeciae et ante omnes Atheniensium fortiter et gloriose facta enarrabat: Persica dico bella. Quorum enarrationem „si audivisse statueris Athenienses, facile intelliges, cur non satis sibi „habuerint laudibus et plausu prosecutos esse auctorem, sed insuper „praemio eum donaverint. Praemium enim retulisse Herodotum „neque per se improbabile est, neque magnum virum dedecet, modo „ne corruptum sed ornatum hoc pretio eum putes.“ **) Et hinc fortasse originem ista cepit fama, quâ in historia Atheniensibus nimis favisse, Spartanis infensum fuisse Herodotum clamabant, partium scil. studio abductum. Quae quam inanis sit criminatio atque inutilis, satis docebunt ad VI, 108. VII, 102. VIII, 2. 139. IX, 21 notata. Quae vero Dio Chrysostomus tradit in Orat. XXXVII T. II p. 103, tractata a nobis in nott. ad VIII, 94, ea, si quid veri subest, id unum, opinor, docent, Herodotum eodem modo, quo Olympiiae atque Athenis, *Corinthi* quoque historiarum partem, quo Graecis innotesceret opus suum, praelegisse. Conf. Heyse l. l. pag. 58 seq. Quin *Thebis* quoque Nostrum recitasse suspicaris e Plutarchi loco De Herod. malignit. cap. 31, nisi haec tota narratio a posterioris aetatis*

βοηθεῖ τῷ Ἡροδότῳ πρὸς ἐκείνην τὴν διαβολὴν, ἣν ἔχει κολακείας τοὺς Ἀθηναίους, ἀγύριον πολὺ λαβεῖν παρ' αὐτῶν· εἰ γὰρ ἀνέγνω ταῦτ' Ἀθηναίους, οὐκ ἂν εἶασαν οὐδὲ περιεῖδον, ἐνάτη τὸν Φιλιππίδην παρακαλοῦντα Λακεδαιμονίους ἐπὶ τὴν μάχην ἐν τῆς μάχης γεγεννημένον καὶ ταῦτα, δευτεροῖον εἰς Σπάρτην ἐξ Ἀθηνῶν (ὡς αὐτὸς φησιν) ἀπιγμένον· εἰ μὴ μετὰ τὸ νικῆσαι τοὺς πολεμίους Ἀθηναῖοι μετεπέμποντο τοὺς συμμάχους· ὅτι μὲντοι δέκα τέλειαντα δωρεὰν ἔλαβεν ἐξ Ἀθηνῶν, Ἀνύτου τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἀνήρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ Δίνλλος εἶρηκεν.

*) Ubi haec legimus: Ἡρόδοτος ἐτιμήθη παρὰ τῶν Ἀθηναίων βουλήσ ἐπαταγνοὺς αὐτοῖς τὰς βίβλους.

**) Vid. l. l. p. 56.

grammatico malevolo ficta est, quam usquequaque veram esse vix mihi persuadere possum. Conf. Heyse p. 60 seq.

§. 5.

Si igitur anno 456 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXI, 1 Olympiae et anno 446 s. 445 (Olymp. LXXXIII, 3 s. 4) Athenis recitavit Herodotus, illum hoc tempore in Graecia ipsa commoratum fuisse oportet, reversum ex itineribus longinquis. Neque vero uno Athenarum loco illum commoratum esse credibile fit, sed reliquas etiam Graeciae partes peragrasse videtur historiae perficiundae causa, usque ad annum 444 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIV, 1: quo ipso anno*) coloniae Athenis Thurios deductae Herodotum se addidisse Suidas refert; quocum faciunt hac in re Strabo XIV p. 656 s. 970 A. Plutarch. De exsil. ep. 13 coll. Herodoti epitaphio apud schol. ad Aristophan. Nubb. 331. Quae causae Nostrum impulerint, ut Graeciâ relicta in Italiam discederet, nemo facile dixerit; in tumuli inscriptione hoc nescio unde traditum legimus:

*Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο, τῶν ἄρ' ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκπροφνηγῶν Θούριον ἔσχε πάτρην **)*

quamquam accuratiora desunt. Minus vero ad temporum rationes recte constituendas hoc congruenter videtur, quod Sophocles, quinquaginta annos natus, anno igitur 455 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXV, 1 (si quidem natus est hic poeta Olymp. LXXXI, 2 s. 495 a. Chr. n. ***) carmen Herodoto composuisse fertur, †) teste Plutarcho An seni ger. resp. cap. 3; quod si verum est, illud quoque verum esse debet,

*) Malim sequi hanc rationem, Plinii (H. N. XII, 4, 8) auctoritate munitam, quam alteram, quae Thurios auctore Diodoro (XII, 10) conditos ponit anno 446 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIII, 3. Vid. Heys. l. l. p. 64. 65 et, qui rem confecit, Voemelius in programme supra laud. pag. 5. 6. De ipsis Thuriis conditis enarrat Diodor. XII, 9 seqq. coll. Strabo VI p. 263 s. 404 B. Schol. ad Aristoph. Nubb. 331.

**) Vid. Schol. ad Aristoph. Nubb. 331, ibique cf. Hermann. p. 265 ed. sec. Steph. Byz. s. v. Θούριος p. 311.

***) Sic certe vulgo ponunt, probante Lessingio, Boeckhio, aliis. Cf. Heyse l. l. p. 67. At nuper contendit C. G. Lange in Commentat. de Sophocl. Vit. cap. 3 pag. 10 — 14. Sophocl. Olymp. LXX, 4 natum esse.

†) Boeckh. in Commentt. societ. reg. Berolin. 1824 p. 59 seq. coll. Jaeger. l. l. p. 22 seq. hoc refert ad ann. Olymp. LXXXIV, 4 s. 441 a. Chr. n.; quo scilicet anno Sophocles, dux contra Samios ab Atheniensibus constitutus cum Herodoto Sami vivente et historias scribente familiaritatem contraxerit, ita ut hoc eodem anno Herodotum cum Sophocle una Athenas adiisse putemus, longioris obsidionis, quae insecuta est, molestias evitaturum. At, si quid video, longe antea Athenas iam Noster inviserat.

tempore hoc Herodotum Athenis fuisse, unde quatuor ante annis (444 a. Chr. n.) Thurios illum discessisse colonum modo posuimus! Sed haec quaestio coniuncta est cum altera de Sophocle Herodotei operis haud paucas sententias, dictiones, locutiones in suas transferebat fabulas et Herodoteum dicendi genus imitante. De quo vide modo nott. ad I, 1. III, 119. Excurs. T. II p. 656 seq., quibus add. allata in libro, qui inscribitur, *Zeitung f. d. elegant. Welt* 1832 nr. 104 p. 825. Qui enim maxime huc spectat Antigoniae locus 905, quem ex Herodoteo loco III, 119 ductum volunt, is scriptus utique esse debet post hanc Herodotei libri partem publice emissam aut alio quo modo aequalibus cognitam. Acta enim est Antigonia anno 441 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXIV, 4 tribus igitur post Herodoti discessum annis. Sed gravior in hac quaestione obiicitur alter Herodoti locus V, 77, unde historiae patrem certe post annum 437 a. Chr. n. s. Olymp. LXXXV, 4. Athenis fuisse colligas. Quae cum ita sint et Heyse l. I. p. 68 et Jaeger. p. 27 Herodotum primis colonis, qui Thurios anno 444 a. Chr. n. discesserunt, accenseri posse negantes, aliquot post annis in coloniam iam conditam illum se recepisse ponunt: ut iam non quadragenarius sed quinquagenarius ferme illuc abiisse putandus sit. Sed, alia ut taceam, diserta Plinii et Strabeni testimonia supra allata prorsus refragantur, bene monente quoque Voemelio l. I. p. 7. 8. Itaque malim statuere cum C. Hermanno meo,*) Herodotum, qui anno 444 a. Chr. n. Thurios utique cesserat colonus, postea iterum in Graeciam reversus esse eaque occasione Athenas vississe: quod idem Lysiam fecisset, quod primus. Quin posteaquam Thuri ab Atheniensibus descivissent anno 412 a. Chr. n. s. Olymp. XCII, 1 et Lysias alique Athenienses solo cedere coacti essent, haud credibile est, Thuriis remansisse Herodotum; quem si Athenas regressum ponimus, licebit quoque cum Hermanno recitationem Atticam in hoc tempus, ubi historiarum opus maximam certe partem absolutum fuit, detrudere. Et tum quoque de Decelea quae narrantur IX, 73 oculis potius quam auribus a sene percipi potuerunt.**) Itaque verissimum duco, quod Hermannus posuit T. II p. 661, hic quoque repetenda: „illud constare arbitror, eas operis partes, quae Graeciae res Atheniensiumque laudes continent, serius quam vulgo credatur, et compositas ab illo et recitatas Athenis esse; priores libros, quibus itinerum suorum memoriam exterarumque nationum mores atque res gestas consignavit, minime repugnabo, si quis, collectis omnibus, quae veri similia esse supra indicavi, iam ante Thuriarum

*) Vid. supra T. II p. 658.

**) Amphipolin, quae anno 437 a. Chr. condita est, Noster ignorasse videtur; nulla quippe notitia huius coloniae ad Herodotum in Italia commorantem devenisse videtur. Cf. VII, 114.

coloniam deductam et scriptos et per recitationes Graecis innotuisse censuerit, modo ne eandem, quâ nunc leguntur, formam iam tum habuisse contendat. Neque Olympiae recitasse negem eum, quem et Corinthiis et Thebanis historias suas venditasse legamus; quod tamen si iam Olymp. LXXXI factum est, parvam tantum totius operis partem comprehendere potuisse recte Heysius intellexit, cui quae Laegerus nuper opposuit (p. 12): non nisi reliquis itineribus confectis magnâque rerum copiâ collectâ totam operis rationem, unde singula pendeant, Herodoti animo designari potuisse; quum ad formam tantum operis spectent, rerum ipsarum recitationem non convellunt.*

§. 6.

Quae praeterea Herodoto acciderint et qualis fuerit vitae cursus, ex quo Thurios cesserat, plane ignoramus, cum nihil quidquam de his alibi traditum exstet et pauca tantum ex ipsius Herodoti scriptis coniecturâ potius assequi liceat. Qui quum occasione oblata nonnulla tradat, quae ad seriora pertineant tempora, inde consequitur, eo usque illum extendisse vitam. Itaque duo potissimum sunt loci, quibus probari posse putant Herodotum usque ad annum 408 a. Chr. n. s. Olymp. XCIII, 1 vitam perduxisse: III, 15 et I, 130: quos una cum aliis iam supra §. 4 attigimus. Neque vero praetermittendum, alterum locum I, 130 Krügero, ut iam in annotatione ad h. l. Tom. I p. 306 indicavi (ubi adde sis ab eodem Krügero disputata in libro de vita Thucydidis p. 26 seq. 29 seq.), posteriori aetate insertum videri, nisi ad priora Darii Hystaspis tempora referatur: de quo equidem valde dubito. Quin alterum quoque locum III, 15 (ad quem cf. nott. T. II p. 28. 29) huc afferri posse idem negat, quum qui ibi dicatur Amyrtaeus; diversus ille quidem ab Eusebiano Amyrtaeo, idem sit, qui quinquaginta ante annis cum Inaro Aegyptiis rebellibus praefuerit. Utut statuis, belli Peloponnesiaci mala et calamitates Herodotum vidisse probant VI, 98 coll. VII, 137 ibiq. nott. nec quidquam sane obstat, quominus ad finem huiusce belli usque Herodotum vixisse credamus; qui quo anno obierit, nusquam traditur; nec magis traditum invenias, quid per illud temporis spatium, ex quo Thurios discessit, usque ad obitum gesserit; expletum certe credas licet tum historiarum opere in ordinem redigendo, perficiendo, limando, tum itineribus per Graeciam magnam Siciliamque, quin ipsam per Graeciam (si recte supra statuimus) factis. Nec desunt sane loci, quos in Italia conscriptos esse dubium vix est: IV, 46 coll. 15. IV, 99. V, 44 ibique not. Et longius Nostrum Thuriis commoratum esse vel inde quis colligat, quod a quibusdam serioris aetatis scriptoribus*)

*) Sic Strabo XIV, 2 p. 656 s. 970 A. *Ἡρόδοτος ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν.* Add. Iuliani Epist. 22 init. Avien. or. marit. 49. Plutarch.

Thurius vocatur, ac si natalis hic esset locus vereque patrius; indeque etiam haud scio an explicandum sit, quod belli Peloponnesiaci, quod illa aetate quam maxime saeviit tantamque Graeciae rebus conversionem attulit, rarior in Mysis Herodoteis mentio fiat. *Thurius* mortuum inque foro sepultum esse Herodotum tradit Suidas loco supra allato: tumuli inscriptionem hancce offerunt Stephanus Byzant. s. v. *Θούριος* et Aristophanis Scholiasta ad Nubb. 331 (coll. Brunck. Analectt. Vol. III p. 263 epigr. 533):

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἦδε θανάοντα,
 Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρῶτανιν.
 Δωριέων πάτρης βλαστὸντ' ἄπο, τῶν ἄρ' ἄπλητον
 Μῶμον ὑπεκπροφυγῶν Θούριον ἔσχε πάτρην.

Quod Marcellinus in Vit. Thucydid. §. 18 *) Athenis Herodoti memorat sepulcrum, id si verum est, neque *Herodoti* nomen, uti contendit Viscontius, male huc irrepsit, cum Fabricio, Wesselingio, Larchero, Heysio, qui ipse accuratius in haec inquisivit p. 80. 81, intelligendum de cenotaphio, quod viro de omni Graecia ac sigillatim de Atheniensibus, quos tantis laudibus exornaverit, meritissimo Athenienses publice posuerint. Quod vero Pellae in Macedonia Herodotum obiisse alii perhibebant, teste Suidà l. l., id, nisi prorsus confictum esse putemus, non nisi hac ratione probabile reddi poterit, ut Herodotum cogitemus ad Archelaum, Macedoniae regem, quem doctos homines Athenis ad se invitasse novimus, tunc temporis profectum, fatis subito abreptum fuisse. Conf. C. Hermann. Tom. II pag. 661.

Uxoris, liberorumque aequae ac cognatorum Herodoti (si ab uno Panyasi discedas) nulla reperitur mentio. Tradit quidem Ptolemaeus Hephaestio, Herodotum secum habuisse amasium quendam Plesirrhoom, Thessalum genere eundemque opum haeredem, a quo etiam historiae editae fuerint, reliquisse; sed firmo argumento haec carere videntur. Vid. nott. T. I p. 4.

De Herodoti imaginibus post ea, quae Creuzerus dixit, initio huius operis p. 1 T. I plura afferre non habeo. Quae enim apud Gronovium exstant in Antiqq. Graecc. II tab. LXXI coll. Mus. Capitol. I tab. LXVII et Winckelmann. Hist. Art. IV [(Opp. T. VI, 1 p. 30 et 2 p. 44), iis meliora edocuit Viscontius a Creuzero allatus l. l. Qui

De malign. Herod. 35 init. De exsilio cap. 13 fin. Plura Wesseling. Diss. Herod. p. 9. Heysse l. l. p. 70 seqq. Hand. l. l. p. 334.

*) Locus sic se habet: πρὸς γὰρ ταῖς Μελίταις πόλεις καλουμέναις ἔστιν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἐνθα δεικνύνται Ἡρόδοτος καὶ Θουκυδίδου τάφος; ubi Viscontius (Iconograph. Grecq. I p. 315) mendum suspicans vocem Ἡροδότου e textu tolli vult.

idem Creuzerus nunc haec adiecit: „Est etiam protome marmorea in museo Comitum de Erlach, quam Herodoti esse dicunt, nec Viscontio neque cuiquam, quod sciam, memorata; cuius ectypam e gypso imaginem Francisci Comitis τῷ μανασίῳ munificentiae acceptam referimus.“

§. 7.

Vel ex iis, quae ante disputata sunt, bene intelligitur non uno eodemque tenore Herodotum sua absolvisse itinera nec certum constare ordinem, quo illa perfecit. Id unum iure quodam nobis sumere posse videmur, illum antequam Olympiae recitasset Thuriolosque abisset, peragrata habuisse et Asiam et Africam et, quod mihi certe est veri simillimum, plerasque etiam ipsius Graeciae partes; a Thuriis inde Eum per Italiam inferiorem, Siciliam, et forsitan etiam iterum per ipsam Graeciam instituisse itinera, indefessum et in suo opere perficiendo totum occupatum. Sed plura et accuratiora de his itineribus afferre vixdum licebit. Neque enim is est Herodotus, qui de se ipse suisque itineribus nos accuratius et consulto edoceat: immo non nisi coactus fere de his loquitur, ubi scilicet testibus aliquid probandum, aut mirae atque insolitae rei fides facienda erat legentibus, aut incredibilem rerum in narratione suum ipsius utpote suis haec oculis inspicientis auribusve accipientis testimonium erat adponendum. Itaque nec de tempore, *) nec de ordine, quo singulas illas instituerit peregrinationes, nec de ratione, qua illas fecerit, cum certi quid constitui possit, id unum restat, ut regiones et loca indicemus, ad quae pervenisse Nostrum ex ipso opere superstite certo colligi possit. Qua in re cum post alios viros doctos **) laudabilem operam collocarit Heyse I. I. cap. V p. 84 seqq. eo breviores esse poterimus. De peregrinandi modo si quaeras, valde probabile fit, mercatoribus peregrinantibus se patrem historiae adiunxisse socium; ***) quo enim alio modo illa praesertim aetate ad Asiae plagas interiores, ad Aegyptum, ut has potissimum nominem regiones, penetrare multosque alios aliarum terrarum homines mercaturae causa illuc confluentes cognoscere ac sciscitari potuisset?

*) In Artaxerxis aetatem, qui Xerxis filius huic ipsi successit, Herodoti itinera reliquit Dahlmann. I. I. p. 54. Nos illud modo affirmare audeamus, itinera ab Herodoto per Asiam et Africam facta cadere ante recitationem Olympiacam. Vid. supra §. 4.

**) Ukert. Geogr. Graec. et Romm. I, 1 p. 71 seqq. Dahlmann. I. I. p. 53 seqq.

***) Hinc ipse pater historiae talia mercatorum itinera descripsisse videtur; vid. V, 52 ibique nott.

Exordiamur a patria Herodoti terra *Caria*, quam aequae ac *Ioniam* atque *Aeolidem* a scriptore peragrata fuisse ut ipsa suadet res, ita certis probatur testibus. Tu conf. modo de *Caria* et de *Doriensium pentapoli* I, 141, 144. 174 coll. 171 et 172; de *Rhodi* insula; quam adiit II, 182 coll. III, 47. De *Ionîâ* insignis locus exstat I, 142 coll. VI, 14; de *Mileto* I. 21 ibique nott. coll. 137; de *Mycale* et *Panionio* I, 148 coll. IX, 97; de *Epheso* Ephesioque agro I, 26. 92 nott. II, 148 coll. II, 10. 106; de *Phocaea* I, 163; de *Samo* dixi in nott. ad III, 60 coll. VI, 14. Quo eodem pertinent, bene notante Heyse *) hi quoque loci: II, 148. 182. III, 47. 54. 60. 123, 142. IV, 88. 152. VI, 14 coll. I, 70. De *Aeolia* conf. I, 149, **) de *Lesbiis* I, 23. 24 coll. IV, 61. In *Troadem* excurrisset Herodotum quamquam vix dubium, certa tamen desunt testimonia, nisi quod aliquoties Troiani agri fit mentio. Ac *Sigeum* promontorium, quod proxime *Troadem* esse nemo nescit, Ipsum inspexisse, e loco IV, 38 coll. V, 65 quodammodo colligas; neque incognitam ipsi regionem fuisse, indicare videtur alter locus II, 10. *Lydiam* Nostrum visisse plura evincunt testimonia I, 93 ibique nott. I, 94. IV, 45; de *Sardium* urbe loquitur I, 80. 84. III, 5; de *Maeandro* Maeandrique campis pluribus locis, quos citavimus ad I, 18, ubi vid. potissimum II, 10. 29 add. VII, 26. Nec *Mysiae* cognitione Herodotum caruisse, ex accurata descriptione itineris a Xerxe Sardibus Abydum facti (VII, 42 seqq.) merito concludit Heyse l. I. p. 90 afferens quoque hosce locos II, 10 (de *Ilio* et *Teuthrania*), IV, 14. 15 de *Cyzico* et *Proconneso*, cuius incolae laudantur testes eorum, quae de *Aristeâ* retulit, I, 57 de *Placia* et *Scylace*. *Thracis Bithynos* Noster visit, ut ex VII, 75 apparet itemque omnem meridionalem Ponti Euxini tractum usque ad *Thermodontem*, de quo II, 104 coll. IV, 86, ubi *Themiscyrae* mentio et II, 34, ubi *Sinope* affertur. Nec iniuria suspiceris, ad *Halyin* usque (de quo fluvio conf. I, 72. VII, 26. V, 52) Herodotum pervenisse, si quidem omnem dixeris *Asiam* minorem eâ via, quâ mercatores coniuncti peregrinari solent Sardibus Susa tendentes, Illum permeasse, ob accuratam huius itineris descriptionem V, 52 coll. VII, 26. 30. Tum quoque *Lycios*, de quibus vid. I, 176, ad iisse videtur, itemque *Cretam* insulam, de qua conf. I, 171. VII, 171. III, 59 et *Cyprum*, de quâ insula vid. I, 105. 199. V, 114. VII, 90.

E *Cypro* vel ex *Aegypto* traiecit ad *Phoenices*, quos aliquoties citat testes et auctores; II, 104. VII, 89. I, 2. 5. III, 37 coll. II, 79 et inprimis II, 44, ubi *Tyrum* se navi venisse declarat, coll. II, 106

*) l. I. p. 88.

**) Quem huc quoque trahere vult Heyse l. I. p. 89 locum III, 55 de *Pitana*, eum alio spectare, in nott. ad h. l. iam monui.

et, qui eodem spectant loci, I, 105. II, 157. Ex illo loco II, 106. *Palaestinam* quoque Herodotum adiisse apparet, sed, ut mea fert sententia, non nisi eius tractum maritimum, quem permeans de *Cadyti* urbe quae refert II, 159 et III, 5, audivisse videtur. Tu vid. nott. T. I p. 922 seq. Nam ad interiores Hebraeorum terrae regiones illum penetrasse negem; plura de gente maxime memorabili sed peregrinos aditu prohibente sine dubio retulisset, si eo usque pervenisset. Cf. nott. ad II, 104. 106. Quae de *Arabia* scripsit III, 107 e mercatoribus, qui inde in Aegyptum aliave loca venerant, eum accepisse putem; nam collocutum cum hisce Nostrum docent hi loci III, 108. 111 in. II, 75.

In *Aegyptum* quâ viâ venerit et qua ex regione, haud liquet. Pedestri itinere e Palaestina per regiones Arabiae desertas, e loco III, 5, ubi hoc ipsum iter describit, coll. III, 8 quis colligat; navi e Graecia aut e Phoenicia, cum quâ utrâque frequens florebat Aegyptiorum commercium, in Aegyptum advectum esse illum placet Heysio (p. 97 nott.) comparanti hos locos: III, 6 init. et II, 5. Utut statuis, omnem Aegyptum ab Herodoto perlustratam fuisse, certum est, et probat secundî libri tertiique ex parte argumentum; unde quae huc spectant, omnia accurate collegit Heyse l. l. pag. 108 seq. Quaecumque enim in his libris de Aegypti natura, historia, ambitu, incolis eorumque institutis tradita inveniuntur, ea vel ab ipso Herodoto cognita et observata vel e sacerdotum imprimis, quos consuluit, mercatorum, aliorum sermonibus percepta putanda sunt. Atque ipse historiae pater hac in re ita pronuntiat II, 99: μέγχοι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε (sequitur Aegypti historia) Αἰγυπτίους ἐρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ τὰ ἤκουον. προσέεται δὲ αὐτοῖσι τι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος. Et II, 147 init. ὅσα δὲ οἱ τε ἄλλοι ἄνθρωποι καὶ Αἰγύπτιοι λέγουσι, ὁμολογέοντες τοῖσι ἄλλοις, κατὰ ταύτην τὴν χώρην γενέσθαι, ταῦτ' ἤδη φράσω· προσέεται δὲ τι αὐτοῖσι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος. Add. II. 5. 29 ne plura. Pertinet huc accurata terrae descriptio II, 5 seqq. institutorum, morum II, 35 seqq. et praecipue II, 122. 164 seqq.; pertinent huc sermones cum Aegyptiis, ad quos testes provocat, habiti II, 3. 15. 19. 54. 55. 100. 102. 107 seqq. 113. 116. 118. 120. 130. 142. 147. 150: quos locos bene attulit Heyse l. l. p. 109. Videtur autem ipse Aegyptiacae linguae imperitus per interpretem cum Aegyptiis egisse: II, 125. Omnem terram perlustravit ad ultimos quosque terminos profectus. Sic Casium montem Serbonidemque lacum visit (II, 6. 158. III, 5) itemque Pelusium (III, 12), omnem Deltam (II, 15), Nili ostia, eiusque ipsius cursum ita advertit, ut navi vectum credas; unde tam accurate in causas inundationis inquisit II, 19 seqq. Adit urbes Papremis, Buto (II, 155), Chemmin insulam (II, 156), Sain (II, 28. 130. 131. 175), Bubastin (II, 137. 138), Heliopolin (II, 3. 7 seq.), ubi cum

sacerdotibus colloquia habuit. Inde in mediam progressus Aegyptum Memphi aliquantum commoratus et cum sacerdotibus collocutus est, vid. II, 3; ex eorum enim narrationibus maximam partem ducta videntur, quae de Aegypti regum historia aut de religionibus enarrantur II, 99. 103. 110. 121. 136. 153. 176. Visit Noster pyramides, quas accurate descripsit singulas II, 124 seq. 127. 134. 136, labyrinthum cum Moeridis lacu memorabili II, 148 seqq., alia. Quin superiorem quoque in Aegyptum escendit usque ad terminos meridionales prope Elephantinam, ut ipse testatur II, 29 coll. II, 9. Chemmin invisit (II, 91) ac Thebas (II, 3. 143): quâ de re conf. nott. ad II, 15 coll. II, 143 ibique nott.

Quae de *Aethiopia* aëfert Herodotus, additis vocibus λέγεται, φασί etc., de Nili fontibus (II, 23 seqq.) de Meroë (II, 29), de ipsis Aethiopicis (III, 17 seqq. II, 30 de Automolis, IV, 183 de Troglodytis), ea, opinor, fando audierat in ipsa Aegypto tum ab Aegyptiis sacerdotibus, harum rerum gnaris, tum ab ipsis huius terrae indigenis, quos commercii causa in Aegyptum delatos conuenerat. Idem statuo de iis, quae ad interioris Libyae tractus spectant IV, 181 seqq. 184. Neque ad Ammonios Herodotum venisse credam: ita ut, quae de illorum regione leguntur II, 42. III, 26, ex aliorum, sacerdotum praecipue, narrationibus fluxisse videantur. Cf. Heyse l. l. p. 114. 115. Nec aliter de iis statuendum, quae de regionibus ab oriente Aegypti sitis, de montibus Arabicis (II, 8), aliis, traduntur.

Quae occidentem versus ab Aegypto praetenditur *Libyae* ora, dubium sane videtur, num ipse eam adierit, an, quae de illa refert, indigenis, quos in Aegypto aut Cyrene conuenit, debeat. Nam frequenter in hac narratione obuium illud λέγουσι, λέγεται IV, 173. 187. 191 coll. 155. 189: quibus adde sis eos locos, ubi de Libyae situ (II, 32. IV, 168 seq.) et de gentibus eam incolentibus (II, 32. IV, 180. 190 etc.) exponit; nam ad eas usque Nostrum peruenisse vix credibile videbitur ei, qui itineris difficultates per deserta ista reputaverit. *Cyrenen* venisse Herodotum idque navi coniciis utique ex accurata et urbis et regionis descriptione II, 32. 33. IV, 154. 155. 157. 199. II, 96 et potissimum ex II, 181, ubi statuum ad suum tempus adhuc salvam memorat. Hac ex urbe ad gentes proximas, de quibus nonnulla traduntur (IV, 157. 198), ipsum excurrens Herodotum vix credam: veri similis est illum haecce accepisse vel a Cyrenaeis vel ab ipsis harum gentium indigenis, quos Cyrene viderat. Vid. nott. ad IV, 167 coll. nott. ad II, 28. Et hic sane Carthaginenses potuit invenire, mercatores, opinor, quos testes citat IV, 43. 195. 196. VII, 167: nisi in Sicilia id factum esse existimes, ad quam Herodotum e Thuriis inde venisse infra probabimus. Nam ipsam Carthaginem ille haud adisse videtur. Nec alio ex fonte ducta videntur, quae de aliis Libyae gentibus Noster memoriae prodidit IV, 191. 192. 194. 195.

Ac denique de tempore profectiois in Aegyptum vicinasque Africae partes si quaeras, ipse significat Herodotus, *) se non longe post annum 462 a. Chr. in Aegypto fuisse; quo tempore quod saeviit in Aegypto inferiori bellum ab Inaro rebelle contra Persas motum cum anno 456 a. Chr. n. demum esset finitum, haud credibile videtur Dahlmanno **) per huius belli vices iter ab Herodoto factum esse in Aegypto, quam potius Ille intra annos 454—444 a. Chr. n. pergrasse putandus sit. Quum vero istud bellum intra arcus Deltae fines se continuerit, nil equidem intelligo, quid Herodotum impederit, quo minus statim post annum 462 a. Chr. n. iter aggressus per Aegyptum redux inde factus sit in Graeciam ante annum 456 a. Chr. n., quo scil. anno Olympiae recitasse videtur; nec adeo intercedam, si quis iterum post annum 456 sive intra annos 456 et 444 Herodotum in Aegyptum profectum esse contendat: quamquam repetiti itineris desunt testimonia omnia.

Revertamur in *Asiam*, cuius interiores quoque plagas Herodotum invisisse certum est. Iter Sardibus Susa ducens tam accurate describi, ut ab ipso historiae patre tritum credas, supra iam monuimus. *Babylonem* terramque Babylonicam se vidisse ipse testatur I. 193, ubi cf. nott. I, 200. I, 181—183 (ubi colloquia cum Chaldaeis habita referuntur) I, 178 not. I, 181 seqq. de ipsa Babylone. Ad *Susa* usque *Cissiorumque* regionem Nostrum venisse, non improbabilis est coniectura Heysii l. l. p. 100 provocantis potissimum ad VI, 119, ubi de Ardericca scribit, quem locum usque ad suam ipsius aetatem Eretrienses a Dario huc translati tenuerint. Quin ad *Bactrios* venisse suspicatur Jaeger. l. l. p. 20, ob locum IV, 204; ubi quae narrantur, fando quoque ab aliis Herodotus audire potuit. Magis probabile est *Mediam* hac occasione perlustratam fuisse: cf. I, 110. III, 106 et potissimum I, 98, ubi pater historiae, ambitum moenium Ecbatanorum comparans cum ambitu Athenarum se illuc pervenisse illaque moenia suis oculis vidisse indicare videtur. Cf. Heyse l. l. p. 100 seq. Sed remotiores Persarum regni provincias haud adisse videtur; vidit igitur neque Ariam neque Bactriam neque alias terras, quarum in luculentissima satrapiarum recensione III, 89 seqq. mentio fit; neque dubium, quin quae de *India* refert III, 98 seqq. e Persarum aliorumve hominum fluxerint narrationibus. Cf. nott. T. II p. 646 seqq. Neque *Aravem*, opinor, vidit: de quo fluvio tanta est virorum doctorum dissensio; cf. nott. ad I, 202. Mare Indicum quod vocant sinumque Persicum pernavigasse Herodotum iure negare videtur Heyse p. 104; sinum Arabicum quod affirmat ob locos II, 159 et II, 11, equidem id unum inde colligi posse puto, Herodotum ad hunc sinum pedestri itinere pervenisse.

*) Vid. III, 12 ibiq. nott. T. II. p. 19.

**) l. l. p. 68—70. Adstipulatur Heyse l. l. p. 41. 50. 112 seqq.

Ad septentrionales Asiae plagas si nos vertamus, apparet e locis II, 104 coll. IV, 105. IV, 86, in *Colchidem* venisse Herodotum, illa haud scio an occasione, quâ navî vectus et Olbiam et reliquas Graecorum in illa orâ sitas colonias invisit. Hinc Colchide Phasiqve fluvio Asiam omnino terminari statuerat pro illius aetatis sententia recepta: conf. IV, 45 coll. 38. 47. Neque vero ad interiores Caucasî plagas montesque (cf. I, 203), neque ad Caspium usque mare, cuius tamen accuratam habuit notitiam (cf. nott. ad I, 202) neque ad Scytharum illic vagantium terras progressus esse videtur: ut, quae de his inveniuntur tradita, aliorum e sermonibus fluxisse putanda sint. Conf. nott. ad I, 202 p. 455 coll. I, 203. Heyse l. l. p. 104. 105. Septentrionales Europae tractus, qui Scythiarum vulgo dicuntur, a Ponti Euxini orâ Graecis colonis repletâ septentrionem versus extensos aliquâ certe ratione inspectos esse ab Herodoto, a vero non prorsus abhorrere videtur, si accuratam et copiosam huius regionis descriptionem reputaveris. Vide sis modo, ne plura, IV, 46 seqq. IV, 81, et conf. I, 105. II, 103. IV, 5. 7. 8, ubi ad Scythas auctores provocat. Reliqua, quae huc faciunt, tanta industriâ indicavit Heyse l. l. p. 131 — 133, ut nihil sane addere ego habeam. Hunc si sequamur, usque ad Borysthenem in Hylaeam regionem Herodotus penetravit, Gerrho fluvio itinerum termino constituto. Mihi vix multum introrsus ad loca mediterranea progressus esse videtur Herodotus, quem magis credam in Graecis coloniis ad septentrionalem Ponti oram conditis versantem a Scythis ex interioribus regionibus huc commercii causa profectis accepisse, quaecunque de his ipsis regionibus earumque incolis memoriae prodidit. Huc refero, quae IV, 22 — 36 de Iyrcis, Issedonibus, aliis, quae IV, 100. 104 seqq. de Agathyrsis, Neuris, Budinis, Gelonis, aliis profert. Ex ora Ponti septentrionali maritimo potius quam pedestri itinere in patriam regressum esse Nostrum dubitari nequit; si quidem terras trans Danubium i. e. a Danubii septentrione sitas haud cognoverit. Cf. modo V, 9. 10. Navi igitur profectus Olbiâ pervenit ad Istri ostia visitque Istriam Milesiorum coloniam, de qua II, 33. 34: quamquam quae de ipso Istro fluvio perscribit, talia sunt, ut fluvium illum Herodotum adisse vix credas. Sic, uti hoc utar, IV, 48 quod narrat Istrum semper sibi parem fluere aestate atque hieme, verum haudquaquam esse quivis intelligit et bene notavit Kruse in Commentat. de Istri ostiis p. 28 seqq. Nam satis constat eo quod fluvius hicce modo auctiori modo minori aquarum copiâ profluat, ostiorum atque terrae adiacentis speciem valde immutari. Hinc in talibus aliis auctores secutus esse videtur, cum ipsi haec adire minime licuerit. Scribit enim II, 34 init. Istrum fluvium *πρὸς πολλῶν γινώσκεσθαι*. Vid. infra §. 8. A Sinopensi nauta sive mercatore haec Nostrum edoctum retulisse conicit Kruse l. l. p. 33. 34. Ad Maeoticam paludem aequae atque ad interiores Crimmae peninsulae tractus Herodotum pervenisse nego. Vid. nott. ad IV, 86.

87. IV, 99. Heyse l. l. p. 134. Sed *Pontum Euxinum*, *Bosporum*, *Propontidem*, *Hellespontum* bene novit ipse, mensuras accurate indicans. Vid. IV, 81 nott. IV, 85. VII, 34. *Thraciam* quoque ipsi cognitam fuisse monstrant hi loci: II, 103. IV, 33. 74. Neque vero ad interiores tractus penetrasse videtur (cf. V, 2 ibique nott. V, 3. 10), sed in meridionali tractu se continuisse maris oram potissimum legens indeque etiam Xerxis iter quam accuratissime potuit describens: eoque pertinent, quae VII, 58. 59. 108. 109. 111. 112 leguntur, quae de Thaso II, 44. VI, 47 de Samothrace II, 51, de Chersoneso VI, 36. VII, 33. 53. IX, 116. 120, atque de Hellesponto IV, 95 traduntur.

Sic quoque *Macedoniae* oram maritimam legens audivit, opinor, quae de interioribus Macedoniae regionibus v. c. de Crestone I. 57. VIII, 138 retulit, testes citans Macedones V, 22. VII, 73. VIII, 138. Et quamquam nuper exstitit, *) qui Herodotum in Xerxis itinere per Macedoniae indicando ita lapsum diceret, ut ipsam Macedoniae adisse minime sit putandus historiae pater, eundem non facile animum inducere possum, ut, quae tam accurate Noster retulit de illa terra VIII, 113. 114. 115. 122. 123. 124. 127 coll. V, 15—17 et IV, 33 fin., de Athone monte VII, 22. 23 de Pallene VIII, 129, non nisi aliorum e sermonibus fluxisse putem. Quin haud scio an huc vel illud referri possit, quod Peliae in ipsa Macedonia sepultum esse Herodotum quidam perhibent. Vid. supra §. 6. Eodem, opinor, itinere *Thessaliam* oram ingressus Tempe adiit (VII, 128 ibid. nott. VII, 173) indeque per Thessaliam (VII, 129. 133) *Thermopylarum* fauces intravit, de qua re dixi in not. ad VII, 225. Ad *Dolonam* accessisse coniicias ex II, 52 coll. 53. 55 init., itemque ad Delphos, uti recte posuit Heyse l. l. pag. 124, *Abas* quoque Herodotum venisse coniiciens (VIII, 27. 33), *Parnassumque* escendisse (VIII, 32. 39) et *Doridem* invisisse VIII, 31. Addit idem Heyse p. 124 videri Herodotum *Aetoliam* quoque adisse et *Acarunium*, coll. II, 10. *Bosotiam* terram accurate eum perlustrasse, nonus liber satis indicat, bene monente eodem Heyse, qui in prinis attendi vult ad IX, 15. 16. 25. 51. 52. 85 seq. *Thebas* venisse Herodotum, colligas ex V, 59 coll. I, 52. 92; *Delium* (VI, 118), *Praem* (VII, 135), *Orchomenum* (IX, 16) adisse illum probabile videtur Heyse l. l. Quae contigua est *Attica* regio, eius ambitum optime novit, vid. IV, 99. *Athenienses*, apud quos aliquamdiu commoratum esse supra posuimus, saepius testes adhibet V, 63. 85. 87. VI, 75. 137. 138. VII, 189. VIII, 41. 84. 94. IX, 73, urbisque Athenarum cognitionem prodit certam II, 7.

*) vid. T. III p. 825.

V, 77. 89 coll. VI, 103. VIII, 52. 53. 55. *) *Salaminem* quoque vidit locumque celeberrimae pugnae; tu cf. iuprius VIII, 76. 90. Ad *Aginam* Herodotum iter fecisse credam Heyse p. 119 citanti V, 85. 86. 87. 88. VIII, 84 itemque ad *Euboeam* ob VII, 176, *Corinthum* ob I, 23. 24. V, 87. VIII, 94, *Isthmum* ob VIII, 121. IX, 81: e quibus locis admodum fit probabile, Nostrum haec ipsa loca invisisse. Idem dixerim de aliis Peloponnesi locis, quarum mentio fit per Herodoti historias, quampriam ibi se fuisse expressis verbis non evinciat. Referas huc locos Heyse industria iam collectos p. 120 seq. de *Acrothia* VI, 127. de *Tegen* I, 66. IX, 70; de *Naxos* et *Stygiis apud* VI, 74, de *Elab* IV, 30, de *Triphylia* IV, 148, de *Olympia* VII, 170. IX, 81. II, 7; de *Sicyone* V, 67, de *Epidauro* V, 83, de *fluvio Erasino* VI, 76, de *Argivis* V, 88, quos eisdem testes profert V, 87. VI, 76. 84. VII, 148. 150. 152. *Spartae* fuisse Herodotum nihil est dubium; vid. quae dixi ad III, 55. VII, 214. unde *Laedaemouitis* saepius utitur testibus: I, 70, III, 47. IV, 150. V, 49. VI, 52. 53. VI, 84, quos locos collegit idem Heyse l. l. p. 120, qui huc etiam referri voluit *Tannarum* promontorium I, 24. *Theropyos* VI, 61, *Cytherum* insulam (I, 165) ac *Theron* IV, 147 seq. 150, *Syphnum* III, 57, *Parum* VI, 134, *Delum* II, 170. IV, 33. 34. 35. VI, 98. *Zacynthum* IV, 195. Hinc *Cycladas* etiam insulas, quarum frequens mentio, visisse Herodotum, a vero haud abhorreere videtur.

Quae ad occidentem et septentrionem vergunt Europae partes, eas historiae patri non magis cognitae fuisse quam aequalibus suis satis docent hi loci: IV, 45. III, 115 aut quae de *Istro* habet II, 33. IV, 49. *Apolloniam* in *Illyria* Nostrum venisse Heyse p. 138 colligi vult ex IX, 93, itemque ad *Venetos* ex V, 9 et I, 196.

Italiam i. e. inferiorem eius, quae nunc sic vocatur, partem **) Nostrum peragrasse, *Thuriis* quum domicilium fixisset, nihil dubium. Et bene huc Heyse l. l. p. 138 retulit hos locos: IV, 15. 99. V, 44. 45 de *Sybari* et *Crotone*, de qua urbe etiam vide sis III, 131. 137. 138. Haud vidit *Sardiniam* *Corsicamque*, cuius utriusque insulae modo notitiam aliquam acceperat, qualem etiam de *Tyrchenis* atque *Umbris* nactum eum esse apparet ex I, 94. IV, 49. I, 163. 166 seq. VI, 22. nam eo usque ipsum venisse Herodotum, quibus testibus probem, non habeo. In *Sicialiam* Nostrum profectum esse notari ad VII, 153 not. coll. 165; ibique, si recte ponit Heyse p. 139 seq., vidit *Egestam* V, 47, *Zanden* VI, 25, *Syracusas* VII, 167, *Camicum* VII, 170.

*) Vid. Heyse l. l. p. 122, qui hos locos iam attulit.

**) cf. nott. ad I, 167. III, 136. IV, 15. V, 43. VI, 127.

§. 8.

De fontibus historiae Herodoteae dicturi proficiscimur e loco classico II, 99, unde triplicem fere narrationis fontem fuisse scriptori colligas accurate discernenti inter ea, quae a se ipso visa et conspecta retulit (ὄψις) et inter ea, quae ex aliis sciscitando cognovit (ἱστορίη) et denique inter ea, quae sua ipsius opinione ductus statuit (γνώμη). Verba ipsa afferam: μέγρι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε, Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ τὰ ἤκουον· προσέεται δὲ αὐτοῖσί τι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος. Ad quae conf. nott. pag. 701 T. I. Nam ubicunque Herodotus non expresse addit, se ab aliis edoctum haec enarrare, ipse haec inspexisse indeque retulisse putandus est. Quaecunque aliis debuit aut aliunde accepta retulit, ea non nisi fonte, ex quo manarunt, indicato solet asferre, addens verbum φασί aut λέγουσι aut simile quid: unde vel iterum ab Herodoto factorum testimonia haud raro repeti posse supra §. 7 vidimus. Et haec tam aperta inque conspicuo posita, ut nemo quisquam, nisi praeoccupato iudicio captus, intelligere nequeat: illud vero gravius atque difficilium constituit, si quos alios praeterea fontes Noster adierit, si aliorum scripta consuluerit et ex iis haud pauca hic illic in suos libros transtulerit: praesertim cum ante Herodotum plures constet fuisse logographos sive rerum scriptores, quibus ipsis Nostrum quodammodo accensere liceat. Hos vero si Herodotus consuluerit et in usum suum adhibuerit, indicari utique consentaneum est a scriptore alioqui in talibus tam accurato. At vix ullum certum huius rei uspiam exstat vestigium, nisi *Hecataei Milesii*, de quo continuo sumus dicturi, mentionem huc referre malis: nam quod ad *Xanthum* respexisse volunt Herodotum I, 93, de eo nunc non dicam, id unum certo poni posse ratus, Herodotum in Lydorum rebus enarrandis Xanthi scripta minime compilasse. Cf. T. I p. 236. Nec aliter statuerim de *Charone Lampsaceno*, uti iam dixi ad I, 160 T. I p. 358 coll. VI, 37. T. III pag. 272 atque de *Hellanico*, cuius libros ut Herodoto cognitos fuisse statuum, quemadmodum quibusdam placuisse video, abs me impetrare haud possum, cum certa huius rei indicia desint omnia: immo recte mihi statuere videtur Dahlmann. (in Herodot. p. 127), et *Hellanicum*, qui Herodoto fuit non multo iunior, et Herodotum ita scripsisse, ut neuter alterius scripta cognita habuerit. Quo et illud facit, quod Sturz. ad *Hellanici* fragmm. p. 16, observasse video: Herodotum primum sibi videri exponere de constitutione reipublicae Laconicae VI, 55, quamvis e Strabone pateat, iam *Hellanicum* ea de re egisse. Atque idem Sturz. l. l. p. 13—16 talia asfert, e quibus Herodotum potius ab *Hellanico* compilatum fuisse conicias. Hinc vero diiudicanda erunt, quae Dionysius Halicarnassensis ad Cn. Pom-

rej. p. 128 scripsit: Ἡρόδοτος — τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων Ἑλλανίου τε καὶ Χάρωνος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν προεκδεδωκότων οὐκ ἀπετράπετο ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν κρείσσον τι ἐξοίσειν, ὅπερ καὶ πεποίηκε.

De *Hecataeo Milesio* ita scribit Suidas I p. 687: Ἡρόδοτος δὲ Ἀλικαρνασσεὺς ὠφέληται τούτου νεώτερος ὢν, itemque Porphyr. apud Eus. Praep. Ev. X p. 466 B.: Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἐκκαταίου τοῦ Μιλησίου κατὰ λέξιν μετήνευκεν ἐκ τῆς περιηγήσεως βραχέα παραποιήσας; *) nominat autem Porphyrius in his descriptionem hippopotami (II, 71. T. I p. 647) et narrationem de venatione crocodilorum (II, 70 p. 646). Quibus Creuzerus in fragm. historic. p. 19. 20 adiicit etiam narrationem de Phoenice ave II, 73. T. I p. 649, accedente Klausen. ad Hecataei fragm. pag. 126, qui quaecunque de crocodilis et hippopotamo II, 68. 69. 70. 71 narrantur, ex Hecataeo ducta vult I. I. p. 128, itemque (p. 132) narrationes de serpentibus alatis et Ibide ave II, 75. 76, si quidem horum animalium, quae mira alit Aegyptus, naturam diligentius ab Hecataeo explicatam fuisse credibile fiat. Neque tamen ex eo solo, opinor, effici poterit, hasce animalium descriptiones, quas offert Herodotus, ex Hecataeo depromptas esse, nec satis equidem intelligere possum, cur ad hunc scriptorem, quem aliis locis cavillatur, necesse habuerit confugere Noster in iis, quae ipse suis oculis melius percipere potuit quaeque ita etiam refert, ut suis ipsum oculis talia inspexisse facile appareat. Hecataeo narratis similia quaedam cum prodat II, 77, coniecturam inde ducunt, ex Hecataeo haec quoque deprompta esse: cf. nott. T. I p. 657 et add. Klausen I. I. p. 125. Cum Hecataeo quoque consentit Aegyptum Nili donum esse asserens II, 5: de quo loco vid. nott. T. I p. 901 et Klausen. I. I. p. 122. Quod vero idem Klausen. I. I. p. 95 satrapiarum descriptionem III, 89 seqq. ex Hecataeo haustam vult, aliter mihi videri iam dixi T. II p. 675.

Contra aliquot sane in Herodoti libris superstitibus inveniuntur loci, in quibus Hecataeum vel expresse vel tacite tangi, dubium non esse potest. Cavillari Hecataeum et aequalium risui exponere Noster videtur II, 143, ubi vid. nott. T. I p. 812 et add. Klausen. I. I. p. 6 seq., nec melius eundem tractat VI, 137 coll. V, 36, ubi Hecataeus bellum cum Persis ineundum dissuadens laudatur addito titulo τοῦ λογοποιοῦ, ut II, 143. Quin acerbius Hecataeum tangit I, 146, ubi cf. nott. p. 339. T. I et Klausen. I. I. p. 108, II, 21. 23, ubi vid. nott. T. I p. 523, 527 coll. IV, 8 p. 287. T. II et IV, 36. T. II pag. 351. Atque etiam de Caspio mari quae Noster scribit vera I, 202, ea contra Hecataeum, qui Caspium mare pro Oceani sinu habuerit,

*) De hoc verbo eiusque significatione conf. Jacobs. vermisch. Schrift. V p. 582.

scripta esse contendit Klausen. I. I. pag. 92, cui etiam (p. 131) Herodotus II, 3: *Ἕλληνες δὲ λέγουσι ἄλλα τε μῦθαια πολλὰ καὶ ὡς γυναικῶν τὰς γλώσσας ὁ Φαμμίτιχος ἑκταμῶν κ. τ. λ.*, hanc fabulae discrepantiam in Hecataei libro legisse videtur, qui quoque (p. 128) eundem Hecataeum intelligi et respici putat II, 15 in iis, quae de rebus geographicis Iones statuunt, et II, 156 in iis, quae de insula mobili habet Herodotus parum ipsi credibilia. Vid. fragm. Hecat. p. 123. Et Hecataeum Milesium aliosque Milesios auctores, Thaletem, Anaximandrum, Anaximenem, Cadmum, quorum populares plurima commercia per Scythiam egerint, secutus videtur Herodotus II, 34, ubi narrat Istrum *πρὸς πολλῶν γινώσκεσθαι*. Cf. Kruse De Istri Ostiis p. 20.

Haec quidem omnia in unum conspectum posita quamquam satis commonstrare videntur, Herodoto Hecataei, viri inter aequales suos eminentioris, ut vel e loco V, 36 apparet, scripta cognita fuisse, minime tamen illud usquequaque efficere posse videntur, ut Herodotum Hecataei libros compilasse indeque haud pauca in suam narrationem transtulisse arbitremur, praesertim cum ea, quae ex Hecataeo hausta putentur, e suo quoque penu non minus bene proferre potuerit Noster, quem ista loca ipsum adiisse supra evicimus. Immo haud pauca, quae, uti his utar, in Aegypti descriptione ab Herodoto praetermissa miramur, *) vel eam ob causam ab Halicarnassensi omitta esse crediderim, quod haec uberius iam exposita viderat ab Hecataeo, cuius scripta multum manibus terebant aequales; sed quae falsa ab Hecataeo referri viderat, ea ob magnam, qua floruisse videntur Hecataei scripta, auctoritatem corrigere et emendare cum voluisset Noster, hinc ni fallor explicandum, quod hic illic acerbius Hecataeum tetigerit: nisi etiam privatam quandam sive inimicitiam sive aemulationem inter utrumque intercessisse putes, de qua tamen nihil quidquam uspiam traditum reperi.

§. 9.

Hisce argumentis permotus, Herodotum ex aliorum sive historicorum sive logographorum, quales tum fuere, scriptis haud sane multa hausisse arbitror. Nec tantum tribuam loco I, 1 (*Περσέων μὲν νῦν οἱ λόγιοι Φοίνικας αἰτίους φασὶ γενέσθαι κ. τ. λ.*), quantum tribui vult Dahlm. I. I. p. 108. Namque Herodotus ut alibi, v. c. in rebus Aegyptiis Aegyptios sacerdotes, ita h. l. Persarum viros doctos sive Magos laudat, quibus hanc narrationem debeat. Nec magis

*) Vid. nott. ad II, 15 p. 512 et ad II, 23 p. 534. T. I et cf. quoque nott. ad VI, 55. T. III p. 297.

scriptos fontes agnoscere possum II, 99, ubi cf. nott. T. I p. 701. Eodem modo quo I, 1, Persas testes citat I, 95; nec tamen inde sequitur, scripta Persarum de suis rebus volumina Nostrum adüsse et excerptisse. Sed quae III, 89 de Satrapiarum descriptione et VII, 60 seqq. de Xerxis exercitu perscribit, ea si non omnia, at magnam certe partem e regiis Persarum annalibus, ad quos scriptori Asiam perlustranti aditus patuerit, hausta esse videntur. Quin e *sophistarum* scholis quaedam ad Herodoti libros transiisse praesertim in quaestionibus de re publica constituenda, illo tempore maxime agitatis, haud vana fit suspicio; vid. VIII, 140 §. 1 ibiq. nott. T. IV p. 195. IX, 48. T. IV p. 280. III, 80 p. 142 T. II. Nec inde mirabimur, Persis, aliis barbaris, subinde ea tribui, quae in Graecum potius hominem, sophistarum et rhetorum in scholis nutritum et educatum conveniant. Vid. III, 71. 72. 80. V, 4. (T. III p. 811) V, 24. VII, 10 §. 4 coll. VII, 102. 152 et conf. annotationem ad hos locos. Add. quae I, 207 Croesum dicentem facit, alia eiusdem generis. *) *Anaxagorae* philosophiam Herodoto cognitam fuisse e loco III, 80, ubi sententiam Anaxagorae decretis similem enuntiat, quis colligat; **) praesertim cum alio loco II, 22 (ubi conf. nott. T. I p. 523) contra Anaxagorae sententiam de Nili inundantis causis edisserat historiae scriptor et aliis quoque in rebus ab hoc philosopho valde dissentiat.

§. 10.

Sed haec exigua modo fontium indicia sunt, e quibus Herodoteum opus fluxisse existimemus! Multo plura, immo plurima, quae eo continentur, ipse in itineribus comperit, ipse vidit; eoque potissimum praeter locorum et regionum, quas ipse visit, descriptiones retulerim quae de templis, portentis, oraculis, donariis, aliis id genus, aut etiam de ipsa rerum historia his ipsis in locis comperta perscribit nunquam non indicato fonte vel auctore. Ut paucis dicam, quod sentio, vel ipse vidit, quae scripsit, vel a sacerdotibus, quos illa aetate per orientem imprimis unos doctos rerum gestarum notitiam habuisse constat, accepit sciscitando vel a mercatoribus, quos in itineribus convenit, uti iam supra monuimus. Praeiverant Herodoto

*) Quod vero I, 155, ubi Croesus Cyro consilium dat, Lydos ut efeminatos reddat, Wachsmuth (Hellen. Alterthumsk. II, 2 p. 17) quaerit, hoc Croesi consilium ex iis, quae Graeci tyranni iam tum fecerint, num profectum sit, an ex Graeca omnino fluxerit sententia, frustra mihi quaerere videtur. Neque enim talia absunt a regum orientalium more atque indole. Tu conf. modo quae in nott. p. 354 attulimus.

**) Conf. etiam I, 103 ibiq. nott. in Add. T. I p. 928.

qui vulgo vocantur logographi, qui fabulas antiquitus traditas literis ut consignarent eoque modo posteritatis memoriae traderent quum unice sibi proposuissent, in ipsum rerum sic traditarum argumentum minime inquisierant, satis habentes, ea, quae ore tantum adhuc tradita erant, scriptis mandata posteris tradere. Quam logographorum rationem iam Hecataeum quodammodo deseruisse indicat prooemium illud operis apud Demetr. de Elocut. §. 12 his verbis conceptum: Ἐκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται· τὰ δὲ γράφω, ὡς μοι ἀληθέα δοκέει εἶναι· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται, εἰσίν. Quae sane indicant scriptoris animam a receptis superstitionibus liberam et veri inveniendi studiosum, ingenium acre et sollers in fabularum traditarum farraginem inquirens eamque diiudicans: adeo ut auctore Creuzero *) Hecataeum rerum scriptorem *criticum* utique vocare possimus, praesertim cum alia quoque, eodem docente Creuzero, accedant, e quibus crisin quandam illum historiae adhibuisse luculenter pateat. Herodotum eodem titulo quin ornemus, nil video, quod obstat; ut in quo scriptore omnia concurrunt, quae *patrem historiae* illum summo iure vocari evincunt. Quum enim prioris aetatis historiam perscribenti ad antiquitatem esset regrediendum, quae non nisi e monumentis, templis, carminibus, fabulis cognosci poterat, **) Herodotus quatenus quae de his tradita invenit accepitque, literis consignavit et qui ferebantur λόγοι, eos in suum retulit opus, ipse quodammodo *λογογράφων* in numero iure habetur. Neque vero in eo acquievit, in quo priores *λογογράφους* ante ipsum substituisse modo diximus, sed amplius in rerum traditarum nexum causasque et in eam, quae inde enascitur, rerum gestarum veritatem ordinemque inquirendum ratus a priorum scriptorum via multum discessit, eoque ipso ostendit veram historiae notionem se animo impressam habuisse. Unde sane nemo mirabitur in tali scriptore *artis criticae* initia bene cognosci posse. Conf. nott. ad IV, 173 p. 583, IV, 179 p. 591. T. II. et VII, 20 p. 474 T. III. Cum igitur veri historici partes, hoc modo vera a falsis seiungens, explere studuerit Noster, quaeritur,

*) Die histor. Kunst der Griech. pag. 86 coll. 78. Fragm. historic. pag. 15.

**) Hinc tam sedulo donaria, portenta, oracula ubivis recenset: quippe unde narrationi ex parte fides erat adstruenda, praesertim in rebus dubiis aut vario modo traditis. Conf. modo I, 50. 52. 92. II, 44 ne plura. Bene dixit Meierotto in inscriptione mox laudanda p. 602, 603: „Les Oracles, accomplis ou non, n'en étoient pas moins de nouvelles sources historiques où l'on pouvoit ce qui avoit dû être un objet de recherche et devenir un principe d'action pour des états entiers ou pour des personnages célèbres; c' étoient des textes d'événemens toujours énoncés dans le style favori des Grecs: Herodote ne pouvoit donc les passer sous silence.“

num qui verum scribere *voluerit*, id etiam praestare *potuerit*. *) Nam *voluisse* verum tradere Herodotum, neminem, qui Herodoteas Musas accuratius perlegerit, dubitaturum confido, nec opus pluribus commonstrare, nullo timore partiumve studio captum fuisse Herodotum, quo minus quod verum ipsi fuisset visum, libere et ingenue enuntiaret. Vid. modo, ne plura, nott. ad VII, 132. T. III p. 634 et ad VIII, 123. T. IV p. 170 et conf. Meierotto: Sur Herodote et le but de son histoire (Mémoir. de l'Academie royale de Berlin 1792 et 1793 p. 615. 618. 620 seq.) Pertinent huc etiam, quae pluribus locis in annotatione diximus de nimio, quod scriptori imputant, erga Athenienses studio ac voluntate deque inimicitia in Spartanos **) Corinthiosque. ***)

Atque illud veri studium in Herodoto arcte coniunctum invenimus cum omni animi indole, ut sane quaecunque mortalem illa aetate praestare potuisse consentaneum est, ea Herodotum eximie praestitisse putemus. Insignis hanc quoque in rem locus II, 99, unde tota disputatio nostra erat exorsa, ut in quo tam diligenter ea, quae ipse vidit, comperuit, iudicavit, ab iis, quae aliorum narrationibus debuit, distinguit; haec enim, uti diximus, affert addito verbo *λέγουσι, φασί* etc. Conf. Meierotto l. I. p. 610 et vid. potissimum Herodot. I, 184: *ἐγὼ μὲν μιν οὐκ εἶδον· τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλδαίων, ταῦτα λέγω* et locos paulo ante allatos IV, 173. 179 ibiq. nott. Add. II, 123 in it. *τοῖσι μὲν νυν ὑπ' Αἰγυπτίων λεγομένοισι χράσθω ὅτεω τὰ τοιαῦτα πιθανά ἐστι· ἐμοὶ δὲ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑπόκειται, ὅτι τὰ λεγόμενα ὑπ' ἐνάστῳ ἀκοῆ γραφω.* II, 120 in it. *ταῦτα μὲν Αἰγυπτίων οἱ ἰστέες ἔλεγον· ἐγὼ δὲ τῷ λόγῳ τῷ περὶ Ἑλένης λεχθέντι καὶ αὐτὸς προστίθεμαι τὰδε ἐπιλεγόμενος.* Et confer sis quoque II, 29. 53. 113 seqq. III, 45. IV, 173. 187, ne plura. Hinc maxima cum religione in rebus dubiis mirisve suam sententiam eloquitur nec raro se quid certo affirmare posse negat, uti III, 115 *ἔχω μὲν οὐκ ἀτρεκέως λέγειν* et quae similes formulae exstant I, 57. IV, 16, ubi cf. nott. p. 304. IV, 25 ibiq. nott. p. 326. I, 172. IV, 187. V, 9. VI, 14. VIII, 8 ibiq. nott. T. IV p. 12. Contra I, 140 in it. ait: *ταῦτα μὲν ἀτρεκέως ἔχω περὶ αὐτῶν εἰδὼς εἰπεῖν.* Hinc quoque fluxit illud studium diversas, quae super eadem re ferebantur, traditiones colligendi, discernendi et diiudicandi ut VII, 150. VI, 134. IV, 11. 12. V, 44. 45. 85. 86) suamque ipsius hinc deductam sententiam subiiciendi (ut II, 53. IV, 96. III, 45), quo verum omnino

*) Vid. Creuzer. *Histor. Kunst d. Griech.* p. 100—112.

**) Vid. VI, 108. T. III p. 379. VII, 102 p. 536. T. III. VIII, 2. 3. (T. IV p. 4 nott.) coll. VII, 139. IX, 21. 22. T. IV p. 234. 235.

***) VIII, 94. T. IV p. 128.

erueret, ut I, 22. II, 120 coll. I, 5; hinc illae dubitationes in rerum mirarum enarratione, quibus illa aetas eam fidem habebat, quam ipse scriptor addere non audet minime credulus aut eo usque supersticiosus, ut portentorum narrationes a naturali rerum cursu alienas continuo probet. Praeter locum supra iam allatum II, 123 coll. II, 45 vid. potissimum I, 182 (φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες κ. τ. λ.) ibiq. nott. T. I p. 404. IV, 96 (ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτου [de Zamolxi agitur] καὶ τοῦ καταγαίου οἰκήματος οὔτε ἀπιστέω οὔτε ὦν πιστεύω τι λήην) ibiq. nott. T. II p. 461. V, 86 (ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, ἄλλω δέ τῳ) coll. IV, 42. III, 3 (λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὁ λόγος, ἐμοὶ μὲν οὐ πιθανός II p. 5), III, 115. II, 156. VI, 84. 121. VII, 133 coll. 137. IV, 105 (ἐμὲ μὲν νυν ταῦτα λέγοντες οὐ πείθουσι· λέγουσι δὲ οὐδὲν ἤσσαν καὶ ὀμνύουσι δὲ λέγοντες). V, 22: Ἑλληνας δὲ εἶναι τούτους τοὺς ἀπὸ Περσίδικεω γεγονότας, κατὰ περ αὐτοὶ λέγουσι, αὐτὸς τε οὕτω τυγχάνω ἐπιστάμενος καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖσι ὀπισθε λόγοισι ἀποδέξω ὡς εἰσι Ἑλληνας. Add. VIII, 30. T. IV p. 39. Talia qui scribit, eum vulgi superstitionibus superiorem fuisse iure dixeris; praesertim cum studium res miraculosas e naturali rerum cursu explicandi insigniter prodat IV, 32. VI, 84. II, 21 coll. VII, 133. VII, 20. Ac parem diligentiam produnt disputationes de Nili incremento eiusque causis II, 21 seq., de aetate sacrorum Herculis II, 44; de literarum et scripturae inventione V, 58; de Cypris carminibus II, 117, de Cyro I, 95, de Melampode II, 49, de Aegypti natura II, 5 alia. Neque in talibus poetarum auctoritatem ipsi offecisse, e loco insigniori II, 120 apparet; *) quamquam in rebus sacris arcanisque religione quâdam se obstrictum fuisse, quo minus non omnia, quae cognita habuit, eloqueretur, sed silentio quaedam praetermitteret, ipse ingenue profitetur II, 3. 45. 46. 65. 170. 171. Qui autem tanta cum cura et veri studio ubivis egit, qui verum sine ullo timore enuntiare audet, **) ab ullo mendacior alienus, ***) cum verum unum in omnibus ut erueret, sibi propositum haberet, eum verum dicere *voluisse* utique concedemus.

Iam venio ad alterum, quod requirimus, verum ut tradere *potuerit* Herodotus. Qui verum unum ut traderet, longinqua suscepit itinera, omnes subiit viarum molestias atque labores, quo ipse singula loca invisens verum videre aut sciscitando a singulis comperire posset, qui si qua mira parumve credibilia aut a rerum naturali cursu abhorrentia acceperat, diligentius in ista inquisiit iustamque his adhibendam esse sibi persuasit crisin, nec superstitionibus vulgi nec praeiudicatis opinionibus captus nec credulus nimiumque religiosus

*) Conf. Creuzer. Hist. Kunst d. Gr. p. 105.

**) Conf., ut alia taceam, nott. ad VIII, 72 p. 96. T. IV.

***) Conf. V, 50 ibique nott. T. III p. 80.

sed perspicax et in iis, quae ipse observavit, enarrandis, accuratissimus, num eum vera scribere *potuisse* negabimus? At verba dare poterant ipsi quos sciscitatus est sive sacerdotes sive mercatores eoque modo ipsum fallere et in errores implicare. Num vero, quaeso, in toto historiarum opere talem se praebet historiae pater, cui tam facile imponas? Equidem hoc vix fieri potuisse puto in viro tam cauto tanque sollerti et diligenti rerum indagatore, qualem Nostrum fuisse libri superstites indicant, in quibus vix ullus reperitur locus, e quo illum consulto in errores deductum aut se decipi passum esse, liquido commonstrare possis. Nam quod ad Aegyptias res potissimum confugiunt, a sacerdotibus Aegyptiis verba Herodoto data esse clamitantes, id quam infirmum sit, singulis locis in annotatione ostendimus; alia hanc in rem disputavi in Iahnii et Klotzii Nov. Annall. philoll. et paedagg. VI p. 209 seq., quae hic repetere non vacat *). Itaque Herodotum, quem verum *voluisse* tradere ostendimus, *potuisse* quoque illud tradere crediderim nec quidquam ab eo praetermissum, quo huic officio satisfaceret. Satisfecisse autem Herodotum tum ea, quae attulimus, commonstrant, tum omnis operis indoles, vividus ille ac natus color, qui nil habet quaesitum, nil fictitium, quique ab omni fucio inani prorsus est alienus. **) Et nostra aetate, quâ tot peregrinatores remotissimas quasque Asiae et Africae plagas perscrutati sunt, pleraque fere eorum, quae de his ipsis regionibus adhuc incognitis apud Herodotum tradita exstant, quorum haud pauca prius vix ullam fidem merere videbantur, nunc ita exacte et accurate rei que tam convenienter tradita inventa sunt, ut iure mireris, quâ diligentia Herodotus singula perlustraverit et examinaverit nec unquam fere lapsus falsusve sit. ***) Qui igitur in iis, quae ipse vidit comperitque, non falsus est, num eum tam facile ab aliis falli potuisse credibile est, praesertim cum tanta crisi, quae ne nostrae quidem aetatis virum dedeceat, iudicio tam subacto, quaecumque accepit, disquirat nec ulla re se deterreri sinat, quo minus verum inveniat. Est quidem Noster *λογογράφος*, quatenus veterum *λόγους* accurate et religiose retulit; sed idem quoque histori-

*) De Aegypto quae apud Herodotum memoriae prodita exstant, ea aut ipse vidit Herodotus comperitque (II, 99) aut a sacerdotibus accepit tradita Hieropolitanis et praesertim Memphiticis (II, 3. 99); unde etiam praecipuam narrationis partem res Memphiticae constituunt. Cf. II, 15. 99. 100. Quae ad arcana sacra et interiorum religionis doctrinam pertinent, consulto praetermissa esse ipse declarat. Vid. locos supra laudatos.

**) Vid. Dahlmann. Herodot. pag. 184 seq.

***) Nolo hac in re testimonia congerere, quae affatim Herodotei libri quâvis fere pagina exhibent. Atque vel ubi errat, facile erroris causam intelligas. Uno defungar exemplo II, 34; de quo vid. Kruse De Istri Ostiis p. 32 seq. 34.

cus, historiaeque pater vocandus, si quidem veram illam historiae notionem, quam animo impressam habuit, primus quoque in opere superstite exhibere studuit.

§. 11.

Hanc autem historiae notionem Ipse indicare videtur in operis ingressu, ubi ambitum declarat initiumque rerum ab ipso narratarum constituit. Loquitur enim ita I, 5: *ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔρχομαι ἔρῳν ὡς οὕτως ἢ ἄλλως κως ταῦτα ἐγένετο· τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἑλληνας, τοῦτον σημήνας, προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου, ὁμοίως μικρὰ καὶ μεγάλα ἄστεα ἀνθρώπων ἐπεξιών· τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἦν, τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε· τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ ἦν μεγάλα, πρότερον ἦν σμικρὰ· τὴν ἀνθρωπίνην ὧν ἐπιστάμενος εὐδαιμονίην οὐδαμὰ ἐν ταῦτά μένουσαν, ἐπιμνήσομαι ἀμφοτέρων ὁμοίως.*

Reiicit igitur, quae de prioribus temporibus fabulis involuta ferrebantur et a logographis tradebantur; maluit certa sectari indeque suae historiae initium ducere a Croeso, de quo primo certiora ipsi innotuerant, Lydiam, ubi olim ille regnarat, perlustranti. Hinc statim post mentionem rixarum, quae inter Graecos barbarosve, quibus enarrandis suum opus destinarat, *) olim exortae in Darii et Xerxis expeditionibus quasi repetitae finemque assecutae videantur, narrandi initium facit a Croeso Lydo; quoniam, nisi, quae bellis Persas inter atque Graecos gestis proxime antecesserint, accurate cognoris, haec ipsa bella eorumque rationes et causas vix rite intellexeris. **)

*) Vid. modo operis prooemium: *Ἡροδότου Ἀλικαρνησῆος ἱστορίας ἀπόδεξις ἦδε· ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωμαστά τὰ μὲν Ἑλλήσι τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα ἀλλεῖα γένηται· τὰ τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι* (ubi, quod hoc loco addere placet, Aug. Matthiae in Ephemeridd. Ienenss. 1828 nr. 169 p. 389 *τὰ τε ἄλλα* reddi vult: *quam reliqua*, quoniam in antecedentibus sensu quidem contineatur verbum *διηγείσθαι*. Sed ita iam Wytttenbachius, quem attulimus, locum intellexerat in Selectt. Historicc. p. 333.)

**) Herodotus si chronologiā duce historiam enarrare voluisset, ab Assyriis potius proficisci indeque ad Medos Persasque et ad bella cum Graecis gesta descendere rerumque historiam ad sua usque tempora continuare debuisset. Neque vero tale universi le quod dicuntur historiae opus ille condere voluit, quamquam quale nunc exstat, talis operis vices utique nobis sustinere debet; sed bella barbarorum cum Graecis enarrare et quidem ipsis Graecis in animo habuit; itaque ab ea terra exorditur, quae rixarum omnium origo et quasi fons Graecorum ora maxime in se converterat; atque e Lydia demum ad Persarum ac deinceps ad Graecorum res transit. Monuit Creuzer. Hist. Kunst d. Gr. p. 138.

Per Croesum sponte devenimus medias in Lydorum res, quas Noster hac occasione oblata, quam etiam in aliis nunquam praetermittere solet, ut scilicet quaecunque de aliqua terra eiusque incolis rerumque gestis comperta habeat, in medium proferat, accuratius et diligentius persequitur; Lydorum vero regnum cum a Persis duce Cyro eversum esset, paulo ante quam Graecis bellum esset illatum, oratio redit ad Cyrum et Persici regni initia, quae Medorum quoque imperium, unde illud exorsum erat, complectuntur. In Persis autem eorumque rebus gestis iam ita versatur oratio, ut vel Graecorum res his magis annexae videantur, quorum ipsorum libertas a Persarum invasione vindicata salusque asserta praecipuum operis argumentum haberi debet. *) Nam in eo vim suam apertissime declaravit divinum numen, quod omnes moderatur res humanas et in rerum natura sic dominatur, ut qui illud non revereantur, vindictam cum magno suo damno persentiscant. Id igitur quum in omnibus rebus humanis sit conspicuum, insigniori quodam modo apparuit in ipso illo bello, quod sibi historiae pater enarrandum sumserat. Itaque a Cyro, cuius res gestae usque ad finem libri primi exponuntur, oratio progreditur ad Cambysem eiusdemque res persequitur: in quibus cum Aegypti expugnatio praecipuum obtineat locum, pro more suo Herodotus hac occasione oblata, de huius terrae indole, incolis, saceris, aliis uberius disserit. A Cambyse transit ad Darium Hystaspis, qui quomodo Cambyse mortuo magorumque seditione exstincta ad regnum evectus sit et quomodo illud ordinarit, accurate exponitur. Sequuntur reliqua ab eo gesta, bella cum Scythis et Libyae populis gesta, quae ipsa occasionem patri historiae praebent, de Scythia ac Libya pluribus disputandi (nam hae terrae parum ante ipsum Graecis cognitae fuisse videntur); tum expeditiones adversus Graecos susceptae: quo ipso demum ad praecipuum ac primarium libri argumentum auctor accedit libro quinto. Thraciam et Macedoniam a Megabazo subactam, Ionum rebellionem ab Aristagora motam et mox sedatam, Mardonii expeditionem in Graeciam enarrat; tum sexto libro ad Graecorum res domesticas, quales illa fuerint aetate, transit, de Datis atque Artaphernis expeditione, quae pugna Marathonica finita est, exponit; septimo et octavo de Xerxis expeditione in Graeciam refert, nono pergit in exponendis huius belli vicibus usque ad Persarum reditum, quo bellum finitum est. **)

*) Vid. Creuzer. Hist. Kunst d. Gr. p. 139: „Die Persische Geschichte bleibt nun ferner auch der Grundfaden, auf dem das ganze Gewebe aufgerichtet wird, denn die Perser sind es, gegen welche die grosse That gethan, die Freiheit gerettet worden ist.“

**) Plura de singulorum librorum argumento et narrationis connexu qui cupiant, vid. Dahlmann. in Herodot. p. 138 seqq.

§. 12.

Sed haec ne quis credat sola esse, quae in his libris posteritatis memoriae tradita Noster reliquerit, plura alia his addita et inserta videmus, quae occasione oblata praetermittere cum nollet, in medium protulit, quod illa aliqua certe ratione scitu utilia aut ad finem, quem assequi voluit, accommodata habuit. Hinc in Herodoteis libris haud paucae occurrunt digressiones sive episodica: de quibus satis diximus in nott. ad I, 23. 56. 131. III, 60. IV, 30. 145. 167. V, 55. V, 92 §. 2. VII, 171. *) Neque hae digressiones huiusmodi sunt, ut, quod primum sibi habuit Herodotus quodque imprimis demonstrandum sibi proposuerat, id minus cognosci possit. Hoc autem primum, quo omnia singula continentur, unde omnia suspensa sunt, unde lucem suam ac quasi vim accipiunt, positum **) cernimus in barbaris, orbis terrarum dominis, Graecorum vi prostratis, deo ultore atque vindice Graecos adiuvante prosperunq; successum parante. Hinc operis finis, ubi de barbaris vindicta sumta iique gravi damno afflicti sunt. Ita et Graecos libertatis studiosissimos, celebrare et divinam vindictam s. divini numinis vim commonstrare potuit auctor, patriae amore aequae ac pia in deos reverentia commotus. Quae ipsa cum omnem animum penetraret religiosissimumque redderet scriptorem, cavet quoque eundem ab omni mendacio fidemque inde conciliavit summam eius narrationibus, in quibus ubivis reperimus virum omni partium studio exemptum nec ipsis Graecis patrocinantem contra id, quod verum et iustum sibi videbatur. Vid. locos supra allatos.

Hoc vero cum unum sit primum, singula quaeque completens et ad se revocans, Herodotum, rerum scriptorem, efficit ut poetis epicis similia sectantibus adscribamus eiusque historiis speciem epici carminis tribuit. Nam multum utique abest, ut, qui *δηρικώτατος* iure appellatur, ***) talem modo esse appareat in singulis locutionibus, dictionibus, vocabulis ex Homero petitis atque in suum

*) Vid. Creuzer. *Histor. Kunst d. Griech.* p. 141—146. Vel in hisce Homeri exemplum Herodoto fuisse obversatum vult Dionysius *De Thucyd.* Iud. VI p. 771.

**) Vid. Creuzer. *l. l.* p. 141, ubi Dionysii iudicium (*De Thucyd.* Iud. VI p. 826) disquirat Herodotum atque Hellenicum statuentis narrationem secundum loca distribuisset et conformasse. Et conf. quoque Meierotto in *scriptione supra §. 10* laudata p. 599 seqq.

***) Longin. *De sublim.* §. 12: *μόνος Ἡρόδοτος Ὀμηρικώτατος ἐρέ- νετο.* De Herodoto Homeri exemplum secuto eundemque imitante diligenter observavit quoque Meierotto *l. l.* p. 581. 584 seq. 586. 588. 592 seq. 595. Add. Alb. de Longh. *de Herodoti philosoph.* p. 18 coll. 21.

opus translatis, quod proxime adscendens ad carmina, quae sola olim literis consignabantur, vel in soluta oratione haud pauca ligati sermonis vestigia retinere debuit, ut etiam *ὀμηρικώτατον* esse illum inveniamus in omni operis indole atque conformatione ad epicum carmen proxime accedente. *) Ex Homero **) quoque ductam esse eam notionem, quam per Herodoti libros regnare modo diximus, *de divina mente* atque *invidia* sive *vindicta*, tradit Eustathius: qui num recte statuatur necne, deinceps intelligitur; ***) nos in naturam potius atque vim huius divinae mentis omnia moderantis et regentis inquiramus, quo simul Herodotei operis ratio melius nobis pateat ipsiusque scriptoris consilium in historia scribenda luculentius perspicatur. De diis vulgo receptis quid senserit pater historiae, non ita enuntiat, quum pia reverentia ductus †) talia celare mallet quam temere in publicum prodere; indeque etiam ea efferre noluit, quae mysteriorum doctrinae initiatum sanior atque purior ratio docuerat. Quamquam supra vulgus illum sapuisse et altius quid secum statuisse, liquido ex iis patet, quae supra iam attuli de eius studio, res miras easdemque minime credibiles, cum a natura rerum prorsus abhorre-

*) Vid. Creuzer. Die histor. Kunst d. Gr. p. 146. 148 coll. 155 — 157. C. A. Böttiger. Prologus. De Herodoti historia ad carminis epici indolem propius accedente Vimar. 1792. 4 et in Ruperti et Schlichthorst. Comment. philoll. (Brem. 1794) T. I p. 41. T. II p. 54. Geinoz. in Mém. de l'Acad. d. Inscript. T. XXIII p. 101 indeque vernacule in Gatterer. hist. Bibl. X p. 29—136.

**) Satis hinc apparet, Herodotum Homeri carmina, qualia nunc feruntur, uno volumine comprehensa novisse et eam, quae vulgo apud nos recepta est sententia, de iis habuisse, nec desunt quoque alia testimonia II, 116, ubi cf. nott. T. I p. 740 coll. II, 120. — IV, 29 coll. 32. — V, 67. VII, 161. II, 53. 23 coll. IV, 32. T. II p. 338. Conf. Creuzer. I. I. p. 155 seq. Moneo hoc propter eos, si qui adhuc sunt, qui Homeri carmina per multorum annorum adeoque seculorum decursum orta, postmodo demum a Pisistrato Athenis in unum corpus, cui Homeri nomen fuerit praepositum, collecta esse putent. A qua sententia longe abesse patrem historiae, non est quod operose commonstremus; qui quum Pisistrati res tam diligenter exponat, num eum Pisistrati merita de Homero silentio praeteriisse credibile est? Tum sane non opus habuisset Homeri aetatem definire II, 53: quam carminum fama ab historiae patre definitam vult Nitzsch. Melett. de Histor. Hom. fasc. II P. II p. 21. 38, ubi etiam bene monet, cum hac Herodoti computatione egregie convenire Apollodorum, qui in aetatum seriem et notas accuratissime inquisierit.

***) Conf. etiam Alb. de Ionh. I. I. p. 27.

†) „Relativement au culte des Dieux, Herodote montre l'attachement le plus vif pour ce qu'on peut appeler la religion nationale et un respect profond pour tous les objets de foi, pour toutes les opinions religieuses que la tradition des pères avoit fait passer aux enfans et que le peuple avoit scrupuleusement adoptées.“ Meierotto I. I. p. 647. Et conf. quoque Alb. de Ionh. De Herod. philosoph. p. 25. 26.

reat, ad id, quod verum est, revocandi atque e naturali rerum cursu explicandi. Atque huc etiam referre possis I, 131, ubi Persas, *quem-admodum Graecos*, θεοὺς ἀνθρωποφυέας statuisse negat, eo ipso indicans, Graecorum deorum vulgo receptorum naturam sibi bene esse cogitanti. Adde II, 53: ἐνθεν δὲ ἐγένετο ἕκαστος τῶν θεῶν, εἴ τε δ' αἰεὶ ἦσαν πάντες, ὁποῖοί τε τινες τὰ εἶδεα, οὐκ ἠπιστέατο μέχρι οὐ πρώην τε καὶ χθές, ὡς εἰπεῖν λόγῳ; et potissimum ea, quae de Neptuno disserit VII, 129. T. III, p. 630. Hinc quoque IX, 65 fin. δοκέω δὲ, εἴ τι περὶ τῶν θείων προηγημάτων δοξέειν δεῖ, ἢ θεὸς αὐτῆ σφραγὸς οὐκ ἐδέξατο κ. τ. λ. Itaque recte mihi sic statuere videtur Jaeger. Diss. Herodod. p. 31: „*In universum in aprico est mentis Herodoti cum patria religione conspiratio. At non minus elucet, cum altiori collocatum loco, iudicantem potius quam temere credentem ad eam accedere.*“

Quaeritur igitur quid altius Noster senserit et qualem divini numinis notionem animo impressam tenuerit, ut ex ea, quae huius numinis est vis atque potestas in res humanas, rerum, quae accidunt, omnium sive natura sive necessitas intelligatur. Namque ex Herodoti sententia cum hominis certa sit conditio quaedam finesque positi ac termini, intra quos illum sese tenere necesse sit, certusque etiam opum ac divitiarum modus destinatus, eum, qui hunc modum divinitus constitutum excedere velit, divinum reprimit numen sive deus ille omnium rerum vindex, qui ordinem in rerum natura constitutum tuetur eo quod superbos homines altiusque sese elferre conantes a felicitatis quem obtinuerunt gradu deiicit atque calamitate immissa eos poena merita afficit. Quidquid enim in rerum natura nimium est atque iusto altius sese extollit, id divina illa vis reprimit atque intra fines suos compellit. *) Hanc vero divini numinis vim in sua historia potissimum commonstrare voluit Herodotus; ad hanc omnia fere refert, quae inde demum suum locum accipiunt atque ordinem. Haec per totum opus quasi regnat primaria divinae mentis notio, quâ deum omnium rerum moderatorem habeamus, qui aequabilitatem naturâ constitutam servet integram eamque omnibus modis tueatur incontaminatam. Hominis mortalis conditio, si cum illa divinae mentis vi ac potestate, cui ille se plane subiicere debet, comparetur, in-

*) Vid. potissimum VII, 10 §. 5: ὁρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα ὡς κροαννοὶ ὁ θεὸς οὐδὲ εἶ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σικιρὰ οὐδὲν μιν κινεῖ; ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα αἰεὶ καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει τὰ βέλεα; φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν· οὐ γὰρ εἶ φρονέειν μέγα ὁ θεὸς ἄλλον ἢ ἑαυτόν, ubi vid. nott. T. III p. 453. Creuzer. Histor. Kunst d. Gr. p. 149 seq. Conf. etiam III, 103. IV, 166. VIII, 13 (ἐποιετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅπως ἀνέξει-σωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν μηδὲ πολλῶ πλέον εἶη), alia, quae paulo post excitantur.

firma atque debilis, eiusque virtus omnis consistit in ea temperantia ac moderatione, quâ divino numini sive legi divinae et omnium in natura rerum ordini inde constituto, se subiiciat nec quidquam contra temere suscipiat, illamve legem egrediatur. His consentanea sunt, quae de humanarum rerum statu et vicissitudinibus, et de tristi ipsius hominis sorte hic illic enuntiata reperiuntur. *)

Quum enim, quae ab hoc divino numine semel constituta sunt, mutari aut retractari nullo modo possint, apparet simul *fati* illa necessitas cum divini numinis notione arcte coniuncta, quam nemo unquam, neque mortalis neque deus ipse evitare aut mutare possit. **) Hac vero dei omnium rerum moderatoris fatumque constituentis notione alteram quoque *divinae iustitiae* atque *providentiae* notionem contineri sponte intelligitur; de hac cum satis dictum sit ad III, 108. T. II p. 198, nunc plura dicere non attinet; *iustitiam divinam* in iusta illa rerum omnium distributione servanda proportionemque divinitus in rerum naturâ constituta adversus impiorum ac superbiorum hominum conatus tuenda cerni volumus, quae cum improbos merita poenâ afficiat eamque vel ad stirpem illorum extendat ***) , *divinae vindictae* quoque vim habet iureque *νέμεσις* vocatur in Herodotea narratione. †) Inde deus s. divini numinis illa vis fatalis, quae in vindicta tali cernitur, dolos fraudesque adeo nectere dicitur, quibus mortales superbos in perniciem agat, inscios quae ipsis imminant mala; ††) nec mirum, quod divinum illud numen hominibus ob nimiam felicitatem ultra terminos mortales se efferentibus et divini numinis naturam affectantibus *invidere* dicitur, deusque ipse vocatur *φθονερός*. †††) Neque tamen hac divini numinis vi fatique ne-

*) Vid. verbi causa I, 32. 86. 207. III, 43. VII, 203 ibiq. nott. T. III p. 753. V, 4 ibique nott. T. III p. 6 seq. VII, 46. T. III p. 517. 518. Conf. etiam Alb. de Iongh. de philos. Herodot. p. 58 seq.

**) Vid. I, 91 ibique nott. T. I p. 229. III, 43 ibique nott. T. II p. 81. V, 33. 94 §. 4. VII, 18 ibiq. nott. T. III p. 471. IX, 16. T. IV p. 229. Hinc ne iis quidem sacrificiis, quibus mala divinitus imminencia avertere vulgo student mortales, ullam vim tribui videmus contra haec fati sive divini numinis decreta. Vid. VII, 191. 189.

***) Prava parentum s. maiorum facinora in posteris puniuntur. Vid. I, 91 ibiq. nott. T. I p. 229. VI, 86 §. 3 et nott. T. III p. 349. VII, 134 ibiq. nott. T. III p. 637 coll. VII, 137 p. 642.

†) Vid. potissimum I, 32 T. I p. 81 et I, 34 coll. III, 40. 128. IV, 166. 205. T. II p. 640. VI, 84. VII, 137. VIII, 108 (T. IV p. 144) et 109. 129. IX, 64. Alb. de Iongh. De Philosoph. Herodot. p. 40 seqq., qui idem p. 50 de *providentia*.

††) Conf. II, 120. coll. IX, 91. — IV, 79 coll. II, 161.

†††) Conf. I, 32 ibiq. nott. T. I p. 81. III, 40. IV, 205. VII, 10 §. 5. VII, 46 fin. Alb. de Iongh. l. I. p. 32 seqq.

cessitate omnem liberam hominis voluntatem arbitriumque tolli credam, *) modo iustos intra terminos rerum natura atque aeterna necessitate mortali positos ille se contineat; quos si excedit superbiâ inflatus, divini numinis potestate repellitur, nec libere agere potest; nam quidquid agit, id irritum erit neque quidquam valebit contra aeterna divinae necessitatis decreta. Haec autem fati vis ac notio quam coniuncta sit cum poetarum antiquorum, Aeschyli, Sophoclis, aliorum notione de fato eiusque necessitate, haud opus pluribus demonstrare. Vid. modo Creuzer. in *Histor. Kunst d. Griech.* p. 152 not. Unius Aeschyli hic mentionem faciam qui in Persarum fabula idem fere, quod Herodotus sibi consilium propositum habuisse videtur, quum insigniori quodam exemplo commonstrare vellet divini numinis illam vim, quâ superbiam mortalium sese efferentium reprimat eorumque opes, vel si maximae videantur, confringat atque contundat. Bene perspexit Iacobs (*Vermischt. Schrift. V p. 586*) et qui ab eo laudatur Suvernius. **) Add. Blümner: *Ueber d. Idee des Schicksals in den Tragöed. d. Aeschyl.* p. 83 seq. Neque vero hoc *fatum*, quale sibi constituerat Herodotus, prorsus convenit cum *fortuna*, quae vulgo dicitur, quantumvis subiade utriusque notio confundi et quasi coalescere videatur. Namque in *fortuna* (τύχη) inest temeritas atque inconstantia; in *fato* necessitas aeternusque ille rerum sive causarum nexus, quo ad divinae mentis ab initio haec ad certum ordinem constituentis vim omnia in rerum natura revocantur. *Fatum* igitur ut necessitatem ita mentem quoque divinam quodammodo in se continet; fortunae notio vaga atque inconstans non certis finibus continetur, nec ipsa certum tenet modum ordinemque. Insignis hanc in rem locus exstat IX, 91: εἶτε κληδόνος εὔρεσεν — εἶτε καὶ κατὰ συντυχίην, θεοῦ ποιεῦντος. Quum enim ne fortuna quidem divinae mentis prorsus experts sit, hinc, opinor, dicitur *θείη τύχη* IV, 8, ubi cf. nott. T. II p. 288. V, 92 §. 3. I, 126

*) Conf. Jaeger. *Dispp. Herr.* p. 40, ubi qui assertur locus VII, 157, eum huc minus referri posse credam. Quod vero idem Jaeger. ab Herodoto tolli statuit internum rerum connexum sive pragmatismum, quem vocant, cum omnia extrinsecus imposita necessitate contineantur, secus mihi videtur. Inest utique pragmatismus in Herodoteo opere, sed diversus ille a posterioris aetatis historicorum ratione, qui quum ab humanis omnia ducant consiliis iisque omnia metiantur ac diiudicent, ab Herodoto discedunt divinitus quasi omnia constituyente et a divini numinis vi ea repetente, quae illi naturali e rerum cursu, quem ipsum divinum Noster habuit, repetere atque explicare student. Conf. Creuzer. *Die Hist. Kunst etc.* p. 158 seq.

**) Comparantur ibi Aeschyli versus, qui primarii sunt hac in re, 91 sqq. 470. 720 sq. 742 sq. 791. 805 cum Herodoti locis VII, 10 §. 5. 6. VII, 46. 47 et potissimum VIII, 109, ubi quae Themistocles eloquitur, cum iis, quae Aeschylus sensisse videatur, apprime conveniunt.

ibique nott. T. I p. 301. *) In iis vero, quae fati necessitate rerum-que divinitus constituto ordine atque aeterno nec mutabili divinae mentis consilio fiunt, utitur verbo ἔδεε, aut χοῖν **) aut similibus quibusdam. Et quum in his non tam accurate definitam notionem haberet, sed obscurum potius sequeretur sensum, nil mirum, quod in ipsis huius divini numinis appellationibus utique variat neque in una eaque certa appellatione acquiescit. Vocatur enim modo θεός, ***) modo ὁ θεός, *****) modo τὸ θεῖον, †) quin etiam subinde δαίμων. ††) Et huc quoque pertinet δαίμονις τις ὁρμή VII, 18 et θεῖον προῆγμα II, 66. VI, 69; huc faciunt quoque adiectiva θεήλατος VII, 18 atque θεοβλαβής I, 127. VIII, 137.

Ex hac autem fati atque divinae mentis notione fluxit divinationis opinio, quam attigi ad VI, 27. T. III p. 258. †††) coll. Creuzer. Hist. Kunst d. Gr. p. 152 seq. nec inde miramur, tam crebro tantaque cum cura atque religione referri oracula, ostenta, prodigia, alia, quibus dii res futaras indicare solent mortalibus; nam ista quoque inserviunt ad divini numinis vim declarandam: id quod imprimis Nostrum voluisse supra diximus. Et qui reputaverit, quantum his tribuerit antiquitas, quantique momenti haec fuerint ad ea, quaecunque sive publice sive privatim agerentur, is curam eximiam, quam pater historiae illis impendit, necessariam quodammodo fuisse facile sibi persuadebit. Vid. nott. ad VI, 98. T. III p. 363. Aliud illud est, si, quid ipse pater historiae de oraculis ac divinatione senserit,

*) Hinc Livius I, 4: „forte quadam divinitus;“ Similia exstant I, 111 κατὰ δαίμονα. VI, 84: ἐκ δαίμονιον. III, 153 et I, 86 σὺν θεῶ.

**) δει s. ἔδεε de eo, quod fato destinatum s. constitutum est, invenitur II, 161. IV, 79. V, 33. V, 92 §. 4 ibiq. nott. T. III p. 179. VI, 135 ibiq. nott. T. III p. 416. VIII, 53. IX, 16. 109. Eodem fere sensu χοή s. χοῖν I, 8 ibique nott. T. I p. 25. II, 173; χρεῶν s. χρεῶν VIII, 141 et 3 ibiq. nott. T. IV p. 4 coll. nott. ad I, 8 p. 25. T. I et V, 49. T. III p. 78. — τὸ πεπωμένον III, 64.

***) Conf. VII, 8 §. 1. IX, 91 et in formula illa modo laudata σὺν θεῶ (εἰπεῖν.)

*****) Conf. VII, 10. IX, 16. Contra etiam ὁ θεός de certo deo II, 24 aut IV, 79.

†) Conf. III, 40. 108. I, 32.

††) Conf. I, 86. 87. III, 119. VI, 12 coll. II, 40. Sic τὸ δαίμονιον II, 20. Recte autem illud contendere videtur C. Hoffmann. (Tragoed. Graec. cum plastic. artis operib. comparata. Mogunt. 1834) p. 29 abstractam τοῦ θεῖον notionem sive ideam, cui nec vita nec vis insit, apud Herodotum nullo modo quaerendam esse.

†††) Φιλέει δὲ κως προσσημαίνειν, εὐτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλις ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι. καὶ γὰρ Χίοισι πρὸ τούτων σημήια μεγάλα ἐγένετο — ταῦτα μὲν σφι σημήια ὁ θεὸς προέδεξε κ. τ. λ.

quaeras. Fidem quandam illis adhibuisse Herodotum, vel ex eo, quem sibi sixerat, oraculorum ac divinationis nexu cum notione illa divini numinis, colligas; accedunt alia quaedam testimonia VII, 57 *) et VIII, 77, **) ubi pius scriptoris animus non audet obloqui oraculis, quamvis subdubitans, uti videtur, de eorum veritate. Distinxisse igitur Nostrum dixeris, nec omnibus eiusmodi dictis temere et continuo fidem addidisse: uti supra §. 10 iam monuimus disputantes de illo veri studio, quo Nostrum insignem fuisse atque prae vulgi superstitionibus sapuisse ostendimus.

Restat denique ut videamus, quid Herodotus de iis, quae post mortem futura sint, animo statuerit. De animae immortalitate ei persuasum fuisse, quem tanto ingenio praeditum, Aegyptiorum atque Graecorum mysteriis ***) initiatum fuisse accepimus, num dubitabimus? Legas mihi, quae scribit II, 123 coll. IV, 95; adde his, quae exstant V, 4 iis simillima, quae divinus vates canit in Ecclesiast. VII, 1 aut in Iob. XIV, 1 et iunge hisce locos I, 31. VII, 46; nil dubium sane, quin animum immortalem esse crediderit Noster, indeque etiam melioris post mortem futurae conditionis spem habuerit certissimam, ut mortem exoptatum aerumnosae vitae duceret perfrugium morique melius esse existimaret quam nasci. Ad quam sententiam sponte ducebat humanae fragilitatis atque infirmitatis notio, de qua supra diximus; qui enim si peccat, poenam eamque gravem luit nec talis est, qui peccatum evitare rerumque aequabilitatem, quam severe tuetur deus omnium vindex atque ultor, servare ubique possit, is perpetuis fere in hac vita iactatus malis atque calamitatibus, meliorem illam sortem non potest non praedicare, in quâ vitae terrestri fluctibus exemptus perpetuam tranquillitatem atque felicitatem se adepturum esse sperat. In hanc vero tristissimam vitae humanae cogitationem omnes incidere, qui christianae religionis luce careant, neminem fugit.

Ex ista autem Herodoti sententia de numine divino eiusque vi ac potestate, de ipsa hominis natura eiusque ratione agendi, qualis a divina mente ei constituta quasi ac praescripta est, haud scio an explicari possit, quae scriptoris fuerit sententia *de rebus publicis*, de ea regiminis forma, quae inter gentes constitui et reliquis praeferrī debeat. Quum enim, quaecumque homines affligere possunt mala, ex

*) τέρας σφι ἐφάνη μέγα, τὸ Ξέρξης ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποίησατο καίπερ εὐσσύμβλητον ἐόν. Et conf. etiam locum paulo ante allatum VI, 27.

**) χρησιμοὶ δὲ οὐκ ἔχω ἀντιλέγειν ὡς οὐκ εἰσὶ ἀληθεῖς οὐ βουλόμενος ἐναργέως λέγοντας πειρᾶσθαι καταβάλλειν, ἐς τοιαῦτα πρήγματα ἐσβλέψας. — Ἐς τοιαῦτα μὲν καὶ οὕτω ἐναργέως λέγοντι Βάκιδι, ἀντιλογίης χρησιμῶν περὶ οὗτε αὐτὸς λέγειν τολμῶ οὕτε παρ' ἄλλων ἐνδέομαι.

***) Vid. II, 51. 170 ibiq. nott. II, 171 coll. 3. 45. 46. 65.

ea enascantur superbia, quae iustum modum, quo quisque se tenere debeat, finesque mortalibus positos excedens ad divini numinis vim se extollere gestiat, nihil historiae pater magis exosum habet quam tyrannidem, nec quisquam mortalium magis videtur execrabilis quam tyrannus, in cuius animo haec sive superbia sive insolentia insidens altas egerit radices. Sed ea regiminis forma, quae illam omnium mortalium aequabilitatem quam maxime servare studet, eo quod suum cuique tribuens, neminem supra alios sese efferre patitur, quae igitur habet τὴν ἰσηγορίαν atque ἰσονομίαν, *) primaria videtur Herodoto, quae ceteris longe praestet. Hinc ut tyrannidem maxime aversatur, ita populari imperio ipse magis deditus fuisse videtur. Vid. nott. ad V, 66. T. III p. 112 seq. V, 78. T. III p. 143 coll. V. 92 §. 2. VI, 43. T. III p. 281. 282. VI, 108. T. III p. 379. VII, 156. T. III p. 681 seq. coll. III, 82. Neque vero hunc popularis imperii amorem eo valuisse, ut rerum veritati in narratione offereret ipsumque scriptorem partium studio captum a vero abduxerit, ex iis, quae supra iam diximus, satis apparet; adde quod hanc suam sententiam ille non consulto et apertius enuntiat, sed magis tecte indicat, cum ab historiis suis talia, quae ad animum scriptoris magis, quam ad rerum narrationem pertineant, abesse maluerit.

§. 13.

Opus Herodoteum, quale nunc legimus, in novem libros, qui singuli Musarum nominibus inscripti sunt, divisum videmus. Quae tamen divisio ab ipso auctore num profecta sit, iure dubites; quandoquidem ille nunquam singulos libros ita divisos et inscriptos novit, sed ad prius narrata si respicit, λόγους in universum vocat sive τοὺς πρώτους sive τοὺς ὀπίσω, τοὺς ὀπίσθε λόγους, ἐν ἄλλῳ λόγῳ, et quae sunt his similia, quibus singulas narrationis partes, quas nunc accuratius distinctas et Musarum nomine ornatas videmus, Ille indicare solet. Iam monuit Wesseling. in Praefat. §. 2, ubi quaedam addidit Schweighaeuserus. Tu vid. quae notavimus ad I, 75. 105. V, 22 coll. II, 38. 161. VI, 19. VII, 213. Itaque eam, quae nunc obtinet librorum et divisionem et appellationem ab Herodoto ipso factam esse negamus; qui si illius utriusque auctor esset, eam certe quoque adhibuisset. Appellationis originem Lucianus indicare videtur in Herod. 1. T. IV p. 117 ed. Bip. οὐ θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρῆχεν ἑαυτὸν, ἄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχοι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα

*) Conf. nott. ad III, 80. T. II pag. 144 seq. et ad V, 78. T. III pag. 143.

καὶ ἀντάς; quae eadem fere exstant in libr. Quomodo histor. conser. §. 42 p. 48 Herm. Unde hoc certo mihi colligere posse videor, Luciani aetate hanc et distinctionem et appellationem iam obtinuisse, ab Alexandrinis, opinor, criticis introductam, quos, ut aliis rerum scriptoribus, ita Herodoto peculiarem quandam curam impendisse nemo nescit. Nec desunt similes operum tituli. Bion rhetor, teste Diogen. Laert. IV, 58, novem quos ediderat libros *Musarum* nominibus inscripsit. Cephalionem, qui rerum scriptor Alexandri aetate floruisse fertur, historiae libros Ionico sermone scriptos, *Musarum* nominibus insignivisse narrat Photius Bibl. Cod. LXVIII p. 34 Bekk., idemque fecisse Aurelium Opilium testatur Sueton. De illustr. Gramm. ep. 6. Aeschines, eodem teste Photio Cod. LXI init. p. 20 Bekk., tribus orationibus *Gratiarum*, novem epistolis *Musarum* imposuit nomina. Num vero Theopompi aetate, qui duobus libris conceptam Herodoti epitomen scripsisse fertur, Herodoti opus iam ita, uti nunc videmus, divisum et inscriptum fuerit, id in tanta fragmentorum huius epitomae paucitate definiti nequit. *)

§. 14.

Herodotus, Halicarnasso Dorum civitate oriundus, Ionica tamen dialecto libros suos condidit, qua eadem Ctesiam, **) Hippocratem, Democritum, alios usos esse accepimus, tunc temporis maxime excultâ et florente. Ac Ionicae dialecto Herodotum Sami, quâ in insula longius certe illum commemoratum esse supra diximus (§. 4), assuevisse quod scribit Suidas ***) loco supra laudato, pro mera coniectura id habendum esse pronuntiat Jaeger. Dispp. Herodd. p. 7, ubi sic pergit: „Res et per se parum probabilis et convincitur Samiae dialecti forma, ab Etymologici Magni scriptore servata, Δεύυσος, †) ab Herodoti dialecto aliena. Dubium non esse videtur, quin dialectus, qua Herodotus usus est, fuerit forma dialecti Ionicae Carica, ††) eadem,

*) Fragmenta huius epitomae quae exstant pauca collegit et illustravit G. Frommel. in Creuzeri Melett. III p. 135 seqq.

**) De *Ctesia* dixi in Prolegg. ad Ctes. fragm. p. 20. 21, ubi vid. Salmas. De Hellenist. p. 41 — 42. De *Democrito* conf. Aelian. V. Hist. IV, 20. De *Hippocrate* satis constat.

***) Verba sunt: ἐν ὄν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσηθήθη διάλεκτον.

†) Vid. p. 259, 30 et cf. Hesych. I p. 496. ubi ἀποφλάσαι ῥογγάσαι Κρήτες καὶ Σάμιοι. Fischer. ad Weller. I p. 54.

††) Herodot. I, 142. Qui locus a Jaegero allatus sic se habet: Μίλητος μὲν αὐτῶν πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσσηβρίην· μετὰ δὲ Μρούς τε καὶ Πιρήνη· αὐταὶ μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοιοῦνται, κατὰ ταῦτα διαλεγόμεναί σφι.

qua et Hecataeus scripserat Milesius. Ad huius potissimum et orationis et linguae rationem sese conformaverit necesse est; quaeque exstant Hecataei fragmenta, magnam ostendunt utriusque sermonis similitudinem.“ Subiiciam his Creuzeri verba in fragm. historic. p. 18: „Etenim Eustathius ad Homer. Il. I p. 7 Basil. et alia disputat et illud addit: *Herodotum Pherecydis et Hecataei in orationis genere similem esse. Quod uti non praecise negaverim, ita nullus dubito, si Hecataei quidam liber integer exstet, plurima repertum iri, unde patefiat elegantior quidam cultus, quem prosaica Ionum oratio Herodoti artificio debeat.*“ Quae ut verissima disputata videntur, ita Iaegeri illam sententiam, quã *Carica* Herodotum contendit usum esse dialecto, non habeo, quibus accuratius probem. Nihil dubium, quin, quã aetate pater historiae scripsit, Ionum dialectus maxime culta et propagata fuerit, unde factum, ut et Herodotus et alii; quos supra nominavi, illa uterentur necesse esset. *) Hinc vel Hellenicus, qui Herodoti suppar censetur, Ionicam dialectum in libris suis praetulisse videtur; quippe cuius in fragmentis adhuc quaedam superesse dicunt Ionici sermonis vestigia; **) quid quod Pherecydis historias eodem Ionum sermone conscriptas esse valde fit probabile? ***) De Hecataeo Milesio satis testantur reliquiae; et diserte tradit Hermogenes de Ideis II p. 513 †), Hecataeum usum esse *τη διαλέκτω ἀκράτω Ἰάδι*, Herodotum vero *ποικίλη* i. e. *multis orationum figuris et numeris variegata*, ut explicat Wesseling. Diss. Herod. X p. 146, vel potius, *mixta* i. e. non pura Ionica, sed variata, aliis epici et vulgaris sermonis formis admixtis. Apud Phot. Cod. LX p. 59. *Ἰωνικῆς διαλέκτου κανὼν* vocatur Herodotus, et a Dionys. Halic. Epist. ad Cn. Pomp. VI p. 775 Reisk. *Ἰάδος ἀριστος κανὼν*. In sepulcri inscriptione autem Herodotus vocatur *Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίας πρῶτανις*.

Quae quum ita sint, operae sane pretium, accuratius in eam, quae Herodotei sermonis fuerit, formam inquirere. Quem enim Ionica dialecto scripsisse diximus, is haudquaquam in omnibus ita certas

*) Vid. Dionys. Halic. VI p. 864. (p. 146. 147): οἱ δὲ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ γενομένοι πολέμου καὶ μέχρι τοῦ Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας, ὁμοίως ἔσχον ἅπαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ προαιρέσεις· οἱ τε τὴν Ἰάδα προσεβόμειον διάλεκτον, τὴν τε τοῖς τότε χρόνοις μάλιστα ἀνθ' οὗσαν καὶ οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα μικρὰς τινας ἔχουσαν διαφορὰς παρὰ τὴν Ἰάδα κ. τ. λ.

**) Vid. Sturz. ad Hellenici fragm. p. 25 coll. p. 44. 143.

***) Vid. Sturz. ad Pherecyd. p. 74 seq.

†) locus ipse sic se habet: (Hecataeus) *τῇ διαλέκτω δὲ ἀκράτω Ἰάδι καὶ οὐ μεμιγμένῃ χρησάμενος οὐδὲ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ποικίλη ἤτιόν ἐστιν ἔνεκά γε λέξεως ποιητικός.*

quasdam leges sequi videtur, ut omnia ad unam eandemque normam dialecti Ionicae constituta sint; quin hoc ipsum posterioris aetatis grammaticorum studium fuisse, ut Herodotum, quem in singulari formis verbisque non omnia ad unam regulam certam exigere invenerant, corrigerent et ad Ionicae dialecti canonem, quem sibi finxerant, magis conformarent, ut sui ipsius magis constans ille appareret, vestigia quaedam indicare videntur. *) Nimirum illos grammaticos idem offendisse videtur, quo vel nostra aetate haud paucos viros doctos offendi videmus, quod scilicet Herodotus non omnia accurate ad Ionicae dialecti leges normamque exegerit, sed alias aliarum quoque dialectorum formas promiscue adhibuerit, ne in ipsis quidem Ionicis formis sibi prorsus constans, quarum in locum vulgaris aut epici sermonis formae haud raro succedant, ita ut nulla appareat causa, cur hanc sive illam formam praetulerit. Auxerunt hanc sive varietatem sive inconstantiam librarii codicum incuriosi, **) prave formas varias permiscentes nec ita discernentes, ut in locis dubiis criticus habeat, quod sequatur, praesertim cum vix adhuc certo constet de singulis huius dialecti formis flexionibusque nec ipsa grammaticorum praecepta cum iis, quae singulis locis apud Herodot. libri scripti afferunt, concinant; quin quod ipsi grammatici veteres ex Herodoti libris quaedam afferunt ***) , quae in Herodoto, qualem nunc scripti libri exhibent, frustra quaeras. Quae quum ita se habeant, Wesselingio satius videbatur optimos quosque sequi codices, praecepta grammaticorum enotare et ad textum melius constituendum, quoad per libros liceret, adhibere; eumque hac in re, alios ut taceam, secutus est Reizius, deseruit Schaeferus, qui formarum quandam constantiam, quam in Herodoti editionibus aegre desiderabat, restituere cum vellet, omnia ad unam eandemque normam certamque Ionici sermonis regulam ita exegit, ut, parem sibi reddere cum conaretur Herodotum, mox tamen ipse intelligeret, quam temere egerit. Itaque in via subsistens ad priorem Wesselingii rationem utpote tutiorem at-

*) Conf. Ephemeridd. Jenens. 1817 nr. 161 p. 352 et add. H. Apetz., qui ad Herodot. II, 121 p. 290 suae edit. ita pronuntiat: „Nimia fuit grammaticorum prae ceteris opera, quam in eo collocarunt, ut Musae Herodoti mulierum Ionicarum more pretiosis indutae vestibus incederent. Nonnullas verborum formas, quas in textu retinendas editorum religio curavit, huic inutili studio debemus.“ — Non dubito, quin complures harum formarum ionicae vel potius poeticae ex versibus Homeri et Pythiae, quos Herodotus historiis inseruit, in textum irreperierint.“ Add. Struve Quaest. Herodd. Specim. I p. 10.

**) Ac merito conqueritur Struve Quaest. Herodd. Spec. II pag. 15 plerosque codices Herodoti in talibus, quas minutias vulgo habent, non satis accurate collatos esse.

***) Conf. Wesseling. Diss. Herod. VI p. 48 seq.

que certiore redire maluit. Ac iuvat ipsa viri praestantissimi verba huc apponere: *) „Quum primum Herodoto recensendo manus ad-
 „movissem, hanc mihi legem scripseram, ut formis verborum com-
 „munibus, etiam tum cum codices tacerent expulsis, Ionicas suffice-
 „rem. Hunc morem in prioribus plagulis constanter tenui. Sed mox
 „instituti me poenitere coepit; *pleneque cognovi Herodotum, perinde ac*
 „*ceteros scriptores Graecos, dialectum ad grammaticam ἀκριβείαν non*
 „*ea exegisse, quae vulgo creditur constantia atque perpetuitate.*“ Ca-
 veant inde sibi, qui inconstantiam illam in singulis formis obviam
 librariis solis cum tribuant, in Herodotum grassari temereque omnia
 ad unam quam sibi constituerint normam exigere et corrigere velint.
 Qui constantiam cum sectentur, nonne in maximam inconstantiam
 se incidere vident? si quidem temere hic libros scriptos sequuntur,
 illic deserunt, nulla alia ex causa, nisi quod librorum lectio cum ea,
 quam sibi animo informarunt regula praeceptivae grammaticorum,
 non consentiat. Neque sane ipsum Herodotum credam istam in sin-
 gulis Ionicae dialecti formis constantiam, quam desiderant, novisse
 indeque omnia ad unam eandemque normam exegisse, quae multum
 vereor, ut Herodoti aetate iam exstiterit, quâ dialecti singulae vixdum
 ita discretæ, uniuscuiusque termini ac fines vixdum ita diligenter
 constituti, quemadmodum posterioris aetatis grammaticorum studiis
 id factum esse invenimus; ut sane ex aliis quoque dialectis haud
 pauca in Herodoti sermonem transiisse consentaneum sit. Quodsi
 igitur Hermogenes l. supra l. de Herodoti dialecto loquitur *ποικίλη*,
 id ad eam quoque sermonis varietatem revocare licebit, quâ Ionicis
 formis alias epici et vulgaris sermonis formas Nostrum admiscuisse eo-
 que orationem variasse sive *oratione variata* usum esse putemus, vix
 ullo certo in eligendis singulis formis consilio ductum, sed ea recipien-
 tem, quaecunque animum subirent aut priorum scriptorum usu in-
 troducta sponte sese offerrent. **) Nec talia nobis, opinor, rimari
 licebit, quae a peculiari scriptoris animo ac sensu pendeant indeque
 unice diiudicari possint. Mixto igitur nec finibus certis circumscri-
 pto orationis genere Herodotum usum esse volumus nec quidquam
 aliud nobis faciendum esse videtur, nisi quod Gaisfordium fecisse
 invenimus: codicum meliorum et antiquorum ut sequamur auctori-
 tatem, ne inconstantiam constantiâ tollere cum velimus, ipsi maxime
 inconstantes reperiamur, Herodotumque sui ipsius maxime dissimi-

*) Vid. Praefat. pag. V. Probat Schweighaeuser. Praefat. I, 2 pag. XXIII.

**) Meierotto l.l. p. 596 seqq. de Herodoti dialecto disserens haec ad-
 dit: „peut-on en conclure, qu'il suit ici une règle générale, l'usage reçu, sa
 langue, son dialecte, ou plutôt *ne faudra-t-il pas dire qu'il consulte son*
oreille et la suite?“

lem exhibeamus. Talem enim temeritatem a venerandis antiquitatis monumentis quam maxime abesse debere iudicamus. Quod vero A. Matthiae statuit ad Herodot. II, 87 p. 289: „Qualiscumque sit dialecti Herodoteae licentia, leges etsi non invenimus, esse tamen, quibus harum formarum ad suam quaeque consuetudinem restringatur, nemo facile negare poterit. Res est longioris disquisitionis, quam ut brevi annotatione absolvi possit,“ vix equidem credo huiusmodi leges unquam fore qui reperiatur; quae maxime vereor ut unquam exstiterint animove scriptoris tam definite et clare observatae fuerint. Qui igitur ab Herodoti editore id postulat, *) ut tales sermonis leges rimetur, secundum quas varias hic illic obvias lectiones diiudicet textumque constituat, is talia illi imponere mihi videtur, quae nunquam ab illo praestari posse persuasum habeo. Itaque ne Struvio **) quidem nobis prorsus assentiri licuit; qui vir doctissimus laudabili studio, cui par accessit diligentia summaque sollertia in singulis et colligendis et digerendis, Ionicum Herodoti sermonem ad certas leges et ad iustam formarum constantiam revocandi, quo critico viro certam pararet viam, ut ne in singulis formis eligendis anceps haereret inconstantiae illi formarum singularum ita succurri posse arbitratus est, ut si quam formam plurimis locis Noster, secundum optimorum librorum auctoritatem, constanter tenuerit, eandem quoque in reliquis locis, in quibus paucis alia forma obvia, recipi vellet vel invitis codicibus, a quibus nos in re tam incerta tamque dubia stare maluimus, ***) quum iusta mutandi causa nobis nulla adparuisset, Herodotum una eademque forma ubivis usum esse negantibus et quidem ipso veterum librorum ex testimonio, quorum auctoritatem in talibus deserere nobis non licet. Quamquam non sum nescius, in Herodoto haud pauca ferri menda, quae codicum quotquot supersunt omnium auxilio tolli nequeant, †) de quibus merito iam conquestus erat Wesselingius, ††) si quidem ista tam inveterata sunt, ut codices

*) Conf. Ephemeridd. Jenenss. 1817 nr. 161 p. 352.

**) Quaestionum de dialecto Herodoti Specimen I. II. III. Regimontii 1828 seqq. Tu vid. quae dixi in Seebod. biblioth. critic. 1829. II nr. 98 p. 390 seq.

***) Vid. nott. ad Herod. II, 121. T. I p. 751 ad III, 2. 48 (T. II p. 3. 4. 87) VI, 69. T. III p. 322 coll. ad I, 77. T. I p. 198 et quae dixi in Bibl. crit. I. I.

†) Conf. nott. ad VII, 162. T. III p. 691 coll. IX, 122. Et huc refero mendosum illud *διεπρήσεν* IV, 79, ubi cf. nott. T. II p. 429, eodemque, ut videtur, pertinent VII, 145 *ἐγκρημένοι*, ubi vid. nott. T. III p. 659. VII, 89 *ἐσταλάδατο*, ubi vid. nott. p. 572 seq. VIII, 73 *ἐκδεδιώκεινται*, ubi vid. nott. T. III p. 100.

††) in Dissertat. Herod. X p. 147.

adhuc superstites et ex uno fonte, ut videtur, derivatos superent. Per-
tinent huc etiam, alia ut taceam, frequentiores illi in numeris er-
rores, *) quos scriptoris socordiae aut negligentiae tribuere cum vix
liceat maximam certe partem librariis adscribere malimus. Ac le-
ginus apud Porphyr. Quaest. Hom. cap. 8: πολλὰ φέρεσθαι μέχρι
νῦν ἀμαρτήματα κατὰ τὴν Ἡροδότου συγγραφὴν.

§. 15.

Sed revertamur ad ipsam, qualiscunque est, Herodoti oratio-
nem, quam multas laudes apud veteres tulisse, plura indicant. Hinc
Quintilianus Inst. Orat. IX, 4, 18: „In Herodoto vero cum omnia,
ut ego quidem sentio, leniter fluunt, tum ipsa διάλεκτος habet eam
iucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa videatur.“ Af-
fert autem hoc contra Ciceronem, qui Lysiam, Herodotum, Thu-
cydidem parum studiosos eius artis, quae in orationis compositione
versatur, fuisse dixerat. Neque vero hanc Herodoteae orationis iu-
cunditatem sive pulcritudinem in verbis tantum quaerebant veteres, sed
suavitatem quoque elocutionis, in totius orationis structura et compo-
sitione sitam collaudabant, quum ita scriptor res enarret, ut illae
fando vel iucundiores fiant quam si oculis subiiciantur nostrique
animi inde vel maxime commoveantur. **) Accedit his grata illa
orationis *variatio* in verbis singulis aequae ac tota orationis conforma-
tione bene conspicua. Et quum Herodotus in oratione sua iustum
ubique teneat modum nec ullo modo molestiam creet, extra fines
evagando, quumque singula verba, quin omnis oratio optime dele-
cta reique maxime conveniens inveniatur, praedicatur in Herodoto
μέση λέξις, ***) quae mediocriter temperata delectu constat eorum,
quae in reliquis dicendi generibus videantur praestantissima, eiusque
sermo medium quoddam tenere dicitur inter nimiam austeritatem

*) Conf. nott. ad I, 7. T. I p. 23. I, 32. II, 9. 145. T. I p. 496.
819. VII, 187. T. III p. 732 seq. coll. IX, 29, T. IV p. 251.

**) Conf. Dionys. Halic. De composit. verb. III p. 37—47 ed. Schae-
fer. (ubi exempla ex Herodoto affert I, 6. 8.) IV p. 57 coll. X fin. p. 115,
ubi Herodoteam orationem et dulcem (ἡδέϊαν) et pulcram esse statuit.
Conf. XIX p. 267 seq. Add. Lucian. Herod. 1 init. Hinc apud Athenaeum
III, 15 p. 78 E. p. 309 Schw. Herodotus vocatur ὁ θανάσιωτάτος καὶ
μελιγρός.

***) Conf. Dionys. Halic. De verb. compos. XXIV p. 372 Schaefer. coll.
XIX p. 267 seq. Schaefer. De admirand. vi dicend. in Demosth. §. 41. T.
VI p. 1082 seq. Reisk. (coll. §. 35 seq. p. 1067), ubi Herodoti affert lo-
cum VII, 8 §. 1. Marcellin. Vit. Thucyd. §. 40: ἴσθι ὅτι μέσῳ μὲν (χα-
ρακτηῖρι) Ἡρόδοτος ἐχρήσατο, ὃς οὔτε ὑψηλός ἐστιν οὔτε ἰσχνός, ἰσχνῶ
δὲ ὁ Ξενοφῶν.

atque nimiam venustatem. His autem virtutibus, quae apta et arguementi et orationis electione, verborum grata compositione et varietate, unde maximam orationis ipsius venustatem et suavitatem oriri constat, continentur, Herodotum Thucydidi praestare iudicarunt veteres, *) cui etiam in eo praestiterit, quod unde initium ducendum et quo usque perveniendum, optime scierit. **) Thucydidem ἐν τοῖς παθητικοῖς (i. e. in exprimendis vehementioribus animi motibus) excellere, Herodotum ἐν τοῖς ἡθικοῖς (i. e. in animi affectibus sedatioribus indicandis—im Ausdruck der ruhigeren Gemüthsbewegungen) iudicat Dionysius; ***) cui iungo Quinctiliani iudicium Inst. Orat. X, 1 §. 73: „Densus et brevis et semper instans sibi Thucyd.; dulcis et candidus et fusus Herodotus; ille concitatis, hic remissis affectibus melior, ille concionibus, hic sermonibus, ille vi, hic voluptate.“ Hinc quoque Cicero in Orat. 12: „alter (Herodotus) sine ulla salebris quasi sedatus amnis fluit, alter (Thucydides) incitator fertur et de bellicis rebus

*) Vid. Dionys. Halic. Epist. ad Pompei. §. 3 p. 128. 129. (T. VI p. 767 seqq.) De vet. scriptt. cens. V p. 424 seq. Iudic. de Thucydid. T. VI p. 775—777 Reisk. Equidem insigniora quaedam huc tantum apponam: — ἡδονὴν δὲ καὶ πειθῶ καὶ τέρψιν καὶ τὰς ὁμοιογενεῖς ἀρετὰς εἰσφέρεται μακρῶ Θουκυδίδου κρείττονας Ἡρόδοτος· τῆς δὲ φράσεως τῶν ὀνομάτων τὸ μὲν κατὰ φύσιν Ἡρόδοτος ἐξήλωκε, τὸ δὲ δεινὸν Θουκυδίδης, ὁμοειδῆς πᾶς ἂν ἐν λόγοις. ἀρετῶν ἡ κριωτάτη τὸ ἀρετὸν· ταύτην ὁ Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον ἢ Θουκυδίδης· ὁμοειδῆς γὰρ οὗτος ἐν πᾶσι, ἂν ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον ἢ ταῖς διηγήσεσιν· ἐμοὶ μὲντοι καὶ τῷ φιλότῳ Κανιλίῳ δοκεῖ τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ μάλιστα γὰρ καὶ ζηλωσαί Δημοσθένους· ἵνα δὲ συνελὼν εἶπω, καλαὶ μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφοτέρω· οὐ γὰρ ἂν αἰσχυνθεῖην ποιήσεις αὐτὰς λέγων· διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο μάλιστα ἀλλήλων, ὅτι τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἰλαρόν ἐστι, φοβερόν δὲ τὸ Θουκυδίδου.

**) Dionys. Epist. ad Pompei. §. 3 p. 129, 15, 16 (T. VI p. 769): δευτέρον ἐστὶ τῆς ἱστορικῆς πραγματείας ἔργον, γινῶναι πόθεν γὰρ ἀρχεσθαι καὶ μέχρι τοῦ προελθεῖν δεῖ. φαίνεται δὲ καὶ τούτῳ Θουκυδίδου πολὺ Ἡρόδοτος φρονιμώτερος· ἀρχεταί τε ἀφ' ἧς αἰτίας ἤρξαντο πρῶτον κακῶς ποιεῖν τοὺς Ἕλληνας οἱ βάρβαροι· καὶ προελθὼν εἰς τὴν βαρβάρων κόλασιν καὶ τιμωρίαν λέγει. et paulo antea (p. 767) p. 128, 42: περὶ μὲν Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου ταῦτα φρονῶ· Πρῶτον ὅτι καὶ σχεδὸν ἀναγκαιότατον ἔργον ἀπάντων ἐστὶ τοῖς γράφουσιν ἱστορίας, ὑπόθεσιν ἐκλέξασθαι καλὴν καὶ περὶ αἰτίας ἐπισημνῆσαι τοῖς ἀναγνοσσομένοις· τοῦτο Ἡρόδοδος κρείττον μοι δοκεῖ πεποιημένα Θουκυδίδου· ἐκεῖνος μὲν γὰρ κοινὴν Ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβάρων πράξεων ἐξινῆροχεν ἱστορίαν, ὥς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων ἐξίτηλα γένηται, μήτε τὰ ἔργα καὶ ἅπερ αὐτὸς εἴρηκε· τὸ γὰρ αὐτὸ προοίμιόν τε καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶ τῆς ἱστορίας κ. τ. λ.

***) De Vet. Scriptt. Cens. V p. 425: ἐν μὲντοι τοῖς ἡθικοῖς κρατεῖ Ἡρόδοτος, ἐν δὲ τοῖς παθητικοῖς ὁ Θουκυδίδης coll. Epist. ad Pompei. VI p. 776: Θουκυδίδης μὲν γὰρ τὰ πάθη δηλώσαι κρείττων· Ἡρόδοτος δὲ τὰ γ' ἡθῆ παραστήσαι δεινότερος. Vid. Creuzer. Die hist. Kunst d. Gr. pag. 194.

canit quodammodo bellicum.“ Add. eundem De orat. II, 13 §. 55 et II, 15 §. 64 coll. Visconti Iconograph. Grecque T. I p. 313 seq. Hinc Aristoteles in Rhet. III, 9: ἡ μὲν οὖν εἰρομένη λέξις ἡ ἀρχαῖά ἐστιν· Ἡροδότου Θουρίου ἥδε ἱστορίας ἀπόδεξις; ubi quid sit εἰρομένη λέξις accurate disquirat Turnebus ad Cicer. De Legg. I, 1 p. 532 ed. Moser et Creuz. tractam orationem reddens, die unperiodische Rede, ut Creuzerus interpretatur (Die hist. Kunst der Griech. p. 189) quae eadem a Demetrio (De Elocut. §. 11. 12) vocatur ἡ διηρημένη λέξις. Subiiciam his Dionysii locum hac in re insignem in Iudic. de Thucyd. §. 23 p. 147, 12 (T. VI p. 865 seq. Reisk.) οὗτος δὲ (sc. Herodotus) κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν καὶ κατὰ τὴν τῶν σχηματισμῶν ποικιλίαν, μακροῦ δὴ τινι τοὺς ἄλλους ὑπερεβάλετο καὶ παρεσκεύασε τῇ κρατίστη ποιήσει τὴν περὶ τὴν φράσιν ὁμοίαν γενέσθαι πειθοῦς τε καὶ χαρίτων καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἠκούσης ἠδονῆς ἕνεκα· ἀρετὰς τε τὰς μέγιστας καὶ λαμπροτάτας ἔξω τῶν ἐναγωνίων οὐδὲν ἐν ταύταις ἐνέλιπεν· εἴτε οὐκ εὖ πεφυκῶς πρὸς αὐτὰς εἴτε κατὰ λογισμόν τινα ἐκουσίως ὑπεριδῶν, ὡς οὐχ ἀμοττουσῶν ἱστορίαις· οὐδὲ γὰρ δημιουργοῖαις πολλαῖς ὁ ἀνὴρ οὐδ' ἐναγωνίοις κέχρηται λόγοις οὐδ' ἐν τῷ παθαίνειν καὶ δεινοποιεῖν τὰ πράγματα τὴν ἀλλήν ἔχει· τούτω δὲ δὴ τῷ ἀνδρὶ Θουκυδίδης ἐπιβαλὼν κ. τ. λ. Add. alium locum nou minus insignem in Epist. ad Cn. Pompei. T. VI p. 775 seq., ubi singulas, quibus Thucydidem superat Herodotus virtutes, Dionysius accurate persequitur. Ac denique etiam conferri potest Photius Cod. LX.

Hisce orationis Herodoteae virtutibus adde eam, quam appellant τὴν ἀλήθειαν, *) ad ἡθος, uti tradit Hermogenes, maxime pertinentem et cum ea bene coniunctam, quâ nimirum id, quod cuique proprium naturâ est, tale etiam enarretur et quale revera sit, exhibeatur in oratione, quae uniusque personam diligentius cum tueatur, eo ipso fiat vivida adeoque mimica. Pertinent huc proverbiales locutiones crebrius intersertae, dicta sententiosa saepius obvia, ut quorum magnam sane copiam ex Herodoti Musis colligere possis. Ac denique praedicanda est maxima elocutionis simplicitas **) eaque nativa quaedam, quae nihil fucati aut quaesiti habet, expers omnis artis aut structurae artificiosae, sed sponte scriptoris ex animo profluens omnes, qui ad Herodotum legendum accedunt, mirum in modum capit atque demulcet, praesertim cum in maxima orationis suavitate maximam quoque habeat perspicuitatem, quae haud raro verbo-

*) Conf. Creuzer. Histor. Kunst d. Gr. p. 195 seq.

**) Hanc Herodoteae orationis ἀφέλειαν iure laudat Valcken. ad IV, 68. 127. T. II p. 321. 503 ed. nostr. Et conf. quoque nott. ad IV, 113 p. 487. I, 8.

rum abundantiam quandam et gratam quandam negligentiam parit, iis molestam, qui Herodoteae orationis naturam atque indolem haudquaquam perspexerunt. Nam multum abest, ut hinc remittat oratio Herodotea, sed, ut Dionysii *) utar verbis, ὕψος δὲ καὶ κάλλος καὶ τὸ λεγόμενον ἰδίως πλάσμα ἱστορικὸν Ἡρόδοτος ἔχει. Nec aliter statuendum de orationibus narrationi haud raro insertis, quae sponte profluunt ex eodem scriptoris studio, quo omnia ita enarrat, ut ipsi adesse eaque praesentes percipere nobis videamur. Itaque a Thucydidis orationibus multum absunt, apteque vocantur a Marcellino **) προσωποποιῖαι, cum Thucydideae Dionysio sint *δημηγορία*. Poeticum quendam colorem ab Herodoti sermone minime abesse, vel Homeri imitatio, de qua supra diximus, aliorumque poetarum arguit; in quibus ut Sophoclem ***) mittam, Aeschylum certe praeterire non licet, cuius tot formulae ac locutiones aequae reperiuntur in Herodoti libris, ut animi quandam necessitudinem inter utrumque intercessisse credas; quamquam alterum ex altero hausisse non est quod credam. Inter Herodotei sermonis imitatores Dionysius refert *Xenophontem*; †) eoque etiam referamus *Theopompum*, qui quanti Herodotum fecerit, vel ex ea, quam confecit historiae Herodoteae epitome intelligi potest, quemque etiam in suis historiis saepius ad Herodoti historiam respexisse certum est. ††) Inter recentioris aetatis scriptores haud scio an *Froissarto*, Gallo, magna cum Herodoto intercesserit similitudo, simplicitatem illam nativam et perspicuitatem omneque dicendi genus si respiciamus. Alia ut nunc mittam, legas mihi modo prooemium, his verbis conceptum: „Afin que honorables entreprises et nobles aventures et faits d'armes, lesquelles sont avenues par les guerres de France et d'Angleterre soient notablement registrées et mises en mémoire perpetuelle, par quoi les preux aient exemple d'eux encourager en bien faisant, je veux traiter et recorder hi-

*) Epist. ad Cn. Pompei. T. VI p. 779 ed. Reisk.

**) Vit. Thucyd. §. 38: δι' ὀλίγων γὰρ ἐποίησε (sc. Herodotus) λόγων ὡς προσωποποιῖας μᾶλλον ἢ περὶ δημηγορίας. Dionysii locum (VI p. 776 Reisk.) supra iam attuli. De utroque vid. Creuzer. *Histor. Kunst.* p. 166 seq.

***) Siquidem hic poeta ex Herodoto potius quaedam hausisse videtur. Vid. C. Hermann. in *Excurs.* T. II p. 658. 659 ed. nostr. et supra §. 5.

†) Epist. ad Cn. Pompei. T. VI p. 777—779. Vett. Scriptt. Cens. T. V pag. 426.

††) Vid. Frommel. in *Creuz. Melett.* III p. 143 coll. 149. — *Ephorum* quod olim statuebant itidem librorum Herodoteorum compendium exhibuisse, prava apud Suidam (s. v. *Θεόπομπος*) interpunctione id nitebatur, quam recte nunc constituit Gaisfordius. Et conf. quoque Marx. ad *Ephori fragment.* p. 34.

stoire et matière de grand louange.“ (Buchon Collect. d. chroniques T. I p. 1. Prologue.)

§. 16.

Tot igitur dotibus cum ornatae essent Musae Herodoteae, non mirum est, illas vehementer placuisse Graecis *) multumque inde lectitatas et iuvenum artes liberales aemulantium manibus tritas fuisse; unde factum, ut Theopompus iuvenis mira operis dulcedine captus eam quam diximus epitomen conficeret duobus libris comprehensam; **) quid quod Hegesias histrio Herodoti Musas, ut Herophantus Homeri carmina, in magno theatro recitasse fertur. ***) Probant quoque Grammaticorum doctorum opera, de Herodoto et de indole ac natura elocutionis Herodoteae commentantium; quae tamen ad nostram aetatem non pervenisse dolemus. Neque ad nos pervenerunt Salustii grammatici et Heronis commentarii, de quibus Suidas s. v. *Σαλούστιος* T. III p. 276 et s. v. *Ἡρώων* T. II p. 79. Supersunt tantum glossae quaedam, a prioribus editoribus separatim editae, quas nos suo quasque loco in annotatione commemoravimus. De his vero ita statuit Wesselingius: „Cum Herodoti Musae alio sermone ac reliqui Graecorum fabulentur, non illi sollers Grammaticorum cura ad explanandum defuit. Suidas meminit *Ἱερομνημάτων εἰς Ἡρόδοτον* Salustii Sophistae et Heronis Attici rhetoris, argumenti, uti suspicor, critici et historici. Philemonem Grammaticum *ἐν συμμίτοις* non dissimilem instituisse operam, Porphyrio Quaest. Hom. VIII haud temere credimus. Apollonii, itidem Grammatici, *Ἐξηγήσεις γλωσσῶν Ἡροδότου* exscripsit Etymologus in *Κωφός* et *Σοφιστής* (p. 722 s.p. 655 Lips.) Quae quidem ad nostram si devenissent aetatem, flocci non facerem *Ἡροδότου λέξεις*, ob oculos hic positas; quippe ieiunas, saepissime alienas et non nunquam insulas et absurdas. Memorantur in indice legati Antonii Eparchi T. I Var. Sacr. p. 528 Steph.

*) Graecis displicuisse Herodoteum opus, quos plures inde vituperatores invenerit quam laudatores, ut statuam, a me impetrare non possum. Et vide quae Heyse l. I. p. 44 disputat contra Dahlmann. p. 31 seq.

**) Herodoti quod nulla apud Platonem fit mentio, id noli mirari. Namque, alia ut taceam, recte illud mihi observasse videtur Groen. van Prinsterer in Prosopograph. Platonic. p. 33 apud Platonem poetas saepissime, prosae scriptores raro admodum nominari, nec aliam causam, cur de Herodoto Plato siluerit, fuisse, vel inde illi probari videtur, quod obvii in Herodoto versus apud Platonem reperiantur; sic Hesiodi versus Opp. et D. 282, qui reperitur apud Herodot. VI, 86 §. 3 respicitur a Platone Polit. II p. 363 D. Et conf. Herod. I, 55 cum Platon. Polit. VIII p. 566 D.

***) Vid. Athen. XIV p. 620. Ubi tamen, monente *Cruzero*, pro *Ἡροδότου* fortasse scribendum *Ἡσιόδου*.

Monachii λέξεις Ἡροδότου ἱστορικῶν, quas a nostris diversas dicere non audeo. Primus *) hoc Lexicon ex codice Goldasti vulgavit G. Iungermannus, digestum κατὰ στοιχείων sive literarum ordinem, cuiusmodi exempla ex locupletissima Francorum regis bibliotheca et monasterii S. Remigii inter manus sunt. At aliud vir egregius Montefalconius ostentavit Biblioth. Coislin. p. 484, descriptum nulla literarum primarum serie, sed secundum Librorum, in quorum olim marginibus istae glossae; numerum. Ex oris enim codicum res clamat excerptas esse et schedae ostendunt Eminenti. Cardinalis Passionei. Nactus illud ipsum sum Cl. Capperoneriei humanissima opera ex Biblioth. S. Germani, in quam Coislinianam migrasse notum est; dignumque censui hoc loco, tum quod in priore, ex codice Goldasti, voces ab aliis imperite avulsae cernantur, tum quoniam locupletius apparuerit et Suidae Hesychioque plerumque conveniat: nam uterque, ille praecipue, simile Λεξικὸν usurparunt; neque eius usum recusavit Timaeus in suo Platónico, nedum praeter ceteros omnes G. Corinthius, sed saepe turpis socordiae reus.“

Neque vero etiam Herodoto iam antiquitus suos defuisse detractores atque osiores, vel ea indicant, quae de Ctesia, rerum scriptore, qui paulo post Herodoti aetatem floruit, Xenophontis et Artaxerxis Mnemonis aequalis, **) accepimus. Nam ille in historia sua non tantum ab Herodoto multis locis dissensusse, verum etiam mendacii eum arguisse perhibetur. ***) Quod quomodo accipiendum sit, pluribus docui in Prolegg. ad fragm. Ctesiana p. 42 seqq. et in annotatione ad singulos Herodoti locos, qui hic in censum veniunt. Praeterea Harpocratonis Aelii, Sophistae, quoddam memoratur scriptum περὶ τοῦ κατεψεῦσθαι τὴν Ἡροδότου ἱστορίαν, †) itemque Manethonis Aegyptii ††) liber adversus Herodotum, cui adde Ioseph. contr. Apion. 14 p. 1035, ubi Herodotum ait ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον non ab uno vel altero sed ab omnibus argui, alios, †††) qui in universum

*) „At, verum si quaeris, sunt eadem ipsae, quas iam anno MDLXIV Henr. Stephanus in Dictionario Medico post Erotiani et Galeni Expositiones dictionum Hippocratis, p. 105—109 eodem titulo inscriptas, Λεξικὸν τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, ediderat; quas porro easdem Barth. Eustachius Erotiani et Galeni Glossariis. anno MDLXVI a se editis, adiecerat Latina versione illustratas.“ Schweighaeuser.

**) Vid. Prolegg. ad. Ctes. Fragm.

**) Vid. Ctesiae Excerptt. Perss. §. 1. 57.

†) Vid. Suid. s. v. Ἀποκριατ. T. I p. 336 seq. Eudoc. p. 66.

††) Vid. Etymolog. Magn. s. v. Ἀστροζόμος p. 570; 23. Nisi hic de alio quo Herodoto, grammatico, cogitandum est, aut Herodoti nomen in Herodorum commutandum.

†††) Sic. v. c. Aphthon p. 27. Diogen. Laert. Proem. §. 9. Cic. de Legg. I, 1. Lucian. Ver. Hist. II, 31. T. IV p. 290 Bip.

fabulas ab Herodoto historiis admixtas esse pronuntiarunt. *Polionis* cuiusdam librum *περὶ τῆς Ἡροδότου κλοπῆς* atque *περὶ τῆς Κτησίου κλοπῆς* memorat Euseb. in Praepar. Evang. X p. 467 D. Adhuc fertur inter Plutarchi scripta libellus *περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας* T. II p. 854 seq.; quem tamen librum a Chaeronensi philosopho scriptum esse minime credam, sed eius scriptis male insertum, quippe profectum ab officiosiori quodam Graeculo, eo consilio, quo eiusmodi plura in Herodotum conficta esse notavimus ad VIII, 94. T. IV p. 129. Nimirum auctor scriptionis Boeotos, populares suos, ab iis criminibus, quorum eos reos fecerat Herodotus, Persis illos se adiunxisse contra reliquos Graecos enuntians, dum purgare studet, quo melius propositum assequatur in universum Herodoti historiam persequitur, hunc scriptorem malevolo animo ductum res aliter atque acciderint, tradidisse clamans, multa finxisse, alia tacuisse, aliis laudem tribuisse, aliorum gloriam invidiosis criminationibus obscurasse, veri minime curiosum. Quod nullius fere momenti esse, in annotatione ad singulos, quos iste auctor tangit, locos probavimus; ut sane putidum sit diutius in talibus commorari. Ac plures viri docti dudum Herodoti causam contra malignas istas vanasque criminationes susceperunt, *) in quibus splendent Ioachim. Camerarius, Ioseph. Scaliger, Henricus Stephanus, alii et potissimum Geinoz in pluribus Commentationibus Act. Acad. Inscriptt. insertis; quibus iisdem usus est Kaltwasser in adnotatione versioni vernaculae Plutarchei libelli subiecta, ubi de ipso libro tale fert iudicium: „Uebelverständener Patriotismus war es, was den sonst so einsichtsvollen und vernünftig denkenden Plutarch bewogen hat, diese hämische Abhandlung gegen Herodot zu schreiben etc. etc.“

Libellum alterum *De Vita Homeri*, qui *Herodoti* prae se fert nomen, ionica dialecto conscriptum, Herodoto Halicarnassensi, historiae patri merito abiudicandum censent viri docti. Vid. Wesseling. ad init. p. 761 ed. suae Herodot. Fabric. et Harles. in Bibl. Graec. II, 1 §. 3. T. I p. 319 seqq. et II, 20 §. 4 (T. II p. 334). Larcher. Herodot. T. VI p. 213.

§. 17.

Inter codices Herodoti adhuc cognitos primum locum tenere putatur *Mediceus*, membranaceus, fol. min. seculo decimo exaratus, auctore Bandini in Catalog. Codd. Graec. bibl. Laurent. II col. 657 seq., a Iacobo Gronovio iuvene Florentiae dum versabatur, accurate collatus et superstitiosa paene veneratione cultus, ita ut vel manifestis-

*) Vid. Fabric. Bibl. Graec. T. II p. 332.

simos librarii errores et hallucinationes pro genuina Herodoti scriptura, quam ab illo codice uno ubivis repraesentari sibi persuaserat, haberet indeque librum scriptum fide exactissima in textu reddi vellet. Quo ipso multorum virorum doctorum in reprehensionem haud immerito incurrit. Sufficit hic ea apponere, quae de hoc libro statuit Wesselingius *Dissertat. Herod. IX p. 91*: „Celebratissima MS. Florentini fama est: unicus, omnium optimus, antiquissimus, cui nihil par aut secundum, et ex quo solo Herodotea suavitas et elegantia in integrum restitui possit, habitus is liber est. Iac. Gronovius, vir celeberrimus, quem iuvenis docentem audiavi, ac admiratus sum, eum diligentissime versavit et complura inde bonis avibus pristina donavit sanitate: ita tamen eius excellentia abreptus, ut, quod ipse alibi, fere nimio studio in *Mediceas membranas abductus dici queat*. Non mihi consilium est, de praestantia eius codicis quidquam detrudere: multis egregiam operam praestitit, lucem aliis adpersit, nonnulla in desperatis habita, salute reddita, felicissime adiuvit. Omnes tamen uni postponere, ut tanquam umbrae volitent nullique rei sint, nescio quid dicam. Immo vero opinor vix ullum priscae vetustatis scriptorem dari, qui in tanta rerum vicissitudine et tot corruptelae occasionibus unarum ope schedarum refici possit, sed aliorum patrocinio atque auxilii concursu indigere.“

Sequitur alter codex *Florentinus*, cuius usum, procurante Creuzero, liber Baro de Schellersheim Schweighaeusero concessit, membranaceus idemque vetustissimus, ut vel literarum ductus, scripturae modus, alia satis indicant. Eundem esse codicem, cuius Montfaucon in *Bibl. I p. 414 D.* his verbis meminit: „Codex elegans X seculi membranaceus: Herodoti historiae,“ suspicatur Schweighaeuserus, qui de hoc codice ita iudicat (*Praefat. I, 2 p. XXXVI*); „Esse hunc codicem ex eadem cum *Pass. Ask. et Med.* familia, e lectionibus, quas inde protulimus, facile adparet. Nec vero e Mediceo descriptus est, cum quo de principatu etiam videtur contendere posse; sed e vetustiore fonte derivatus probas multas profert lectiones, ubi aut in vitio haeret Mediceus, aut ubi nihil certe a Gronovio e *Med.* prolatum est, quod a minus proba scriptura, quae olim vulgata erat, discedat.“

Tertio loco posuerim *Askewii s. Sancrofti* codicem alterumque librum *Cardinalis Passionei*, utrumque iam a Wesselingio adhibitum, qui de *Passionei* libro sic scribit in *Praefat. p. XX*: „circa saeculum duodecimum in charta pergamena ab docto scriba exaratus est, praestantia Mediceo nihil cedens, saepe superior.“ Alter liber Guiljelmi Sancrofti olim fuit archiepiscopi Cantuarensis, nunc Cantabrigiae servatus, cuius collationem Ant. Askew. manu factam acceperat Wesselingius, addito corollario ex ipsius Askew *Co lice* chartaceo annorum quingentorum, „primore quidem Musae primae parte manco sed perutili,“ ut ait Wesselingius, qui huius libri lectiones *Askewii*,

alterius nomine *Archiae* enotavit. Atque hunc *Archiae* s. *Sancrofti* librum iterum postea diligentissime et accuratissime contulit *Gaisford*. „Inde factum est, ait idem *Gaisford*. Praefat. p. XXXVI ed. Lips., ut non modo errata quaedam corrigere, sed ut lectiones haud paucas hactenus omissas cum publico communicare potuerim. Plura de hoc codice edisserere nihil attinet. Licet enim permulta nunc protulerim, quorum indicio eius indoles certius quam antea innotescat, satis tamen correcte de eius praestantiâ iudicasse mihi videntur viri eruditi. Atque istius quidem codicis ope una cum lectionibus aliorum codicum plus minusve diligenter excerptis, verba auctoris aliqua saltem ex parte ad veriore scripturam revocare conatus sum.“ Cum *Mediceo* codice alteroque *Florentino* libro haud raro conspirat probasque lectiones affert; nec tamen antiquissimum et optimum dixerim codicem, ut placet viro docto in *Ephemeridd. Jenenss.* 1817 n. r. 162 p. 353. Namque interpolationibus non vacuus est; quibus iisdem cum labore *Vindobonensis* quidam liber, cuius lectiones cum *Wesselingio* fuere communicatae, haud scio an ad unam eandemque familiam uterque codex referri debeat; ubi enim a *Mediceo*, *Florentino*, aliis discedit *Sancrofti* liber, cum *Vindobonensi* libro conspirat. Quae vero hisce codicibus communia reperiuntur menda, ea reliquorum codicum adhuc cognitorum ope tolli nequeunt, quum ad priora tempora librosque primitivos pertineant. Et hanc ob causam *T. I* p. 852 ad *II*, 158 dixeram, videri *Herodoteos* codices adhuc superstites ex una familia oriundos: nisi huius familiae duas velis stirpes constituerè, quarum altera *Mediceum* ac *Florentinum*, altera *Sancroftianum* et *Vindobonensem* librum comprehendat: quamquam *Medicei* et *Florentini* in haud paucis locis reperiiri dissensionem haud sum nescius. Hinc tres codicum classes distinguere vult censor *Jenensis* (1817 nr. 161 p. 352), quatenus illi scilicet magis ad *Ioniam*, *epicam* ac *vulgarem dialectum* inclinant. Ego nolim certi quid in his definire, quae quam lubrica et incerta sint, nemo non intelligit.

De *Veneto* codice, cuius lectiones quasdam e *Zanetti* catalog. *Bibl. S. Marci T. II* p. 169 exhibet *Wesselingii* editio usque ad *I*, 32, plura nusquam reperi notata. Restat, ut de *Parisinis* codd. dicam, quorum tres in *Wesselingii* usum collatos et in eius editione distinctos invenimus signis *A. B. C.* Neque vero satis accuratam esse horum voluminum collationem, ipse *Wesselingius* iam conquestus erat; post quem *Larcherus* in commentariis suis *Gallico* sermone ad *Herodotum* conscriptis nonnullas hic illic lectiones ex iisdem attulit. Accuratius illos una cum tribus aliis *Schweighaeuseri* rogatu contulit *Gorgiades*, *Graecus* homo, variarumque uniuscuiusque codicis lectionum libellos separatos *Schweighaeusero* transmisit, in cuius editionem tota haec collatio recepta est; neque tamen vel sic desunt loci, in quibus quid in hoc sive illo libro inveniatur, dubius haereas praesertim in singulis quibusdam formis, terminationibus, aliis huiusmodi rebus,

quas minutias esse parum recte quidam opinantur. *) Inter hos vero sex codices, reliquis, quos modo recensimus, multo recentiores, longe princeps habetur is, qui numero MDCXXXIII insignitur membranaceus, seculo duodecimo, ut putant, exaratus. Conf. Larch. Herodot. T. I p. XXXVI ed. sec. Apud Schweighaeuserum notatur signo A. sive Pa; Wesselingii in editione literâ C; quae enim ibi addita litera A proferuntur lectiones, e codice Parisino tertio sive C apud Schweighaeuserum depromptas esse invenit Schweighaeuserus.

Alter codex chartaceus est, nr. MDCXXXIV, exaratus anno p. Chr. n. 1372, notatus literâ B sive Pb. In margine quaedam scholia adscripta sunt.

Tertius codex idem chartaceus, anno p. Chr. n. 1447 exaratus; de quo haec praedicat Schweighaeuser. in Praefat. I, 2 p. XXXIV. „Est autem hic codex eiusdem familiae cum eo, quem primo loco nominavi, et licet aetate sit illo recentior, tamen bonitate haud multum eidem cedit; atque usu etiam nobis interdum venit, ut probatissimas lectiones ex illo potuerimus proferre, quas ex altero non reperimus enotatas. Tenet autem haec familia quasi quoddam medium inter codd. *Arch.* (Saucroft.) et *Vindob.* ab una parte et *Pass. Ask. Med.* et *Flor.* ab altera, modo ad hos modo ad illos magis inclinans.“ Apud Wesselingium huius codicis lectiones indicari litera A, apud Schweighaeuserum nota C sive Pc modo dixi.

Quartus codex Parisinus D sive Pd notatus apud Schweighaeuserum, et ipse chartaceus est, anno 1474 exaratus nr. MMCMXXXIII.

Quintus codex nr. MCDV, qui libr. I cap. 1—S7 continet. De quo ita Schweighaeuserus l. I. p. XXXV: „Admodum quidem recens is codex est, quem nos notâ Paris. E sive Pe distinximus at, quae quidem ille Herodotea exhibet, ea e probatissimo vetere codice descripta esse cognovi.“ Quibus accedit alius Parisinus liber, excerpta ex Herodoti Musis continens, *Fragm. Paris.* ap. Wesseling., in editione Schweighaeuseri, in cuius usum contulit L. H. Heyler, sub notâ Pf.

*) „Verum enim vero, ait Struve *Quaest. de Herod. dialect. Spec.* II p. 15, vidimus viros doctos, quibus conferendorum codicum opportunitas erat, in his, quas minutias esse opinati sunt, nullum fere studium posuisse; raro ex codicibus ante Wesselingium collatis eiusmodi varietatem afferri; Wesselingium ipsum confiteri se has terminationes saepius neglexisse, quod ita esse iterata collatio cod. S. a Gaisf. instituta planissime docuit; Schweighaeuserum saepe conqueri, quod quid in Parisinis codd. sit, quod non ipso oculis perlustraverit, se nescire sibi fatendum sit. Duorum itaque codicum tantum paulo accuratiorem collationem possidemus, cui fidere possis; codices dico S. et F., quorum alterum Gaisford., alterum Schweighaeuser. ipsi manibus versarunt.“

§. 18.

De Herodoti editionibus praeter ea, quae Wesseling. et Schweighaeuser. in Praefat. monuerunt, vid. potissimum Fabricii Biblioth. Graec. II p. 357 seq. coll. Schweiger. Handbuch. d. class. Bibliothograph. I pag. 138 seq. Nos hic paucis tantum primarias indicabimus.

Ac primum quidem Latine prodit Herodotus Venetiis anno 1574 fol. per *Laurentium Vallam* e Graeco in Latinum conversus. In qua versione saepius dein typis repetita licet haud pauca requiras, multa licet falso reddita aut etiam plane omissa corruptave invenias, ad illius aetatis conditionem quoque respiciendum est, neque illud praetervidendum, e codice Graeco ipso illam esse factam eiusque speciem quandam ita referre, ut, quid in volumine Graeco exstiterit, inde colligas. Quare maximum eius usum esse in re critica quivis intelligit. Vallae autem cum multi multa exprobrarint deque Latina Eius versione multum detraxerint, iuvat apponere, quae post *Erasmus* et ipsum Vallae patrocinantem scripsit summus *Wesselingius* Dissert. Herod. VIII p. 75: „Vertit is omnium primus Herodoti Musas et veste Latina ornavit non prorsus inelegante. Non quidem eorum nescius sum, quae *P. Dan. Huetius* in eum iecit, neque facile admisero, *oscitantem saepius et alias res agentem fidem apud eruditos decoxisse*. Erravit, fateor saepe, deceptus codicis sui scripturâ, saepe quoque ingenii vires haud bene intendens, ut ea praeteream, quae in Latinis eius flagitiosissime sunt corrupta. At da mihi interpretem, qui primus Graecum scriptorem Latine loqui docuerit, ab omni peccato immunem. Vid. *Poggii* Latina *Diodori*: quantum vero discrimen *Diodorum* inter et *Herodotum*, quot non in illis commissa? Sed id non agimus, ut Vallae versio omnis peccati sit experta. Multa animadvertit et dextre sanavit vir rarae eruditionis et modestiae *Paulus Leopardus*, plura *H. Stephanus*. Haud tamen pauca sunt, quae illi imputari solent, quorum culpam praestare non debet. *Schedae*, quas inter vertendum usurpavit, primore in libro multis partibus defectae mutilaeque erant.“ Nec aliter idem *Wesselingius* iudicavit in praefat. Herodot. §. 3. Quum igitur Vallae versio Latina haud paucis locis ab auctoris mente aberret aut adeo obscura sit, ut quid Graecus scriptor, quid Interpres Latinus dicere voluerit, incertum sit, quumque et *Gronovius* et *Wesselingius* haud pauca quamvis refingentes alia eaque plurima intacta reliquerint, totam Latinam versionem de integro refingere eamque Graecis verbis in sua editione subiicere *Schweighaeusero* visum est: de quo eius consilio conf. Eiusdem Praefat. p. XI—XIII.

Graecis literis expressae primum prodire in lucem Herodoti Musae Venetiis apud *Aldum Manutium* 1502 et inde descriptae Basil.

1541 et 1557 fol. in officina Hervagiana cum Ioach. Camerarii praefatione. „Cuius dos, ait Wesselingius, praecipua est, quod Ionici sermonis formam raro neglexerit atque elegantissime compluscula, insequentium temeritate aut mutata aut socordius praeterita descripserit.“ Quamquam suspicatur Schweighaeuserus, a viro docto, qui editioni praefuit, multis locis inventas esse Ionicas verborum formas, quas nullus liber manu scriptus exhibeat.

Secutus est *Henricus Stephanus*, qui postquam primum Latinam Laurentii Vallae interpretationem recognitam atque emendatam addita Apologia pro Herodoto edidit anno 1566 fol. (quae editio postea saepius est repetita), tum Graece exhibuit Herodotum 1570 et 1592 fol. Parisiis, una cum Vallae versione emendata additisque variis lectionibus, quas tamen omnes e libris antiquis manu scriptis fluxisse iure negare videtur Schweighaeuserus (Praefat. I, 2 p. V. VI.), cui vel coniecturae viri docti esse videntur, quibus ille mendosum Aldi exemplar hic illic refingere studuerit, vel lectiones ex Aldi textu, aliis substitutis, eiectae et in margine adnotatae, vel denique etiam lectiones ex uno quodam codice vel etiam pluribus, admixtis coniecturis, enotatae a viro docto quodam et ad Stephanum transmissae, quem ipsum de illis haud raro incertum fuisse intelligimus. Utut est, plura in Graecis aequae ac Latinis melius ab Henrico Stephano constituta esse negari nequit.

Stephani Editionem *Gothofr. Iungermann.* iterandam censuit Francofurt. 1608 fol. textu primum per capita diviso additoque indice et glossario Herodoteo *) e Goldasti schedis. Repetita est haec editio Genevae 1618, (in qua haud paucae Aemilii Porti suspensiones textui illatae sunt); iterumque Londini 1679 fol. paucis quibusdam adiectis.

Quae secuta est *Iacobi Gronovii* editio, Lugd. Batav. 1715 fol., in ea ope codicis illius Medicei, de quo §. 17 diximus, haud paucos Herodoti locos optime restitutos esse videmus. Ac nisi Gronovium nimia ista codicis veneratio ita abrupisset, ut vel manifestissimas hallucinationes erroresve librarii in textum recipi vellet, ipse in aliorum erroribus notandis acerbissimus, minime in tot virorum doctorum reprehensiones incidisset. Vid. Fabric. et Harles. in *Bibl. Graec.* II p. 342 et Wesselingii iudicium in Praefat. §. 3.

Dicendum iam de ea editione, quae coniuncta Valckenaerii et Wesselingii operâ prodit formâ maximâ Amstelodami anno 1763 hoc titulo: „*Ἡροδότου Ἀλικαρνησῆος Ἱστοριῶν λόγοι θ'. Ἐπιγραφομένοι Μοῦσαι.* Herodoti Halicarnassei Historiarum libri IX Musarum nominibus inscripti, Graece et Latine ex *Laurentii Vallae* interpretatione cum Adnotationibus *Thomae Galei* et *Iacobi Gronovii.*

*) Vid. supra §. 16.

Editionem curavit et suas itemque *Ludov. Casp. Valckenaerii* Notas adiecit *Petrus Wesselingius*. Accedunt praeter *Vitam Homeri* varia ex prisca scriptoribus de Persis, Aegyptiis, Nilo, Indisque Excerpta, et praesertim ex Ctesia.“ Cui add. *Petri Wesselingii* Dissertatio Herodotea ad Tib. Hemsterhusium, Traiect. ad Rhen. 1758, 8. In hac editione omnium praestantissima dubius sane haereas, Wesselingii sollertiam industriamve magis laudes an Valckenaerii sagacitatem in emendendo textu, utriusque doctrinam tam in illustrando usu dicendi Herodoteo quam in explicandis rebus ab Herodoto traditis. Nec illud Wesselingio exprobrarim, quod in novis lectionibus recipiendis cautior esse maluit quam audacior, obscuriore sane et duriore orationis genere usus.

Post Wesselingium, ut de *Borheckii* curis in Herodotum taceam, *) *Frd. Volg. Reizius* Herodoti editionem, in qua Wesselingii textum ut recognosceret eumque hic illic refingeret, sibi proposuerat, instituit; prodiit Voluminis primi Pars prior Lipsiae 1778 in 8., altera pars post Reizii mortem curante *G. H. Schaefero* 1800, qui etiam priori parti iterum typis descriptae 1807. 1816 et alteri 1816 praefuit; Volumen secundum cum Latina Vallae versione prodiit 1820; Volumen tertium animadversiones, quas Reizius promiserat, complectens nunquam lucem vidit. Sed ipse *Schaeferus* mox editionem paravit nitidissimam, cuius tria Volumina, quae verba Graeca, excepto nono libro, continent, prodierunt Lipsiae 1800. 1801 et 1803. Quartum Volumen cum nono libro notisque editoris non prodiit, neque Lexicon Herodoteum, quod *Schaeferus* promiserat: qui quâ ratione in Herodoti textu constituendo versatus sit, ipsius verbis iam indicavimus supra §. 14. *Schaeferi* recensionem maximam partem secutus est *Davidus Schulz* in ea editione, quae Halis 1809. 8. hoc sub titulo prodiit: „Herodoti historiarum libri, qui enarrationem pugnarum inter Graecos et Persas complectuntur. Graece cum animadv. aliorum atque suis ed. *Dav. Schulz. Acc. de Herodoti Vita, dialecto et scribendi genere.*“ Atque ex Herodoti libris etiam nonnulla receperunt *Io. Matth. Gesner.* in *Chrestomathiam Graecam*, *Friedr. Andr. Stroth* in *Aegyptiaca*, quae Gothae 1782 prodire

*) Ediderat ille Herodot. Lemgov. 1781 itaut in libris quatuor prioribus Reizianam recensionem, in reliquis Wesselingianam sequeretur; altera editio, de qua recte iudicasse puto *Schweighaeuserum* Praefat. I, 2 p. XXIV. XXV; prodiit ibid. 1809 tribus voluminibus. His accessit *Apparatus ad Herodotum intelligendum et interpretandum*, quinque voluminibus, Lemgov. 1795—1798, quorum primum: *Chronologia et Crisis Herodotea*, *Larcheri* disputationem de Herodoti chronologia, e Gallico in Latinum sermonem conversam continet, reliqua exhibent *Apparatum criticum ad constituendam lectionis Herodoteae integritatem*, i. e. varias lectiones et Wesselingii editione, Wesselingii et Valckenaerii notas et alia quaedam.

et librum Herodoti secundum una cum tertii parte et fragmentis quibusdam e reliquis libris Wesselingii potissimum e recensione continent, *Daniel Wytttenbach in Selecta Principum Historicorum*, quae lucem viderunt anno 1794 et 1808, *Fridr. Jacobs. in Attica*, quorum sexta editio prodiit Ienae 1830.

Novis codicum subsidiis, de quibus diximus §. 17, instructus *Schweighaeuserus* editionem instituit, quae 1806 forma octava prodiit Argentorati et Parisiis: „Herodoti Musae sive Historiarum libri IX ad veterum codicum fidem denuo recensuit lectionis varietate continua interpretatione Latina adnotationibus Wesselingii et Valckenaerii aliorumque et suis illustravit *Iohannes Schweighaeuserus etc.*“ VI Voll. in 12 Partt. Accessit: „*Lexicon Herodoteum*, quo et styli Herodotei universa ratio enucleate explicatur et quam plurimi Musarum loci ex professo illustrantur passim etiam partim Graeca lectio partim versio Latina, quas offert Argentoratensis editio vel vindicatur vel emendatur. Instruxit *Iohannes Schweighaeuser.*“ Argentorati et Parisiis 1824. II Vol. 8. Hac in editione quid praestiterit vir praeclarus, neminem fugit, qui ad Herodotum ullo modo accesserit. Textum infinitis locis melius constituit, eximie adiutus optimi Florentini codicis ope; versionem Latinam textui subiectam de integro fere refinxit, ut supra iam enarravimus, variarum lectionum copiam diligenter collectam adiecit, annotationes Wesselingii et Valckenaerii integras repetiit suasque addidit: *Iacobi Gronovii* notas quod omisit, merito dolendum. Typis repetita haec editio fertur Londini apud *Priestley* 1818 sex Voll., addita geographia Herodotea, *Aemilii Porti* Lexico Ionico, tabula *Larcheri* chronologica, aliis, quae ad Herodotum illustrandum pertinent. Mihi hanc editionem inspicere nondum licuit.

Post *Schweighaeuserum* novam Herodoti editionem paravit *Gaisfordius*, quae prodiit Oxoniae 1824 et in Germania recusa est Lipsiae 1824 seqq.: „Herodoti Halicarnassei Historiarum libri IX. „Codicum *Sancrofti* Manuscriptum denuo contulit necnon reliquam „lectionis varietatem commodius digessit *Thomas Gaisford,*“ duobus Voll. sive quatuor Tomis; prius Volumen verba Graeca continet, quibus lectionis varietas accuratissime digesta subiicitur; posterius notas Wesselingii, Valckenaerii, *Schweighaeuseri*, non quidem integras, sed resectis iis, quae nullam adhuc praestare videntur utilitatem. *) In textu constituendo *Sancrofti* codice eximio illum adiu-

*) In his ponit *Gaisford.* censuras editionis a *Iac. Gronovio* procuratae, vitiorum interpretationis Latinae a *Laurentio Valla* confectae emendationem: variarum lectionum verbosiorum quam par fuerit commemorationem. „His aliisque, pergit *Gaisford.*, eiusdem generis sublatis, ita ut earum animadversionum pars circiter quarta deleteretur, servavi illaesa omnia-

tum fuisse iam supra §. 17 diximus: ut sane Schweighaeuserianam recensionem textus haud paucis in locis emendatiorem exhibuisse putandus sit: quare nostrae editionis fundamentum posuimus, his locis modo discedentes, ubi Gaisfordius nimio codicis Sauroftiani studio abreptus esse nobis videbatur, aut ubi nostrum iudicium secuti a lectione recepta discedendum esse putabamus; si quidem novam textus recensionem constituere minime nobis erat propositum, sed emendatiora tantum exhibere Herodoti verba, difficiliora explicare, usum dicendi illustrare, argumentum exponere et clariore in luce collocare: quo tandem de scriptoris fide rerumque traditarum auctoritate satis constaret.

Quae reliquae nostra aetate prodierunt Herodoti editiones, eae aut Graeca verba sola aut additis quibusdam notis exhibent. Pertinent huc editiones a *G. H. Schaefero* curatae Lips. 1819 apud Weigel. III Vol. et Lips. 1822 apud Schwickert., *I. B. Gailii* (Paris. 1821. II Voll.), *G. Stallbaumii* (Lips. 1825. III Tom.), *A. Matthiae* (quae hoc sub titulo in lucem emissa est: „Herodoti Musae. Cum brevi annotat. critic. Aug. Matthiae et Henr. Apetzii. Lips. 1825. II. Vol. 8.), *C. A. Stegeri* (Giess. 1826 seqq. 8.), *Imm. Bekkeri* (Berol. 1833. 8.) et *Alexandr. Negræ* (Edinburg. 1834. 8.)

Inter Herodoti *versiones* potiores nominamus hasce:

1. Gallicam *Larcheri* versionem, quae prodit secundis curis anno 1802 seqq. *) novem tomis constans, quorum sex priores versionem Gallicam una cum Larcheri notis Gallico sermone conscriptis absolvunt, addita Vita Homeri et Ctesiae Excerptis apud Photium; septimus tabulam geographicam, octavus chronologiam continet, nonus indices. Ipsa Gallica interpretatio, non accurate singula reddens verba, sensum magis curat indeque recentiore nimis redolet aetatem, perdita illa sermonis Herodotei simplicitate et nativo illo colore, quo historiae pater tantopere eminet. In annotatione ut plura pro-

„quae vel sententias auctoris paulo difficiliore aperirent, vel historiam veterem illustrarent vel eruditae antiquitatis studiosis quocunque modo prodessent. Immo fideliter pronuntiarim, nihil fere me abiecissem, nisi quod viri praestantissimi et praeconio meo longe maiores, si hodie in vivis essent, nostrisque uterentur et opinionibus et disciplinis, ipsi cupide rescarent.“

*) „*Histoire d'Hérodote, traduite du Grec, avec des remarques historiques et critiques, un Essai sur la Chronologie d'Hérodote et une Table géographique. Nouvelle édition, revue, corrigée et considérablement augmentée, à la quelle on a joint la Vie d'Homère, attribuée à Hérodote, les Extraits de l'Histoire de Perse et de l'Inde de Ctésias, et la traité de la Malignité d'Hérodote: le tout accompagné de Notes.*“ Paris 1802 seqq. 8.

tulit interpres nova ad res ab Herodoto narratas illustrandas perquam apta atque utilia, ita haud raro nimis verborum est et modo ea repetit, quae iam priorum Interpretum, Valckenaerii potissimum ac Wesselingii curis, allata erant.

2. Altera Gallica versio viri docti *Miot*, *) in singulis Herodoti verbis reddendis multo accuratior, scriptoris sententiam bene plerumque exponit ac praeterea in notis quaedam affert ad Herodoti intelligentiam meliorem valde accommodata, quibus aliquoties in nostra editione usi sumus.

Atque hic etiam nominandus *P. L. Courier*, qui uno tertii libri fragmento in Gallicum sermonem converso satis monstravit, quid praestare potuisset, si totum Herodotum Gallice convertere voluisset. Eximia haec versio Parisiis prodit 1823 hoc sub titulo: „Prospectus d'une traduction nouvelle d'Hérodote contenant un fragment du livre troisième et la préface du traducteur.“ 8., ac deinde etiam typis repetita est in libro rariori: „Collection complète des Pamphlets politiques et Opuscules littéraires de P. L. Courier. Bruxelles 1826 p. 505 ff. 311 seqq.

3. Accessit *Itala* versio **) et ipsa in scriptoris sensu reddendo ita accurata, ut rarius a scriptoris sententia aberraverit. Minoris momenti sunt annotationes Italo sermone ad calcem subiectae; in quibus vix novi quidquam reperias, quod non prius ab aliis Herodoti interpretibus iam allatum fuerit.

4. Inter versiones, quae in *Germania* prodierunt, praestare putem eam, quae hoc titulo inscripta est: „Die Geschichten des Herodotos übersetzt von *Friedrich Lange*. Berlin. 1811. II Voll. 8, si quidem illa omnium proxime accedat ad sensum scriptoris aequae ac sermonis illum colorem antiquum et nativum, miro modo vernacule expressum. Neque vero debita laude privari recentissimam interpretationem, quae etiam a notis subiectis, in extrema operis parte copiosioribus, habet commendationem: „Herodots von Halikarnass Geschichten, übersetzt von Dr. *Adolf Schöll*, Stuttgart 1828—1832.“ XI Voll. 12.

His addimus alia subsidia, quibus in hac Herodoti editione adornanda usi sumus: ***)

*) *Histoire d'Hérodote, suivie de la Vie d'Homère. Nouvelle Traduction, par A. F. Miot, ancien conseiller d'État. Paris 1822. III Voll. 8.*

**) *Le nove Muse di Erodoto Alicarnasseo tradotte ed illustrate da Andrea Mustozidi Corcirese. Milano 1820. 8.*

***) Ea, quae in Prooemio huius disputationis recensuimus scripta, hic praetermissa esse scito. Atque consulto etiam hic omisi omnes eas scriptiones sive dissertationes, quibus singuli modo loci Nostri scriptoris illustrantur.

Aemilii Porti Dictionarium Ionicum Francofurt. 1603. Ed. nov. Oxon. 1810. 1817 Londin. 1825.

Schweighaeuseri Lexicon Herodoteum Vid. supra.

Commentationes Herodoteae. Scribebat *Fridericus Creuzer.*, theol. et phil. Dr. etc. *Aegyptiaca* et *Hellenica* Pars I. Subiiciuntur ad calcem Summaria, Scholia Variasque lectiones codicis Palatini. Lipsiae MDCCCXIX. gr. 8.

Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Völker der alten Welt, von *A. H. L. Heeren.* IVte Aufl. Götting. 1824 seq. (Historische Werke T. X. seqq.)

Gosselin: Ueber die Kenntniss der Alten von der West- und Ostküste Africa's und über die Umschiffung dieses Erdtheils; *Rennel's* System der Geographie Herodots; *) *Vincent*: Ueber den Handelsverkehr der Alten mit Indien, und über ihre Kenntniss von der Ostküste Africa's; im Auszuge übersetzt und durch Anmerkungen und eigene Untersuchungen berichtigt und erweitert von *G. G. Bredow.* Mit dreizehn Karten. Altona 1802. 8. (Etiam sub titulo: Untersuchungen über einzelne Gegenstände der alten Geschichte, Geographie und Chronologie, herausgegeben von *G. G. Bredow,* Zweites Stück).

H. Schlichthorst Geographia Africae Herodoteae. Gotting. 1788. 4.

Theoph. Christ. Breiger, Commentat. de Difficilioribus quibusdam Asiae Herodoteae. Gotting. 1793. 4.

Asiae Herodoteae Difficiliora. Auctore Chr. G. H. Frömmichen, post eius obitum ex eius schedis collecta et disposita a *Iulio Billerbeck.* Gottingae 1794. 4.

I. Ch. Gatterer's Abhandlung von Thracien nach Herodot und Thucydides, aus dem Lateinischen übersetzt und mit einer Uebersicht und Register begleitet von *H. Schlichthorst.* Gotting. 1800. 8.

Geographiae et Uranologiae Herodoteae Specimina. Quae — defendet *G. G. Bredow.* Helmstadii 1804. 4.

Disquisitio de fide Herodoti quâ perhibet Phoenices Africam navibus circumvectos esse cum recentiorum super hac re sententiis excussis. Publico examini subiicit *G. Knös.* Gotting. 1805. 4.

Ueber Herodots Ausmessung des Pontus Euxinus, des Bosporus Thracius, der Propontis und des Hellespontus, so wie über die

*) Vid. *I. Rennel*: The geographical system of Herodotus examined and complained. Lond. 1800. 4.

Schiffbrücken, wodurch die Perser Europa und Asien verbanden und einige damit zusammenhängende Gegenstände der alten Geographie, von *D. F. Kruse*. Mit zwei Charten vom Herrn Baron von *Diebitsch*. Breslau 1818. 8.

- I. B. Gail*, Atlas cont. par ordre de temps, les cartes relatives à la géographie d'Hérodote, Thucydides, Xenophon, les plans des Batailles décrites par ces trois historiens etc. etc. (cum CVII tabb.) Paris 1825. 4., una cum eiusdem *I. B. Gail*: „Geographie d'Hérodote.“ Paris 1825. 8. II Voll.
- B. G. Niebuhr*: Ueber die Geographie Herodots. Mit einer Charte. *V. Klein*. histor. und philol. Schriften. I. (Bonn. 1828. 8.) Quaestionum de dialecto Herodoti Specimen (I.). Scripsit *C. L. Struve* Regimontii 1828. 4. Spec. II. 1829. Spec. III. 1830. De Praepositionum tmesi quae apud Herodotum invenitur scripsit *E. Wentzel*. Vratislav. 1829. 4.
-

I. INDEX RERUM.

- ABAE*, urbs Phocensium, I, 46 not. VIII, 27 et 134, ubi erat Apollinis delubrum, VIII, 33, ibidem reddita oracula, *ibid.* not.
- Abantes* ex Euboea oriundi, I, 146 not.
- Abaris* Hyperboreus, IV, 36 not. de eo et eius sagitta fabula *ibid.*
- Abdera*, VI, 46. VII, 109 not. T. III p. 824. 126. a Teiis condita in Thracia, I, 168 not. eius urbis situs VIII, 120 not. VII, 109 not. eam Xerxes praeterit VII, 109. cum Abderitis Xerxes hospitii foedus init, et acinace aureo ac tiarâ eos donat, VIII, 120 not.
- Abrocomes* et Hyperanthes, Darii filii, Xerxis fratres, super cadaver Leonidae occumbunt, VI, 224.
- Abrynychus* Atheniensis, filius Lysiclis, speculator apud Leonidam, VIII, 21.
- Absinthii*, VI, 34 vid. *Apsinthii*.
- Abydus* una urbium in Hellesponto, V, 117 not. VII, 32 not. VII, 33. 34. 174, vicina Dardano, VII, 43, ponte a Xerxe iungitur, VII, 34.
- Abydeni* sedem sublimem ex candido marmore Xerxi exstruunt, VII, 44.
- Acanthe*, arbor in Aegypto II, 96 not.
- Acanthios* hospitii iure et Medica veste donat Xerxes, VII, 116. Vid. *Vestes*. *Acanthiorum* mare, VII, 22.
- Acanthus* urbs, VI, 44 not. T. III p. 818.
- Acarnan* fuit Megistias vates, VII, 221. Acarnan vates, I, 62 not. Amphilytus fatidicus. *Leucadius* (*idcoque Acarnan*) Hippomachus, IX, 38. Hinc
- Acarnania*, (II, 10) vatum ferax: vid. *adn.* ad I, 62 et T. I p. 927. VII, 221.
- Acbatana*, vid. *Agbat*.
- Accipiter* inter animantes sacras apud Aegyptios, II, 65. eum qui necaverit, morte mulctatur, *ibid.* et not. eas aves in urbem Butun asportant sepeliendas, II, 67. Accipitrum paria septem, omen sunt septem Persis, III, 76 not. *)
- Acephali*, (*οι ἀκέφαλοι*), in Africa homines in pectoribus oculos habent, IV, 191.
- Aceratus*, propheta in templo Delphico, VIII, 37.
- Aces* fluvius, III, 117 not. T. II p. 676.
- Achaeorum*, (qui Iones e sedibus suis exegerunt), partes duodecim, I, 145. VIII, 73 not.

*) Simile augurium apud Aeschyl. Pers. 210 seq. Blomf.

- Achaci Phthiotae* suppeditant Xerxi terrestres copias, VII, 132 not. *) 173. 175, prytaeco excludunt A-thamantis posteros, VII, 197.
- Achaciae* Cereris templum et orgia, V, 61.
- Achaemenes*, Darii filius, III, 12. Xerxis ex utroque parente germanus, VII, 7 not. et 97. Aegypti praeses, VII, 7. Aegyptiacae classi praefectus, VII, 97. bonum consilium Demarati invertit, VII, 236. periit in Aegypto ab Inaro interfectus, III, 12. VII, 7.
- Achaemenes alius*, Teispei pater, avus Cambysis, VII, 11. auctor regiae stirpis per Darium, *ibid.* not.
- Achaemenidarum* familia nobilissima I, 125 not., ex qua reges Persidae prognati, *ibid.* eos moriens Cambyses obstatus, ne imperium demitterent, III, 65.
- Achaia*, VIII, 36. Achaia Thessaliae, (quae alias Phthiotis), VII, 173 not.
- Achaicus* populus, Peloponneso non egressus, VIII, 73.
- Achelous* fl. II, 10. VII, 126.
- Acheron* fl. V, 92 §. 7 not. VIII, 47.
- Achilleius cursus*, (ὁ Ἀχιλλήϊος Ἀρόμος), locus sic dictus, IV, 55 not. 76.
- Achilleum*, oppid. prope Sigeum, V, 94 not.
- Acies* Atheniensium in pugna Marathonica instructa, VI, 111. Graecorum ad Plataeas, IX, 28—30. et Persarum ad Plataeas, IX, 31.
- Acinaces* Martis, cui immolatur quotannis a Scythis, IV, 62. acinacem in calicem vino et sanguine plenum tingunt Scythae in foedere ineundo, IV, 70. acinaces Persicus in Hellespontum abiectus a Xerxe, VII, 54. acinaces Persarum III, 64 not. III, 118 not. VII, 61 not. 64. acinaces Scytharum IV, 62 not.
- Acracphia* urbs, VIII, 135 not.
- Acrisius*, Danae pater, VI, 53.
- Acropolis* Athen. a Persis expugnata, VIII, 52. 53.
- Acrothoon* urbs, VII, 22 not.
- Aculeis* iaculorum ahenum factum, IV, 81.
- Adicran*, Afrorum rex, agro a Cyrenacis exutus, Apriae se dedit, IV, 159.
- Adimantus*, Aristaeae pater, VII, 137.
- Adimantus*, Ocyti filius, Corinthiorum classis dux, fugam facere vult, VIII, 5 not. eius dictum in Themistoclem, VIII, 59. insolentia erga Themistoclem, VIII, 61 not. et turpis fuga, VIII, 94.
- Adoratio* (προσκύνησις), mortalibus deneganda, VII, 136 not.
- Adrastae*: Excurs. ad I, 35 p. 891.
- Adrastus* Phryx, Gordii fil., nepos Midae, I, 35 ibiq. not. et excursus I p. 890 seqq. T. III p. 814. I, 45. fratris interemptor, *ibid.* a Croeso expiatus, I, 35. ei custodiam filii sui ad venationem exeuntis mandat Croesus, I, 41. Croesi filium transfodit, aprum volens transfigere, I, 43. sese super bustum Atyis transfodit, I, 45.
- Adrastus*, Talai filius, Sicyonis rex, V, 67 not. pater Aegialei, V, 68. in eum Clisthenis Sicyonii odium, V, 67 not. ei honores et dies festi erepti, et Melanippo traditi, *ibid.*
- Adria*, (ὁ Ἀδριας), IV, 33. V, 9. a Phocaeensibus ostensus, I, 163 not.
- Adyrmachidae* Libyes, Aegyptum versus, IV, 168 not. eorum mores, *ibid.*
- Aea*, Colchis, (Αἶα ἡ Κολχίς), I, 2 not. VII, 193. 197 not.
- Acaces*, Sylosontis et Polycratidis pater, III, 39. VI, 13.
- Acaces*, Sylosontis fil., Sami tyrannus, IV, 138. ab Aristagora exutus tyrannide, VI, 13. Samios ad

*) Hinc apud Plutarch. Pericl. 17 p. 162, ubi vulgo sic edunt: οἱ δὲ λοιποὶ δὲ Ἐυβοίας ἐπ' Οἰταίους καὶ τὸν Μαλιέα κόλπον καὶ Φθιώτας καὶ Ἀχαιοὺς καὶ Θεσσαλοὺς ἐπορεύοντο, haud scio an scribendum sit καὶ Φθιώτας Ἀχαιοὺς abiecta particula καί, vel etiam καὶ Φθιώτας τοὺς Ἀχαιοὺς.

- defectionem a sociis sollicitat, *ib.* Samum reductus, VI, 25.
- Aeacidae* ab Aeginetis Thebanis missi, V, 80 not. V, 75 not. a Graecis ad Salaminem invocati, VIII, 64 not.
- Aeacus* ex Aegina, progenitor Miltiadis τοῦ κτιστοῦ VI, 35 not. ei templum Athenis in foro exstructum, V, 89.
- Aedes* Veneris in Cypro unde exstructa, I, 105. Minervae, VIII, 39.
- Aedes* Veneri hospitae intra Protei delubrum Memphi consecrata, II, 112. Vulcani, II, 110. deorum et hominum lignae, IV, 108. fulmine absumptae, IV, 79. vid. *Templum*.
- Aedificii*, structura, in quo repositae erant regiae pecuniae, II, 121. Aedificium ex urbe Elephantina afferendo triennium consumptum, II, 175 et eius ex solido saxo descriptio, *ibid.* et seq. Aedificium Zalmoxis subterraneum, IV, 95. Aedificia humanis operibus maiora, II, 148. vid. *Domus*.
- Aega*, (Ἀγῆ), urbs, VII, 123 not.
- Aegae*, (Ἀγαί), ex partibus Achaeorum, I, 145 not.
- Aegaeae*, (Ἀγαιᾶ), civitas Aeolum, I, 149. vid. not.
- Aegaeum mare*, (τὸ Ἀγαιῶν πέλαγος), IV, 85.
- Aegaleus* mons in Attica, unde Xerxes navalem pugnam spectabat, VIII, 90 not.
- Aegaeus*, Pandionis filius, Lycum fratrem Athenis pellit, I, 173.
- Aegeus*, Ololyci fil., a quo *Aegidae* nomen habent, IV, 149.
- Aegialees* Pelasgi (Πελασγοὶ Ἀγιάλεες), VII, 94 not.
- Aegialenses*, tribus Sicyonia, ab Aegialo Adrasti filio nominati, V, 68 not.
- Aegicores*, Ionis filius, V, 66 et T. III p. 798 seq.
- Aegidae* in Sparta ingens tribus, a quo dicta, IV, 149 not. *)
- Aegila*, sive *Augila*, locus ad quem Nasamones veniunt ut palmulas decerpant, IV, 172 not. 182.
- Aegilea* (Ἀγίλεια), Styreorum insula, VI, 107 not.
- Aegilia* (Ἀγίλια), circa Eretriam, VI, 101. cf. ad VIII, 90 not.
- Aegina* et *Thebe*, sorores, filiae Asopi, V, 80 not.
- Aegina* insula olim Oenone dicta, VIII, 46. refugium fuit Atheniensibus in bello Medico, VIII, 41.
- Aeginetae* quo sensu Dorienses VIII, 46 not. ex Epidauri orti *ibid.* Epidauriis quondam subditi, V, 83. cur Samiis infensi, III, 59 not. et quomodo eos mulctarint, *ibid.* Aeginetarum res navalis III, 59 not. IV, 152 not. VI, 49. V, 80 not. 83 not. Aeginetarum pugna cum Cydoniis, III, 59 T. II, p. 674. Aeginetarum foedus cum Thebanis, V, 80 not. Aeginetarum cultus Aecidarum, V, 80 not. Aeginetarum opera figlina, V, 89 not. Aeginetarum urbs antiqua, VI, 88 not. (*Oea*). in Athenienses odii principium, V, 82 et seq. Abiis illatae Atheniensibus iniuriae VI, 87 seqq. ab Atheniensibus proelio navali victi, VI, 92. Eorum piaculum maximorum eis malorum causa, VI, 91. — Statuas Epidauriis raptas ab Aeginetis Athenienses repetunt, V, 84. Ab Aeginetis Thebani opem petunt adv. Athenienses, V, 80, 81. Aeginetae terram et aquam dant Dario, VI, 49 not. unde infensos habent Athenienses et apud Spartanos insimulantur, VI, 49 not. contraque eius rei auctores mittitur Cleomenes, VI, 50. Primores ipsorum Atheniensibus dantur obsides, VI, 73. quos postea temporis reddere negant Athenienses, VI, 85. 86. — Aeginetarum legati contra Leotychidem Spartam

*) Add. Kortüm in Bercht. et Schlosser. Archiv IV p. 152, qui hanc Aegidarum tribum ad rusticas refert, complectentem pascua prataque ad Taygetum sita, regum redditibus ex parte accensa, unde bestiae ad sacra necessariae

- missi, VI, 85. Imminente bello Persico Aeginetae et Athenienses inimicitias solvunt, VII, 145 not. Aeginetae ad Salaminem, VIII, 46 not. 91 not. praestantissimi in pugna navali contra Persam, VIII, 93 not. et cap. 122 not. ab Atheniensium parte stant, VIII, 74 not. Aureas stellas tres Delphis dedicant, VIII, 122. — Aeginetae ad Plataeas in acie Graecorum, IX, 28. Unde iis divitiarum principium, IX, 79 not. eorum ad Plataeas inanes tumuli multo post excitati, IX, 85.
- Aegincticum* bellum cum Atheniensibus toti Graeciae salutis fuit, VII, 144, belli tempus, VII, 144 not.
- Aegion*, urbs Achaeorum, I, 145 not.
- Aegira* (ἡ Ἀγείρα), urbs Achaeorum, I, 145 not.
- Aegiroëssa* (Ἀγυρόεσσα). Acolum civitas, I, 149 not.
- Aegis* Minervae ex Libya Graecis adoptata, IV, 180. 189.
- Aegli* pop. III, 92 not.
- Aegos Potami* (Ἀγὸς Ποταμὸς), IX, 119 not.
- Aegroti* apud quosdam Indos interficiuntur et comeduntur, III, 99. apud Indos Padaeos vero deserti in deserto cubant, III, 100. Circa aegrotos Babyloniorum lex, I, 197.
- Aegyptii* omnium hominum primos se arbitrati, II, 2 not. Phrygas tamen esse priores concedunt, *ib.* not. Vid. *Phryges*. Cum Cyri familia cognationem sibi fingunt, III, 2. Eorum instituta et iura, ab aliis populis prorsus diversa, II, 35 not. et seqq. ab Aethiopia, ut volunt, repetuntur, II, 29 not. et Vid. *Aethiopia*, II, 100 not. Suis moribus et institutis contenti, II, 78. nec ullis aliis uti volunt, II, 91 not. cf. II, 43 et 49. In septem hominum genera (Casten) dis-
- tributi, II, 164 not. Aegyptii maxime salubri corpore ob aërem, qui est immutabilis, II, 77. purgant se singulis mensibus, *ibid.* Eorum capita quam firma, et cur, III, 12 not. Minimo labore fructum e terra percipiunt, II, 13. 14. Fabis abstinent, II, 37 not. et vitibus carent, II, 77 not. coll. III, 6. eorum vinum ex hordeo, II, 77 not. oleum ex sillicyprio, II, 91. cum animalibus domesticis una vivunt et vescuntur, II, 36 not. suem non alunt, IV, 186. quo tempore sues immolent et earum carne vescantur, II, 47. 48 not. abluunt post contactam suem, II, 47. suis utuntur ad terram semendam, II, 14 not. bovis abstinent, II, 18 not. piscibus abstinent, II, 37 not. — Aegyptii Thebanae provinciae ab ovis abstinent et capras immolant, II, 42. nec ita Mendesiae provinciae *ibid.* et 46. Aegyptiorum mores depravati, II, 117 not. pocula aenea II, 37 not. — mulieres virilia tractant negotia, II, 35 not. *) Aegyptiorum mos urinam mittendi et alvum exonerandi, II, 35 not. mos parandi panem II, 36 not. mos computandi II, 36 not. scribendi, II, 36 not. mos in conviviis, II, 78 not. — color cutis, II, 104 not. Circumcisio, II, 37 not. II, 104 not. — texturae II, 35 not. **) — Vestes II, 36 not. II, 81 not. Vestes sacerdotum II, 37 not. II, 81. Vestes in luctu II, 85 not. — Viri binas vestes habent, feminae singulas, II, 36. Vestes eorum lineae et lanae, II, 81. unguenta, II, 94. cibus et potus, II, 77. 78. cf. c. 92 et 125. salutatio mutua, II, 80. cantilena, II, 79 not. praecipui conventus, II, 59. — Eorum luctus et sepultura, II, 36 not. 85 not. 86. mos triplex in condiendis cadaveribus, II, 86 not. 87. 88 not. ad II, 123.

*) Hoc et alibi antiquitus factum esse monstrant allata a Braun. De vestit. sacerdd. Hebr. I, 18 §. 308.

**) Add. Braun. De vestit. sacerdd. Hebr. I, 16 §. 239.

Excurs. T. I p. 909 seq. Eorum naves ex spina arbore confectae, II, 96. Aegyptiorum, qui in paludibus habitant, mores et instituta, II, 92. 93. Aegyptiorum milites, II, 30 not. 140. 164. 165. 166 not. eorum stipendium et commoda, II, 167 et armatura, VII, 89 coll. I, 135. IV, 180. in magno contentu Sethoni regi, II, 141. Aegyptiorum bubulci et subulci II, 154 not. navigatores et gubernatores II, 164 not. — Aegyptii medici ceteris praestantiores, III, 129. singulis morbis singuli, II, 84 not. — interpretes II, 164 not. a quibus oriundi, II, 154 not. — sacerdotes, II, 164. 36 seq. quorum unus est princeps sacerdos, II, 37. qui Thebis in templo, dum vivit, imaginem suam ponit, II, 143. sacerdotes mares soli, non feminae, II, 35 not. II, 54. sacerdotes comam radunt, II, 36 not. II, 37 not. se abluunt, II, 37 not. sacerdotum tria collegia, II, 3 not. II, 37. aerarium, II, 37 not. sacrificia etc., II, 39 not. II, 40. ratio vivendi, II, 37 not. vestes sacerdotum, II, 37. *) Aegyptii hominum sapientissimi, II, 77 not. 160. multarum rerum cognitione ceteris antecellunt, II, 121. Memoriae rerum gestarum dant operam, II, 77 not. cf. II, 143. Aegyptiorum annales et carmina, II, 100 not. ars medica, II, 84 not. res ludica et gymnica, II, 91 not. architectura, II, 169. accurata Politia (Polizei), II, 177 not. **) Aegyptii festis et pompis delectantur, II, 59 not. Eorum inventa, II, 4. 82. scripturae duplex genus, II, 36 not. et 37 not. ***) dictorium in Graecos, II, 13. iudicium de publicis Olympiae certaminibus, II, 160. primi immortalita-

tem animae asseverant, II, 123 not. et T. I p. 914 seqq. ignem animal esse asserunt, III, 16 not. primi annum invenerunt et in menses XII. distribuerunt, II, 4 not. menses diesque Deorum nominibus signant, II, 82 not. Prodigiolorum observantissimi, II, 82. divinationem certis diis tribuunt, II, 83. Aegyptiorum dei nott. ad II, 43 et add. Seyffarth. in Iahn. Annall. 1834. IV, 2 p. 209. 210. primi diis aras et simulacra et delubra statuerunt, II, 4. Aegyptii supra modum religiosi, II, 37. duodecim deorum cognomina primi in usu habuerunt, II, 4 not. octo deorum primores, et duodecim secundi nominati, II, 145 not. at omnes longe antiquiores Graecorum diis, II, 146 not. Deorum omnia fere nomina ab iis ad Graecos pervenerunt, II, 50. Quorum deorum nomina nesciant, *ibid.* — Aegyptiorum ritus religiosi, II, 38 seqq. et c. 64. Sacrificia, II, 39. 40. 41. illis sub Cheope interdicta, II, 124. a Mycerino restituta, II, 129. Pompae sacrae et festa, II, 58—64 et c. 122, ubi *Rhampsiniti descensus ad inferos*. Bestiarum cultus, II, 64 not. 65 seqq. Vid. *Bestiae*. oracula, II, 83. Divinatio ex victimis ab Aegyptiis profecta, II, 57 conf. c. 54 seqq. Mystera II, 170. 171. Aegyptia instituta et Pythagorica eademque Orphica et Bacchica consentiunt, II, 81 not. Ante homines in Aegypto dii regnaverunt, II, 144 not. Aegyptiorum reges cccxx. II, 100 not. quorum primus Menes, II, 99. unde orti reges; not. ad II, 141. regum munera et vivendi ratio: nott. ad II, 142 et ad II, 173; sepultura, III, 16 not. Reges praecipui, II, 101. 102. 111. 112. 121.

*) Add. Braun, De vestit. sacerdd. Hebr. I, 3 §. 47 et I, 9 §. 147.

**) Add. Creuzer. ad oration. de Athen. p. 63.

***) Add. Reuvens Lettres à M Letronne sur les papyrus bilingues et Grecs, Leid. 1830 et potissimum Seyffarth in Iahnii Anuall. philoll. 1834. IV, 2 p. 190 seq.

124. 127. 129. 136. 137. 141. 147. 151. 158. 160, 161 seqq. 172 seq. III, 10. Eorum sub duobus regibus calamitas, II, 124—128. Aegyptii libertatem adepti duodecim sibi reges constituerunt, II, 147 seqq. Clade a Cyrenaeis accepta, a rege Aprie desciverunt, IV, 159 et Amasin regem nominarunt, II, 161 seqq. sub quo maxime floruerunt, II, 177 not. Psammenito rege, Aegyptii acri proelio a Persis victi, III, 10 seqq. morte multatati a Cambyse quum Apin celebrarent, III, 27. 28. 29. A Cambyse subacti a Persis deficiunt, Dario regnante, VII, 1. denuo a Xerxe subacti, VII, 7. ipsi Phoenices comiteatus comportant exercitui Persico contra Graecos, VII, 25. et naves ducentas praebent, VII, 89. navali in pugna strenui, VIII, 17.

Aegyptio thorace in pugna utuntur Persae, I, 135 not. et ab Aegyptiis quoque scutum et galea ad Graecos pervenit, IV, 180.

Aegyptium linum II, 105 not.

Aegyptius quidam vocalissimus, IV, 141.

Aegyptus ab Herodoto Libyae s. Africae accensetur, IV, 42 not., qui ipse eo profectus est ibique accurate omnia perlustravit, Comm. §. 7 p. 392. fluminis donum, II, 5 not. et Excurs. p. 901 seq. *) tota est palustris, vel palus, ἔλος, II, 4 not. quousque pateat, oraculi responso, II, 18. per se angusta, II, 8 not. II, 99 not. Aegypti longitudo, II, 5 not. eiusque maritimae partis latitudo, II, 6 not. II, 149. De Aegypti magnitudine Ionum sententia, II, 15 et Herodoti, II, 17. Aegyptus montanae Ciliciae opposita, II, 34. Asiae et Africae terminus, II, 17. Africae et Li-

byae finitima, II, 65. III. 91. unde incipiat et qua pateat in eam ingressus, III, 5. Aegyptus olim maris sinus fuit, II, 10 not. 12 not. Aegyptus pluvias non habet, II, 13 not. et 14. Aegypti solum ac terra nigra, II, 12 not. II, 77 not. Aegypti nomen *Chem* s. *Mizraim* II, 12 not. II, 15 not. Aegypti ora maritima Ciliciae opposita, II, 34 not. Aegypti vites, II, 37 not. II, 77 not. Aegypti pisces, II, 37 not. II, 77 n. Aegypti pars inferior s. τὰ ἔλη. II, 92 not. 94 not. Aegypti divisio a Sesostri facta, II, 109 not. Aegypti urbes in solo altiori exstructae, II, 137 not. coll. 138. via ex Palaestina in Aegyptum, III, 5 not. III, 7 not. III, 9. Aegypti seu Aegyptiacae regionis natura, II, 8 not. 12 not. Aegypti solum a vicinarum terrarum solo diversum, II, 12 not. Aegypti a Nilo inundatae facies, II, 97 not. Ubertas per Nilum, II, 14 not. **) cuius aqua noctu magis calida quam serenum coelum et ros, II, 68. Coeli temperies nullis mutationibus obnoxia, II, 77 not. Aegyptus non bestiis frequens, II, 65. *Describuntur praesertim ab Herodoto* crocodili, II, 68. 69. 70. hippopotami, II, 71. ibides aves, II, 75 seq. pisces gregales, II, 93. serpentes cornuti, II, 74. serpentes volucres, II, 75 seq. et memorantur *aliae animales*, II, 14. 42. 47. 60. 65. 67. 72. 95. IV, 186. Terra gignit papyrus, v. byblum (cf. VII, 25.) lotum, lilia, II, 92 not. sillicyprium, II, 94 not. raphanum, caepam et allium, II, 125. Aegyptus fossas unde tam multas habeat, II, 108 not. propter quas inequitabilis et plaustris inhabilis effecta, *ibid.* plura mirabilia habet quam omnis

*) Add. Chr. Kapp: Vermischte Aufsätze (Kempten 1833) p. 139 et Excerpt. e Commentt. Alexandr. in Aristotel. Meteor. p. 258 ed. Ideler, quem ipsum cf. p. 479 Commentt.

**) Add. A. G. de Schlegel in Indic. Bibl. II 3 p. 290, qui Herodoti verba ad Deltae inferioris loca quaedam spectare censet.

- alia regio, II, 35 not. Aegyptus in praefecturas, quae *νομοὶ* vocantur, divisa, II, 42 not. II, 164. postea temporis in duodecim portiones distincta, II, 147. sub Amasi rege maxime florens, II, 177 not. in ea tunc vicies mille oppida habitata, *ibid.* Aegypti antiqua historia, II, 99 et seqq. — Aegyptus minatur interitum Cambyses decem circiter annos natus, III, 3. ea potiuntur Persae, III, 7 seqq. Aegyptus Persis tributaria, III, 91.
- Aimnestus*, Spartanus Mardonium interfecit, IX, 68 not. ipse occubuit in bello Messenico, *ibid.*
- Aenea*, urbs (*ἡ Αἴνεα*), VII, 123 not.
- Aenesidemus*, Pataici filius, satellites Hippocratis, VII, 154 not. Theronis pater, VII, 165 conf. adn.
- Aenianes*, vid. *Enianes*.
- Aenus* (*Αἴνος*), urbs Aeolica, IV, 90 not. VII, 58 not.
- Aenyra* (*τὰ Αἴνυρα*), locus Thraciae, VI, 47.
- Aeoles*, olim Pelasgi vocati, VII, 95. a Croeso invasi, I, 26. atque subacti, I, 6. 28. Cyro se dedere voluit, I, 141. Aeoles et Iones hereditarii Cambysis servi, II, 1. tributarii Dario, II, 90. Aeoles circa oram Iliadem capti ab Hymea, V, 122. eorum in Xerxis classe arma, VII, 95. Aeoles Sestum tenentes, IX, 115.
- Aeolenses* Mitylenaei, V, 94 cf. V, 122 not.
- Aeolicae* undecim civitates (*αἱ Αἰολίδες πόλεις*), I, 149 not. Aeolicae civitates insulares quinque, I, 151 not. Aeolicae et Ionicae ditionis collatio, I, 149 not. Aeolidensium oppidum incensum, VIII, 35 not.
- Aeolis* (*ἡ Αἰολίς*), V, 123 not. (Thes-salia). VII, 176 not.
- Aeolus* Athamantis pater, VII, 197.
- Aeor* (*Οἰὸρ*), apud Scythas virum significat, IV, 110.
- Aeorpata* (*Οἰόρπατα*), id est, virididae, Amazones dictae lingua Scythica, *ibid.*
- Aequabilitas*, res egregia, V, 78.
- Aequitati* iniquitas invisita, I, 96.
- Aër* Aegyptiorum nunquam immutatur, II, 77. aëris mutatione existunt praecipue morbi, *ibid.*
- Aerarium* Atheniensium, VII, 144.
- Aerei viri* Psammiticho auxiliantur, II, 152.
- Aereus* Iupiter et Neptunus, IX, 80.
- Aereum* totum Mardonii praesepe, IX, 69.
- Aëropus* Temeno natus, VIII, 137 not.
- Aëropus*, Philippi filius, Alcetae pater, VIII, 139 not.
- Aëropus*, Echemi pater, IX, 26.
- Aes* apud Aethiopus omnium pretiosissimum et rarissimum, III, 23 not. apud Scythas non est in usu, IV, 71. eius copia apud Massagetis, I, 215. aes ante ferrum in usu, I, 68 not. pro aere aurum mercantur Aeginetae, IX, 79 not. Aëris alieni debitor mendacio obnoxius, I, 138. — Aes alienum debere, apud Persas turpe, I, 138. aëris alieni debitor cadaver patris deponit ap. Aegyptios, II, 136. aere alieno liberatur ap. Spartanos, in regis obitu, qui aut regi aut reipublicae sit obstrictus, VI, 59. ut et apud Persas, *ibid.*
- Aesanius*, Grini pater, IV, 150.
- Aeschines*, Nothonis filius, VI, 100. non sinit Atheniensium auxiliorum quatuor millia cum Eretriensibus in bello Persico perire, *ibid.*
- Aeschreas*, Lycomedis pater, VIII, 11.
- Aeschrionia* Samiorum tribus, III, 26 not.
- Aeschylus*, Euphorionis filius, II, 156 not. Aeschyli notio de fato similis Herodoteae notioni, Comm. §. 12; in Persis idem fere argumentum, quod Herodotus, tractat, Comm. §. 12; Eius multae locutiones in Herodoto reperiuntur, Comm. §. 15.
- Aesopus*, fabularum scriptor, II, 134 not. aetas et caedes, *ibid.*
- Aestas* ubi semper nubila est, IV, 28. aestatis et hiemis simulacra, II, 121.
- Aesymnetae* in Ionum civitatibus, not. I, 20.
- Aethiopes*, IV, 197 not. VII, 69 not. quomodo redditi mansuetiores, II,

30. pudenda circumcidunt, II, 104. Aethiopes macrobii, unde tam longae vitae, III, 23 not. quales homines, III, 20 not. seqq. eorum regis cum Ichthyophagis Cambysis legatis colloquia, III, 21. 22. 23. adv. eos infelix Cambysis bellum, III, 17. 25 seqq. Aethiopes alii, Aegypto contermini, a Cambyse subacti, III, 97. eorum semen, domus, *ibid.* Aethiopes nomades, II, 29 not. Aethiopes Troglodytae, eorumque mores, IV, 183 not. Aethiopum varia genera cum Xerxe militantium, VII, 69 not. 79. eorumque differentia, arma, vestitus et duces, *ibid.* Aethiopum genitura nigra, III, 101. Aethiopes colunt Iovem et Bacchum, II, 29 not. Aethiopes statura minima II, 32 not. *Aethiopes Asiatici*, III, 94 not. VII, 70 not.
- Aethiopiae* situs, III, 114 not. eius descriptio et quarum rerum ferax sit, *ib.* - *Aethiopiae* regno solus Sesostris Aegypti rex potitus, II, 110 not. Aethiopian Nilus permeat, II, 22 not. Aethiopiae et Aegypti coniunctio, II, 100 not. Aethiopia incunabula rerum Aegyptiacarum continet, II, 29 not. et add. Vienn. Annal. LVIII p. 42.
- Aethiopicus* lapis, II, 134 not. II, 86 not. 176.
- Aëtion*, Echeeratis filius, V, 92 §. 2 not. eique redditum oraculum, *ibid.*
- Actolia* (ἡ Ἀττώλις χώρα), VI, 127.
- Actolus* Males, Agaristae proci, germanus Titormi, *ibid.*
- Affines* Medi et Persae similiter colunt, I, 134.
- Africae* descriptio geographica, IV, 41 not. — 44. termini, 17. deserta, II, 32. Africae superiora aestas semper obtinet, II, 26. Africa circumnavigata, IV, 42 seq. vid. *Libya*.
- Africus* ventus pluviosissimus, II, 25.
- Agacus*, Onomasti pater, VI, 127.
- Agamemnon* Pelopides, VII, 159. Orestis pater, I, 67.
- Agarista*, Clisthenis filia, Graecorum praestantissimo destinata, VI, 126. eius proci totius Graeciae praestantissimi iuvenes, VI, 127. nubet Megacli, VI, 130. eius liberi, VI, 131.
- Agarista*, Hippocratis ex Agarista nati filia, Xanthippo nupta, Periclis mater, VI, 131 not.
- Agasicles* Halicarnassensis, I, 144. Iegem Apollinis Triopii ausus violare, *ibid.*
- Agathoërgi* Spartae, I, 67 not. *)
- Agathyrsi*, IV, 49 not. 102. 125. eorum mores et instituta, IV, 103, sedes IV, 100 not.
- Agathyrsus*, Herculis filius, IV, 10.
- Agbalus*, pater Merbali, VII, 98.
- Agbatana* Mediae (τὰ Μηδικὰ Ἀγβάτωνα), III, 64. 92. nomen I, 98 not. **) situs urbis, I, 98 not. ***) eius urbis exstructio, I, 98 not. 110. ibi sedes Cyri, I, 153 et Cambysis III, 64.
- Agbatana* Syriae, III, 62 not. *adn.* 64.
- Agenor*, Cilicis Phoenicis pater, VII, 91.
- Agesilaus*, Doryssi fil., VII, 204.
- Agesilaus*, Hippocratidae filius, VIII, 131.
- Agetus*, Alcidis filius, VI, 61. uxorem suam amico Aristoni collocat dolo adactus, VI, 62.
- Agger* Nilo aggestus a Mene primo

*) Add. Kortüm in Schlosser et Bercht *Histor. Archiv.* IV p. 170.

**) Add. Passow. *Melett. critic.* in Aeschyl. *Perss.* p. 48. Ac Bohlen in *Commentt. de Origin. ling. Zendic.* p. 29 cum Lassenio urbis nomen valere ait Ἰπποστασίαν, adferens quoque e sacra scriptura nomen אֶשְׂרָא Esra VI, 2.

***) Add. Hammer. in *Annal. Viennens.* LXII p. 21, ubi prope locum, qui nunc vocatur *Harsin*, vetera Ecbatana existisse ponit, et conf. etiam Friedeburg. *Journal d. Reisen* 1830 Mai p. 4 seqq.

- Aegypti rege**, II, 99. vid. adn. agger visu mirabilis Euphrati aggestus a Nitocri regina, I, 185. agger circa portum Samiorum ductus, III, 60 not. aggeribus iactis Ioniae oppida capit Harpagus, I, 162.
- Agis**, Menaris pater, VI, 65 not.
- Agis**, Spartae rex VII, 204 n.
- Aglauri**, Cecropis filiae, fanum VIII, 53 not.
- Agromachi turre** privata, IV, 164.
- Agmen Xerxis** Graeciam petentis describitur, VII, 40, 41.
- Agora** (Ἀγορῆ), i. e. Forum. oppidi nomen, VII, 58 not. coll. T. III p. 823.
- Agrianes** fl. in Ebrum se exonerat, IV, 90 not.
- Agrianes** (Ἀγοιᾶνες) pop. V, 16 not. T. III p. 812.
- Agrirentini** (οἱ Ἀγοργεντινοί), Cammicum incolunt, VII, 170. eorum monarcha Theron. c. 165.
- Agron**, primus ex Heraclidis Sardiū rex, I, 7 not.
- Agyllaci**: eorum ager, caedibus pollutus, quo pacto expiatus, I, 167 not.
- Ahenum** ex aculeis sagittarum factum in Scythia, eiusque descriptio, IV, 81. ahenum ad crateris Argolici modum factum Iunoni Samii dedicant, IV, 152 not. ahenum in Ponti ostio a Pausania dedicatum, IV, 81 not.
- Aiax**, pater Philaei, VI, 35.
- Aiax**, Telamonis filius, pro heroë habitus, V, 66 not. a Graecis ad Salaminem invocatus, VIII, 64. ei in ipsa Salamine triremis dedicata, VIII, 121.
- Aimnestus**, vid. *Acimn*.
- Alabanda**, urbs Phrygiae, VIII, 136. vid. not.
- Alabandi** in Caria, VII, 195 not.
- Alabastrites lapis**, III, 24 not.
- Alae** in humeris visae, I, 209 not. *)
- Alalia**, in Corsica a Phocaeensibus condita, I, 165: vid. not. 166.
- Alarodii**, III, 94 not. cum Xerxe militantes, VII, 79. eorum armatura et dux, ibid.
- Alazir**, Barcaeorum rex, in foro interfectus, IV, 164.
- Alazones**, Scythicus pop. IV, 17 not. 52.
- Alba**, arx Memphi (τὸ Λευκὸν τεῖχος ἐν Μέμφι), a Persis occupata, III, 91.
- Albae columnae** (Λευκαὶ Στήλαι) sic dictus locus, V, 118 not.
- Album litus**, vide *Leuce acte*.
- Alcaeus**, Herculis fil., I, 7.
- Alcaei poetae** fuga, V, 95 not. eius arma suspenderunt in Sigco Athenienses, ibid.
- Alcamenes**, Telecli fil., VII, 204.
- Alcetes**, pater Amyntae, VIII, 39.
- Alcibiades**, Cliniae pater, VIII, 17 not.
- Alcides**, Ageti pater, VI, 61.
- Alcimachus**, Euphorbi pater, VI, 101.
- Alcinor** et Chromius, Argivi, I, 82.
- Alcmaeon**, pater Megaclis adversarii Pisistrati, I, 59.
- Alcmaeon**, Megaclis huius filius, VI, 125. Croesum adiuvat in consulendo oraculo Delphico; auro se ridicule onerat ap. Croesum; victor in Olympicis, ibid. Megaclis illius pater, qui Agaristen Clisthenis fil. in matrimonium ducit, VI, 127.
- Alcmaeonidae**, nobilissima inter Athenienses familia, VI, 125 not. coll. V, 66. piaculo obnoxii, (ἐννοχέες) not. I, 61. coll. V, 70. 71. ob Pisistratum, I, 64 not. et Pisistratidas patria profugi, templum Delphicum aedificandum conducunt, V, 62. Athenas tyrannide liberant, VI, 123 coll. V, 63 et VI, 121. per Clisthenis Sicyoniorum tyranni adfinitatem per universam Graeciam celebrati, VI, 126—131. factionibus dissident cum Isagora, V, 66 not. Athenis eieci, mox vero restituti sunt, V, 69—73. clypeum

*) Alarum Augurium simile quoddam e Turcarum historia narrat I. de Hammer. Gesch. d. Osman. I p. 52. Herodotei loci non immemor.

- Persis post pugnam Marathoniam ex composito sustulisse feruntur, VI, 115 not. quod negat Herodotus, VI, 121 not. 124. Alcmaeonidarum opes et victoriae VI, 125 not. 126.
- Alcmena*, mater Herculis, II, 43, 145.
- Alcon* Molossus e procis Agaristae, VI, 127.
- Alcades* vide *Cleades* (IX, 85.)
- Alcae* ludus a Lydis inventus, I, 94.—
alcae lusus Cereris et Rhampsiniti, II, 122 not.
- Alcae Minervae*, templum Tegeae, I, 66 not. IX, 70.
- Aleius* campus (τὸ Ἀληϊὸν πεδῖον), Ciliciae, VI, 95 not.
- Aletes*, V, 92 §. 2 not.
- Aleuadac*, Thessaliae reges, VII, 6 not. 130 not. nuncios ad Xerxem mittunt ut succurrat contra Graecos. *ibid.* Thessalis invitis, VII, 172. cf. c. 130 fin. — *Aleuadac*, fuere Thorax *Larissacus*, eiusque fratres *Eurysipylus* et *Trasideus*, IX, 58.
- Alexander*, Priami filius, Helenae raptor, I, 3. II, 113. vi ventorum in Aegyptum delatus, Helenam et opes Menelao raptas relinquere coactus, II, 113—115. cf. c. 116. in Cypriis vero carminibus triduo ex Sparta Ilium pervenisse fertur, II, 117.
- Alexander*, Amyntae filius, Macedoniae rex, V, 19. VII, 173 not. vetusta origine Graecus, V, 22. VIII, 136 not. 139. familiae stemma, VIII, 139. adhuc juvenis Persarum legatos nimis insolentes in convivio interimit, V, 19. 20. 21. in Olympicis stadium currit primo proximus, V, 22. Graecos ad Thermopylas per legatos monet, ne in his faucibus manentes ab invadente Xerxis exercitu conculcentur, VII, 137. Atheniensium hospes, VIII, 136 not. a Mardonio legatus Athenas missus, VIII, 136 not. Athenienses hortatur ad paciscendum cum Persis, VIII, 140. ad Plataeas Atheniensibus Mardonii causam prodit, IX, 44 not. 45. aurea eius Delphis statua, VIII, 121.
- Aliacmon*, vid. *Haliacmon*.
- Alilat*, eadem Arabibus quae *Urania*, III, 8 not. *Alitta*, Venus Arabum II, 131 not. *)
- Alluvione* fluminis agros decurtatos compensat Aegypti rex, II, 109.
- Alopecae*, in Attica pagus, V, 63 not. **)
- Alpeni* (Ἀλπηνοί), vicus ad Thermopylas, Graecorum receptaculum, VII, 176 not. cf. c. 229.
- Alpheus* et *Maron*, Orsiphanto geniti, VII, 227. eorum virtus ad Thermopylas, *ibid.*
- Alpis* fl., IV, 49 not.
- Alus*, urbs Achaiae Thessalicae, VII, 173 not. 197.
- Alumen*, II, 180 not.
- Alyattes* Sadyattae succedit in Lydiae regnum, I, 16 not. bellum cum Milesiis a patre sibi traditum

*) Tractaverat de hac dea Bock, in libro, quem de symbolica architecturae veterum editurus erat, nunc deleto p. 52. eo referens lapidem nigrum, circa quem Kaaba fuerit exstructa, formâ quadrata. Magis opinor, huc pertinent, quae nuper Schelling. disseruit (Zweiter Jahresbericht der Baiersch. Akadem. der Wissensch. 1831. Monach. p. 55 seq.), eorum interpretatione reiecta, qui duce Iosepho Scaligero ad vocem *Alilat* explicandam allerunt Arabicum *Hilal*, quippe quod non *lunam*, ut isti putent, sed *novilunium* modo significet. Neque convenire hoc ait cum ipsius Herodoti testimonio, (I. 131) ut *lunarem deam* hic indicari statuamus, cum ille postquam solem et *lunam* a Persis coli enarravit, aliam praeterea addit *deam*, *Mitram* sive *Alitam*; in qua voce *Al* Arabum sit articulus et *Ilal* femininum vocis *Ilah* s. *Elah*, qua *deus* indicetur.

**) Add. Sintenis ad Plutarch. Themist. Ip. 7.

- gerit, I, 17. 18. 19. morbo divinitus adfectus, oraculi monitu, pacem componit cum Thrasybulo, Milesiorum tyranno, I, 19—22. e morbo convalescens Delphis donaria dedicat, I, 25 not. ob Scythas transfugas cum Cyaxare et Medis bellum gerit, I, 16. 73. 74. Cim-merios ex Asia eicit, I, 16. vid. *adn.* eius mors *) et anni regni, I, 25. 41 not. sepulcrum memorabile, I, 93 not. et Excurs. p. 924 not. **) — eius fil., Croesus et Pantaleon, I, 92. filia Aryena, I, 74.
- Amasis* tempora, I, 30 not. III, 10 not. II, 13½ not. Aegyptius ex domo minime illustri, II, 172 not. post cladem Aegyptiis a Cyrenaeis allatam, ab exercitu contra Aprien rex nominatus, II, 161. 162. 163. hunc ad Momemphina opp. proelio vicit, captumque postea Aegyptiis tradit, II, 169. generis obscuritatem callido invento a contentu vindicat, II, 172. vitae ratio et mores, II, 173 not. 17½ not. uxor eius Ladice Cyrenaea Veneri votum facit, I, 181. Graecorum amicus, II, 178. III, 39 not. Iones Caresque sibi custodes corporis adv. Aegyptios adsciscit, II, 154. ad eum se confert Solon, I, 30. cum Cyrenaeis mutuam amicitiam contrahit, I, 181 et foedus componit cum Croeso, I, 77. literae ad Polycratem III, 40 not. hospitium ius cum Polycrate contractum propter nimiam huius felicitatem solvit, III, 40 not.—43. primus Cyprum capit, tributariamque facit, II, 182. Cambysen de-
- ludit, missa Apriae filia pro sua, III, 1. inde bellum Aegyptiis cum Persis, *ibid.* quo imminente Amasis mortuus est, III, 10. in eius cadaver nefarie saevit Cambyses, III, 16 not. eius opera magnifica, II, 175. 176. dona in Graeciam ab eo dedicata, II, 182. linci thoraces intextis figuris ornati, III, 47.
- Amasis*, vir Maraphius, dux Pers. contra Barceos, IV, 167. Barcen diu oppugnatam dolo et perfidia capit, IV, 201. Cyrenen occupare frustra tentat, IV, 203.
- Amastris*, not. ad VII, 61.
- Amathuntis* (*Ἀμαθουντος*), urbis in Cypro obsidio ab Onesilo, Salaminiorem rege, instituta, V, 104 not. seq. sed Persarum adventu frustrata, V, 108 seq.

- νίσιος, dictus*), IX, 20 not. equitatus praefectus cadit ad Plataeas, IX, 20. 21.
- Massitius*, Siromitris fil., VII, 79.
- Maspici*, Persarum gens, I, 125.
- Massages*, Oarizi fil., dux Libyum, VII, 71.
- Massagetae*, pop. Scytharum ferus et robustus, I, 201 not. 215. eorum deus Sol, I, 212. 216. mores etc., I, 216 not. uxores communes, *ibid.* IV, 172. senes immolant, I, 216. vestitus etc., I, 215 not. Scythas Nomades sedibus expellunt, IV, 11. Cyrum vincunt, I, 214. Massagetae auro atque aere abundant, I, 205 et 215 not. *)
- Massilia*, quando condita a Phocaeensibus, not. ad I, 166 pag. 368. **)
- Maternum* genus paterno nobilissimum apud Lycios, I, 173. vid. *Lycia*.
- Matiani* montes, I, 189. 202 not.
- Matieni* pop., I, 72 not. III, 94 not. V, 49. 52 not. eorum in Xerxis exercitu armatura, VII, 72.
- Matrimonium* emtionem fit, V, 6 not.
- Matri* Dindymenae fanum, I, 80.
- Matri* Deorum festum celebrat Anacharsis, IV, 76 not. Mater Ponti nominata palus Maeotis, IV, 86 not. Matris deum cultus, apud Cyzicenos, IV, 76 not.
- Mausolus*, pater Pixodari, V, 118.
- Maxyes* Libyes, IV, 191 coll. IV, 178 not. ***)
- Mazares* Medus, I, 156. Prieneenses subigit, I, 161.
- Mecistes*, Adrasti frater, V, 67.
- Mecyberna*, Graeca urbs, Thraciae, VII, 122 not.
- Medea*, Colchorum regis filia, I, 2. VII, 62 not.
- Medi*, IV, 37. 40. per vicus habitant, I, 96. eorum diversae gentes, I, 101. olim Arii nominati, a Medea Colchica nomen invenerunt, VII, 62. ab Assyriis deficient, I, 95. Deiocem sibi regem constituunt, I, 96—100. Medorum regum tempora: Excurs. ad I, 130 p. 899 seq. †) Medorum nomen late patens, IX, 77 not. sub Phraorte rege Asiam subigunt, cap. 102. sub Cyaxare bellum gerunt cum Lydis, cap. 103. quo bello incidit solis defectus, c. 73. 74. Asiae imperium amittunt, Scythis irrupentibus, c. 104. Ninum, iam antea oppugnatam, capiunt et Assyrios subigunt. cap. 106 not. sub Astyage rege Persis succumbunt, c. 130 not. deficient a Dario, et denno subiguntur, *ibid.* not. ††) cf. *Magi*. — Medorum in Xerxis exercitu armatura, VII, 62. 86. Medi et Cissii in Thermopylis propulsati, VII, 210. Medicae hastae, VII, 67.

*) Pro Alanis habet Massagetas Halling. in Annal. Vienn. LXIII p. 131. ad Ammianum provocans XXIII, 14 et XXXI, 2. Conf. etiam Reichard in Hertha XI p. 15. Gatterer. in Comm. societ. Gotting. XIV p. 9 seqq. Massagetas tenuisse statuerat terram Kirgisorum grandis hordae, i. e. meridionalem Soongariam, et Buchariae minoris partem septentrionalem.

**) Quod Herodotus ipse Massiliae conditae nullam faciat mentionem, id Lehnert De foed. Ion. p. 53 seq. ex humili urbis statu, qui fuerit Cyri tempore miserimamque eius conditione illo tempore arctis finibus conclusae explicari posse censet.

***) Add. Annal. Vienn. LVIII p. 45 seq.

†) Add. Hitzig. in Commentar. ad Iesaiam p. 294, ubi in Herodoteo loco hanc proponit lectionem: ἐπ' ἔτεα ἐκατὸν δυῶν δέοντα παρὲς ἢ ὅσον οἱ Σκύθαι ἤρχον, τριήκοντα δυῶν δέοντα, nisi calamo lapsum esse ipsum Herodotum credas indeque legendum ἐπ' ἔτεα εἰκοσι κ. τ. λ.

††) Cf. Krüger. in Vita Thucyd. p. 26 seq. 29 seq.

- Medea* partim montosa, partim plana, I, 110. Medicum imperium Italy fl. terminatum, I, 72. Medorum nomen Graecis terrorem incutit, VI, 112. Medorum idiomate canis Spaca nominatur, I, 110. Media praefectura, III, 92 not. Medica herba, I, 132 not. Medica stola, I, 135 not. III, 82 not. VII, 116.
- Medicamenta ad cadavera Aegypti.* condienda, II, 86 not.
- Medici* singuli singulorum morborum apud Aegyptios, II, 84 not. oculorum medicum ab Amasi Cyrus petiit, III, 1 not. Aegyptii medici ap. Darium, III, 129 not. 132. medici Crotoniatae et Cyrenaei inter Graecos inclauuerunt, III, 131 not. Democedes, medicus celeberrimus, III, 130 seqq. Medicamenta Graeca leniora, III, 130 not.
- Medimnus* farinae, VI, 57 not. medimnus Atticus, I, 192.
- Mediterraneum mare* (ἡδὲ ἡ θάλασσα), I, 1 not. I, 185 not. coll. 202.
- Megabates*, expeditionis contra Naxios dux, V, 32 seqq.
- Megabazus*, Megabatis fil., navalibus copiis praefectus, VII, 97.
- Megabyzus*, qui et Megabazus nominatur, cf. not. ad IV, 143. coniurationis in Magum particeps, III, 70. pro oligarchia constituenda sententiam fert, c. 81. copiarum dux in Europa a Dario relictus, Hellespontiorum civitates subigit, IV, 143 not. 144. Thraciam Persarum subiicit imperio, V, 1 seq. Pacones Darii iussu in Asiam transducit, c. 14 seq. consilium dat Dario de Histiaeo, cap. 23.
- Megabyzus alius*, Zopyri fil., pedestri Xerxis exercitui praefectus, VII, 82. postea in Aegyptio dux adversus Athenienses, III, 160. cf. not. ad III, 153.
- Megacles*, Alcmaeonis fil., Pisistratum Athenis eicit, at mox cum reducit, filiam ei elocans, I, 59. 60. ex Attica profugit, Pisistrato tertio Athenisposito, c. 61—64. cf. VI, 125, ubi Alcmaeonis pater.
- Megacles*, Alcmaeonis (eius, qui Croesi fuit familiaris) fil., superioris nepos, uxorem ducit Clisthenis filiam, VI 127—130 not.
- Megacles*, Hippocratis fil., huius Megacelis nepos, VI, 131 not. stirps, *ibid.* *)
- Megacreon* Abderita, consilium civibus dat, VII, 120.
- Megadostes*, Mascamis pater, VII, 105.
- Megapanus*, Hyrcanorum dux, VII, 62.
- Megara* (τὰ Μέγαρα), Megarica terra (ἡ Μεγαρίς χώρα), IX, 14. Megarenses cum Atheniensibus bellum gerunt, I, 59. fortiter pugnant ad Plataeas, IX, 21.
- Megarenses* Siciliae, a Gelone subacti, VII, 156 not.
- Megasidras*, Doti pater, VII, 72.
- Megistias*, vates Graecorum ad Thermopylas, VII, 219. 221 not. eius intrepidus animus, c. 221. carmen epitaphium, c. 228.
- Mel* ex palma confectum ap. Babylonios, I, 193 not. ex myrica (tamarice) et tritico, VII, 31. mellis magna copia ap. Gyzantes, IV, 194 not.
- Melampus*, Amythaonis fil., Graecos Bacchi sacra et alia ex Aegypto accepta docuit, II, 49 not. VII, 221. Regiam dignitatem ab Argivis postulat, IX, 34 not.
- Melampygyus* lapis, VII, 216 not.
- Melanchlaeni* pop., IV, 20 not. 100

*) Add. Wiggers. Quaest. de Cornelio Nepot. Alcibiad. (Lips. 1833) p. 46 seqq.

- not. 102. 107 not. corum mores, c. 107 not. *)
- Melanippus*, Astaci fil., eius fanum Sicyone, V, 67 not.
- Melanippus*, Alcaei sodalis, Mitylenaeus, V, 95 not.
- Melanthius* Athen. dux viginti navium, V, 97.
- Melanthus*, Codri pater, I, 147. rex Athen., V, 65 not.
- Melas*, fl. Thessaliae, VII, 198 not.
- Melas* sinus, VI, 41 not. et fluvius eiusdem nominis in Thracia, VII, 58 not.
- Meles*, rex Sardinum, I, 84 not.
- Meliboea* urbs, VII, 188 not.
- Melienses*, vid. *Maliaca* terra.
- Melii* cum Graecis militant, VIII, 46 not. genus a Lacedaemone derivant, c. 48.
- Melissa*, Periandri uxor, III, 50 not. V, 92 §. 7 not.
- Membliarus*, socius Cadmi, IV, 147 not.
- Memnon*, II, 106 not. **)
- Memnonia*, regia Pers., V, 53 not. Susa nominatur τὸ ἄστυ Μενώνιον, c. 54. et Memnonia Susa, VII, 151. III, 68 not. T. III p. 813.
- Memphis*, urbs Aegypti, II, 3. 10. a Mene primum condita; eius situs, II, 99 not.
- Menares*, Leotyichidis pater, VI, 65. 71, VIII, 131.
- Menda*, opp. Pallenae, VII, 123 not. T. III p. 825.
- Mendacium* dicere apud Persas turpissimum, I, 138 not. coll. III, 72.
- Mendes* lingua Aegyptiaca Pan et *Hircus* vocatur, II, 46 not. Mendetis templum, II, 42 not.
- Mendesia* Aegypti praefectura, II, 42. 46. Calasiribus adsignata, II, 166 not.
- Mendesii* oves immolant, capris abstinent, et qua causa, II, 42 not. 46 not.
- Mendesium* ostium Nili, II, 17. Excurs. T. I p. 908.
- Menclaus* Helenam recipit in Aegypto, II, 119 not.
- Menclaus* portus, IV, 169 not.
- Menes* primus in Aegypto regnasse fertur, II, 4 not. 99 not. ***)
- Menius* Eurydamae frater, VI, 71.
- Mensa* solis apud Aethiopes, III, 18 not. 23.
- Mensis* intercalaris, I, 32 not. II, 4 not.
- Merbalus* Aradius, VII, 98.
- Mercatura*, vid. *Negotiatio*.
- Mercurii* statua porrectum veretrum habens, II, 51 not. eius templum Bubasti urbe, II, 138. Mercurium maxime colunt Thraeces, V, 7.
- Mercurius* ithyphallicus s. chthonius, II, 51 not. II, 145 not. Anubis, II, 67 not. Aegyptiorum, Excurs. T. II p. 643 seq. Thracum, V, 7 not.
- Meretrices* Naucraticae, II, 135. nobiles meretrices apud Graecos: Rhodopis et Archidica, *ibid.*
- Mermnadae* quomodo regnum Lydiae obtinuerint, I, 7. 14.
- Meroë* metropolis Aethiopum, II, 29 not. †)
- Mesambria*, opp. Thraciae, IV, 93

*) Conf. Eichwald, in Annall. Dorpat. III, 1 p. 14, qui Melanchlaenos gentem existimat Finnico-Estnicam, ad Lithuaniae usque fines pertinentem, quae adhuc vestitum nigrum prae ceteris admet.

**) Add. Letronne La Statue de Memnon p. 73 coll. 42.

***) Conf. Seyffarth. in Iahn. Annall. philoll. 1834. IV, 2 p. 209 et Rosellini Monumenti dell'Egitto I p. 112-126.

†) Add. testimonium recentissimi peregrinatoris Caillaud, qui Strabonem de Meroë situ vera tradere contendit et urbem illam edocuit sitam esse in peninsula prope ruinas τὸῦ Assur in loco, qui vocatur Mahruk. Vid. Annall. Vienn. T. LVIII p. 28. 29.

- not. VII, 108 not. a Calchedoniis conditum, VI, 33.
- Messana* (olim Zancle, opp. Siciliae), VII, 164 not.
- Messapii* Iapyges, Cretensium colonia in Italia, VII, 170 not.
- Messeniorum* bellum cum Spartanis, IX, 35 not. 64. III, 47 not.
- Metalla* Thraciae, I, 64 not. V, 17 not. metalla Laureae, I, 64 not. VII, 144 not.
- Metapontini* in Italia, de Aristea narrant, IV, 15 not.
- Methymnae* in Lesbo, Aeolensium civitas, I, 151. I, 23 not.
- Metiochus*, Miltiadis fil., captus, VI, 41 not.
- Metrodorus* Proconnesius, IV, 138.
- Micythus*, Anaxilai minister, Rhegium administrat, et multas Olympiae statuas dedicat, VII, 170 not.
- Midas*, Gordiae fil., rex Phrygiae, I, 14 not. 35 not. et T. I p. 926. apud Delphos donaria et regiam sellam dedicat, I, 14. eius sella regia, *ibid.* Midae horti in Macedonia; ubi rosae nascuntur memorabiles, VIII, 138 not.
- Migratio* aethiopiae, II, 123 not.
- Miletus*, Ioniae civitas, I, 17 not. I, 20 not. T. I p. 928. I, 142 not. universae Ioniae princeps, V, 28. a Neleo, Codri fil., condita, IX, 97 not. a Gyge bello pressa, I, 14. ab Ardye invasa, I, 15. cum Alyatte bellum diuturnum gerunt Milesii, I, 17—19. dein pacem iis conciliat Periander, et componit Thrasybulus, I, 20—22. Miletii amicitia cum Sybari, VI, 21 not. Miletii lana, VI, 21 not. foedus cum Cyro pangunt, I, 143 169. eorum res componunt Parii, V, 28. 29. Milesius Aristagoras rebellionis Ionicae auctor, V, 36. cf. c. 30 seqq. Caribus auxilio veniunt contra Persas, et magnam cladem accipiunt, V, 120. Histiaeum redeuntem non recipiunt, VI, 5. Miletum oppugnant Persae, c. 6 seqq. et capiunt, VI, 18. c. 21 not. seqq. Milesii capti ad Rubrum mare deducuntur, c. 20.
- Milesiorum colonia Istria, Borysthenitarum urbs, II, 33.
- Militaris* res, primum a Cyaxare melius instituta, I, 103. apud Persas, VII, 81. ap. Aegyptios, II, 165 seq. cf. c. 141. Militaris disciplina apud Persas, V, 33. VII, 223. coll. c. 103. IX, 16. 25. (IV, 84. VII, 39) cf. I, 84. III, 25. IX, 85. et 90 coll. III, 154. et I, 136. — Militaris exercitatio navium a Dionysio Phocaeensi instituta, VI, 12. — Militibus ante pugnam tessera data, IX, 98.
- Milo*, Crotoniates luctor, III, 137.
- Miltiades*, VI, 34 not. Cypseli fil., Cimonis frater uterinus, VI, 38. cf. c. 103. in Chersonesum, a Doloneis sibi traditam, coloniam Athen. ducit, VI, 34 not. — 36. captus a Lampsaecenis dimittitur minitante Croeso, c. 37. sine liberis obit, c. 38.
- Miltiades*, Cimonis filius, fratris Miltiadis τοῦ κλεινοῦ, Chersonesi imperium suscipit, mortuo Stegagora fratre, VI, 39. Lemnum in Atheniensium redigit potestatem, VI, 137. 140. Ionibus ad Istrum consilium dat, ut pontem solvant, IV, 137. e Chersoneso profugit, Scythis irumpentibus, VI, 40. iterum fugit Phoenices, Persarum socios, et Athenas navigat, c. 41. cf. c. 33 seq. et 104. ibi imperator Atheniensium electus, c. 104. pugnae ad Marathonem praest, cap. 109 seqq. in Parum ins. expeditionem suscipit malo successu, c. 132—135. domi accusatus, pecunia mulctatur (VI, 136 not.); at mox obit supremum diem, c. 136 not.
- Milyas*, Asiae regio, a Lyciis postea habitata, I, 175 not. Milyae Solymi dicti, *ibid.* III, 90. Milyarum in Xerxis exercitu armatura, VII, 77. T. III p. 823.
- Mimnermus*, poeta, I, 14 not.
- Mina* Attica, II, 168 not. III, 13 not. Minae duae pretium captivi, V, 78 not. VI, 79 not.

- Minerva*, Neptuni filia et Tritonidis, a Iove adoptata perhibetur, IV, 180. *Minerva Aegyptiorum*, II, 62 not. *Aeginett.*, III, 59 not. (eius templum) V, 83 not. *Tritonis* s. *τροιτογένεια*, IV, 180 not. VII, 141 not. *Equestris*, IV, 188 not. *Minerva Iliaca*, VII, 43 not. *Attica*, VIII, 55 not. *Minervae sacerdos Attica*, V, 72 not. cum Neptuno de dominio terrae Atticae contendit, VIII, 55 not. *Minervae Alcae templum Tegeae*, I, 66 not. IX, 70. *Assesiae templum* ab Alyatte incensum, I 19. et T. I p. 926. postea duo restituta ad Assesum, I, 22. *Craetiae a Dorico dedicatum*, V, 45 not. *Minerva urbis Praeses*, ἡ *Ἀθηναῖη Πολιὰς*, *Atheris*, V, 82 not. III, 59 not. *Minervae templum in arce Athen.* *Doriensibus intrare nefas*, V, 72 not. *Ἀθηναίης Πολιούχου* templum in Chio ins., I, 160 not. *Minervae Pallenidos templum ad Marathonem*, I, 62 not. *Pronaeae templ.* *Delphis*, I, 92 not. VIII, 37 not. 39. *Sciradis templum in Salaminae*, VIII, 94 not. *Minervae templum Sigei*, V, 95. — *Minervae Iliadi mille mactat boves Xerxes*, VII, 43 not. — *Minervae oraculum ap. Aegyptios*, II, 83. *templum in Sai opp. propylaeis instructum*, II, 175 not. *Minervae inaurata statua ab Amasi Cyrenen missa, et duae lapideae Lindum*, II, 182 not. *Minervae sacerdos femina ap. Pedasenses barbam emittit*, I, 175 not. VIII, 104. — *Aegides, quibus Minervae imagines instruuntur, ex Libya acceperunt Graeci*, IV, 189 not. — *Minervae festum apud Ausenses, quo virgines invicem pugnant*, IV, 180 not. apud *Nomades Libyes*, IV, 189 not.
- Minoa*, *Selinusiorum colonia*, V, 46 not.
- Minos* *Crossius maris imperium obtinet*, III, 122 not.
- Minos et Sarpedon, Europae filii, de regno in Creta dissident*, I, 173. *Minois caedes in Sicilia perpetrata*, VII, 169 not. 170 not. 171 not.
- Minyae, Argonautarum nepotes, Lemno a Pelasgis eieci, Spartae mulierum dolo e carcere liberantur*, IV, 145 not. 146. cf. not. *Minyae a Spartanis recepti*, IV, 145 not. *Minyae Theram condunt*, IV, 148 not. *Minyae Orchomenii Ionibus admixti*, I, 146 not.
- Mitra*, *Persarum*, I, 131 not. *Mithraenomen in multis vocc. comp.*, VII, 67 not. *) — *mitra pilei genus*, VII, 62 not.
- Mitradates* *pastor, Cyrum morti destinatum servat*, I, 110. 111.
- Mitrobates, Dascylei praefectus*, III, 120. ab *Oroete Sardium praefecto interficitur*, III, 126. 127.
- Mitylene, Aeolensium civitas*, II, 178. *Mitylenaei de Sigeo cum Atheniensibus bellum gerunt*, V, 94 not.
- Mnesarchus, Pythagorae pater*, IV, 95 not.
- Mnesiphilus Atheniensis bene Themistoclem monet*, VIII, 57 not.
- Moenia lignea Budinorum*, IV, 108. 123. cf. *Muri*.
- Mocris, Aegyptiorum rex*, II, 13 not. ejus *praeclara opera*, II, c. 101 not.
- Moeridis, lacus*, II, 4. 69. 148. eius *descriptio*, II, 149 not. cf. III, 91 not. **)
- Moloeis, fl. Boeotiae*, IX, 57 not.
- Molossi pop.*, I, 146. VI, 127.

*) De Mithra conf. Pott. *Etymolog. Forsch.* pag. XLVII seq. ubi negat deam Mitram inveniri, cum in libris Zendicis *Mithras* sit genius Solis.

**) Bibi posse aquam lacus Moeridis nuper affirmavit Acerbi, ipsum lacum non arte, sed natura factum esse adiciens, quo tamen aquarum receptaculo usi fuerint Aegyptii veteres ad deserti solum irrigandum. *Vid. Nouvelles Annal. des Voyag.* 1830. T. XVII p. 372.

- Molpagoras*; *Aristagorae pater*, V, 30 not.
- Momemphis*, urbs Aegypti, II, 163 not.
- Monarchiae commoda et incommoda*, III, 80. 82.
- Moneta ex plumbo deaurata*, III, 56 not. de corruptione monetae.
- Monolitha aedes*, II, 155 not. 175 not.
- Mons Arabicus*, II, 8. 124. mons ingens eversus indagandis metallis, VI, 47. montes Altai significantur, IV, 25 not. montes, primae religionis ac cultus sedes, I, 131 not.
- Mophi*, mons Aegypti, II, 28 not.
- Morae utilitas*, VII, 10.
- Morbis femineus Scythas invadit*, I, 105 not. *) morbo sacro laborat Cambyses, III, 33 morborum praecipua causa, II, 77. morborum singulorum medici apud Aegyptios, II, 84. morborum curatio ap. *Babylonios*, I, 197. morbos plurimos *Tearus* fl. sanare valet, IV, 90. morbus foedus, vermibus in corpore enatis, IV, 205 not. vid. *Medicina*.
- Mors* optimum homini contingit, I, 31. optatissimum perfugium aeternitatis vitae, VII, 46 not. mori satius esse, quam vivere, VII, 46 not. **)
- Mortuos* parentes honoris causa comedunt *Issedones*, IV, 26 not. et *Calatae Indi*, III, 38. mortuos terra condunt *Scythae*, IV, 73. et *Getae*, V, 4. Trausi cum lacticia, *ibid.* melle condunt *Babylonii*, I, 198. mortuos sedentes sepeliunt *Nasamones*, IV, 190. mortuorum sepultura apud Aegyptios, II, 86 — 88. vid. *Cadaver et Sepultura*.
- *Mortui simulacrum in conviviis Aegyptiorum*, II, 78.
- Morum vis*, III, 38 not.
- Moschi* pop., III, 94 not. eorum in *Xerxis exercitu armatura*, VII, 78.
- Mosynoeci* pop., III, 94 not. eorum in *Xerxis exercitu armatura*, VII, 78.
- Mula mulum duplex genitale habentem peperit, mula parit*, III, 153 not. VII, 57 not. cf. c. 151. ***) muli non gignuntur in *Eleo agro*, IV, 30. mulorum species *Scythis horrenda*, IV, 129. mulae non ferunt frigus, IV, 28 not.
- Mulctae diissolutae*, III, 52 not. ****)
- Mulier*, tunicam exuens, simul verecundiam exiit, I, 8 not. cf. c. 10. †) — mulieres non omnes pariunt expleto decimo mense, VI, 69 not. — mulierum artes dolosae in regia aula, I, 11 — 13. III, 67—69. 134. VII, 2. 3. — mulieres *Argivae matrem pios habentem filios praedicant*, I, 31. mulieris, quae non nisi cum suo marito concubuerat, urinam *Pheroni regi visus restitutus*, III, 111. — mulier ex deformissima formosissima facta, VI, 61 not. mulier semivipera ex *Hercule tres concipit filios in Scythia*, IV, 9 not. mulieres, quae oraculum in *Graeciam intulerunt, columbae vocatae*, II, 56. 57 not. mulieres ap. *Aegyptios virorum opera faciunt*, II, 35. mulieres laboriosae *Paeonum*, V, 12. 13. — ap. *Issedones aequam cum viris potestatem habent*, IV, 26. — apud *Zaueces currus aurigantur in bellum*, IV, 193 not. mulieres super mariti tumulum jugulantur ap.

*) Add. I. B. Friedreich *Analekten z. Natur- u. Heilkunde* (Wirceburg. 1831) nr. IV. pag. 28 — 33, qui hunc muliebrem *Scytharum* morbum non ad *Syphilin*, ut vulgo faciunt, refert, sed ad animi statum quandam mendosum.

**) Add. *Ecclesiast. Salom.* VII, 1. coll. *Iob.* XIV, 1 seq.

***) Add. *Schneider*, ad *Aristotel. H. A.* VI, 28 (33) T. III. p. 520.

****) Add. *Rose Inscriptt.* pag. 216.

†) Add. *Grüneisen*: Ueber das sittlich. d. bild. Kunst d. Griech. pag. 32.

Thracas, V, 5 not. mulieribus ap. Gindanes honori est cum viris quam plurimis concubuisse, IV, 176 not. mulieres promiscue cum viris coeunt apud Massagetas, I, 126. vid. *Concubitus*. mulier sacra in Beli templo et in Iovis Thebani aede, I, 182 not. — mulieres ap. Babylonios semel in Veneris templo cum viro peregrino concubunt, I, 199 not. — mulieres ap. Babylonios et Venetos in matrimonium a praecone venduntur, I, 196 not. — Mulieres in convivia adducere, Persis est mos, V, 18. mulieres fuso et colo, nec vero exercitu donandae, IV, 162. ap. Persas *vero alius mos*, IX, 109. — mulier vocari, Persis maximum opprobrium, IX, 107. cf. cap. 20. et VIII, 88. — mulierum mutui raptus inimicitiarum inter Graecos et Asiae populos prima origo, I, 1 not 5. cf. III, 134. ob mulieres bellum Persarum adv. Aegyptum commotum, III, 1—3. mulieres Minyarum maritos supplicio liberant, IV, 146 not. mulieres vett. panem conficiunt, VII, 187 not. VIII, 137 not. mulieres Atheniensium Braurone rapiunt Pelasgi, IV, 145 not. et postea in Lemno interficiunt, VI, 138. — Lemniorum mulieres maritos necant, VI, 138. — mulieres Babyloniorum strangulatae ne frumentum absumerent, III, 150. cf. c. 159. mulier in templo Iovis Babylonii, I, 182 not. mulieres a vicinis populis Babylonem missae Darii iussu, c. 159. mulieribus Barcaeorum mammae praesectae a Pheretima, IV, 202. — mulieres stuprando extinctae, VIII, 33. mulieres Atticae vestimentum permutant, V, 87 not. Corinthiae ornatu et vestimentis exutae, V, 92. Aegyptia-

cae unam habent vestem, II, 36. Libyssae mulieres vesti circumiiciunt thoraces ex pelle caprina, IV, 189 not. ap. Gindanes fascias plurimas gestant, IV, 176. mulieres virili virtute, VIII, 88. cf. I, 184. seq. II, 100. VII, 99. mulieris simulacrum aureum Delphis a Croeso dedicatum, I, 51. Darii mulieris effigies aurea malleo ducta, VII, 69. muliebricia pudenda a Sesostre columnis insculpta, II, 102. mulieres Argivorum furore correptae, IX, 34. mulieres Atheniensium Lycidis uxorem et liberos iapidibus obruunt, IX, 5.

Multos decipere facilius est quam unum, V, 97.

Mumiae, cf. *Cadaver*.

Munychia, VIII, 76.

Mures Africani bipedes, i. e. Ierboa, IV, 192 not. *) mures auxilio veniunt Sethoni in bello contra Sannacharibum, II, 141 not. **) mures in Scytharum donis, IV, 131.

Muri lignei Badinorum, IV, 108. 123. ligneo muro sepiunt Persae castra, IX, 65. 70. in oppugnandis muris Athenienses periti, IX, 70. cf. c. 102. Murus ligneus in oraculi responso, VII, 142. 143. VIII, 51.

Murychides Hellespontius, IX, 4.

Musarum nominibus plures antiquitus opera sua inscripserunt: Comment. §. 13.

Musaeus oracula edit, VIII, 96. IX, 43. eius vaticinia corrumpit Onomacritus, VII, 6. cf. not.

Musici Argivi primarii, III, 131.

Mustelae Libycae, IV, 192 not.

Mycalae promontorium, I, 148. VI, 16. VII, 80. IX, 90 not. 96. Mycalae cacumina, IX, 104, 107. pugna ad Mycalea, IX, 98. 104.

Mycenaei Heraclidas in servitatem redigere tentant, IX, 27 not. My-

*) Add. Clarke Travels I pag. 471.

**) Hanc narrationem eo referri posse putat Hitzig ad Iesaiam pag. 35. quod statua Sethonis in Vulcani templo murem in manibus tenuerit, nec aliam esse vult originem fabulae Herodoteae, II, 131 de abscissis manibus ancillarum Mycerini.

- cenae ad Thermopylas, VII, 202.
ad Plataeas, IX, 28 not.
- Mycerinus*, rex Aegypti, filiam suam in bove lignea deaurata sepelit; vitae spatium ab oraculo sibi definitum duplicare studet; eius pyramis, II, 129 not. 132 not. 134.
- Myci* pop., III, 93 not. Mycorum in Xerxis exercitu armatura, VII, 68.
- Myconus*, ins. prope Delum, VI, 118. not.
- Mycophoritana* praefectura in Aegypto, II, 166 not.
- Mygdoniam* a Bottiaecide Axius fl. disterninat, VII, 123 not. cf. c. 124. 127.
- Mylasa* opp., (τὰ Μύλασσα) ubi priscum Iovis Carii templum, I, 171 not. V, 37 not. Mylassensis fuit Heraclides, V, 121. Oliatus tyrannus captus, V, 37 not.
- Mylitta* Assyrii Venus appellata, I, 131 not. eius cultus in templo Babylonico, c. 199 not.
- Myndia* navis, V, 33.
- Myrcinus*, urbs Edonum, V, 11 not. 23. et 124. T. III p. 811.
- Myriades* singulae in Persico exercitu numeratae, VII, 60.
- Myriandricus sinus*, IV, 38° not.
- Myrina*, Aeoliae civitas, I, 149 not.
- Myrinaei* in Lemno, VI, 140.
- Myrmex*, i. e. Fornica, scopulus inter Sciathum ins. et Magnesium, VII, 183 not.
- Myron*, avus Clisthenis, VI, 126 not.
- Myrrha* vulnera curantur, VII, 181. Myrrha in Aegypt. medic., II, 86 not. coll. III, 107.
- Myrsilus* alias Candaules dictus, I, 7 not. cf. Myrtilus, *ibid.*
- Myrsus*, Candaulis pater, *ib.*
- Myrsus*, Gygis filius, nuncius mittitur Samum, III, 122 not. periit ad Pedasum, V, 121.
- Mys* Europaeus, a Mardonio missus ad oracula consulenda, VIII, 133 not. — 135.
- Mysi* et Teucri ante Troiana tempora expeditionem faciunt, VII, 20. cum Lydis et Caribus Iovis Carii templum commune habent, I, 171. a Croeso subacti, I, 28. Dario tributum pendunt, III, 90.
- per Mysiam agmen ducit Xerxes, VII, 42. eorum in exercitu armatura, VII, 74. — Mysiae opp., Cios, V, 122. et Atarneus, I, 160.
- Mysteria* Cabirorum, II, 51. III, 37. Aegyptiorum, II, 171. Eleusinia, VIII, 65.
- Mytlene*, urbs Lesbi, I, 27 not. I, 160. vid. *Mitylene*.
- Myus*, urbs Ioniae, I, 142 not. V, 36. Myusii in Ionum classe ad Miletum, VI, 8.

N.

- Naparis*, Scythiae fl., IV, 48 not.
- Nasamones*, pop. Libyae, II, 32 not. IV, 182 not. eorum mores, IV, 172 not. 190.
- Nascentium* deploratio ap. Trausos, V, 4 not.
- Natalis* dies, vid. *Dies*.
- Natho*, insula Aegypti, II, 165 not
- Natron*, II, 86 not.
- Naturae* solertia, III, 108.
- Naucrari*, magistratus Athen., V, 71. cf. not.
- Naucratis* celeberr. Aegypti emporium, II, 97 not. Graecis ab Amasi habitandum datum, c. 178 not. 179. Naucraticae meretrices, II, 135.
- Naves* olim minio omnes tinctae, III, 58. navium insignia, III, 59 not. VIII, 88 not. naves longae, I, 2 not. I, 163 not. VI, 48 not. VII, 21 not. II, 102 not. V, 81 not. rotundae, I, 163 not. Aegypti, II, 96. Samiorum, III, 59 not. per terram transportare, VII, 24 not. veterum quales, VII, 188 not. naves transvehendis equis, VI, 48 not. VII, 97. navis insigne Artemisiae reginae, VIII, 88. Phoenicum, III, 37. Samiorum; III, 59. navis armatura ap. Chios, VI, 15. ap. Persas, VII, 184. — Quinqueremis sacra ap. Athenienses, VI, 86. Sidoniam semper navem Xerxes conscendit, VII, 160 not. 128. et Phoenissa navi conscensa in Asiam traiecit, VIII, 118. — Sidoniae naves et Halicarnassensium praestantissimae in Xerxis classe, VII, 99. 100. I, III, p. 824. numerus navium Persa-

- rum, VII, 89. seqq. Graecorum ad Artemisium et Salaminem, VIII, I not. 14. 41. 48, ubi vid. not. — naves quinis drachinis commodatae, VI, 89. — Navigia Armemiorum ex corio confecta in Euphrate fl., I, 194 not. naves onerariae ex spina arbore ap. Aegyptios, II, 96 not. navigia ex uno genu arundinis ap. Indos, III, 98.
- Naufragium* Persarum apud Athon montem, VI, 44. ad Euboeam, VIII, 12 seq. naufragi immolantur a Tauris, IV, 103.
- Navigatio* diurna septuagies mille orgyrum, IV, 86 not. Navigationes longae, III, 115. a Phoenicibus institutae, I, 1. qui Africam circumnavigant iussu Neconis Aegypti regis, IV, 42 not. et Excurs. T. II p. 667 seqq. *qui triremes et in boreali et in Arabico sinu aedificari iubet*, II, 159. — longae navigationes Carthaginiensium, IV, 43. cf. c. 196. Phocaeensium, I, 163. *de iis cf. not. ad I, 166.* — Scylax Caryandensis Indiam circumnavigat, IV, 44. et Excurs. T. II p. 671 seq. Satasem Persam Africam circumnavigare iubet Xerxes, IV, 43. — Navigatio in Nilo adverso flumine, II, 96. cf. c. 29 seq. *ubi iter describitur ab Elephantine urbe Meroën usque Aethiopum metropolin et Asmasch.* — navigatio adverso flumine Euphrate nulla, I, 194. — *In navigatione bolidem usurpant*, II, 5. 28.
- Naumachiae* spectaculum a Xerxe institutum, VII, 44.
- Nauplius* ager, VI, 76 not.
- Naustrophus*, pater Eupalini, III, 60.
- Naxus* ins., Cycladum maxima, a Pisistrato subacta, I, 64. *Darii acate omnes insulas opulencia superat*, V, 28. Naxii Siciliam incedentes ab Hippocrate victi, VII, 154 not. Iones Naxii Athenis oriundi, VIII, 46 not. Naxios exules Aristagoras in patriam restituere conatur; inde Ioniae turbarum initium, V, 30 seqq. insula a Persis capta, VI, 96. Naxiae naves a Medis ad Graecos trans-eunt, VIII, 46.
- Ncapolis* (Pallenae), VII, 123 not. T. III p. 825.
- Ncapolis* Aegypti, II, 91 not.
- Nebucadnezar*, not. ad I, 185.
- Necessitatis* numen, VIII, 111.
- Necos*, pater Psammitichi, a Sabacone interfectus, II, 152 not.
- Necos*, rex Aegypti, Psammitichi fil., fossam ducit in Erythraeum mare, et Phoenices emittit ad Africam circumnavigandam, IV, 42 not. II, 158 not. triremes aedificari iubet, Cadytin Syriae capit, c. 159 not. *)
- Necyomantium* Thesprotiae, V, 92 not.
- Negotiationis* veteris vestigia nonnulla: *Merces* Aegyptiae a Phoenicibus ab antiquissimis temporibus in Babyloniam et Graeciam advectae, I, 1 not. cf. V, 58. et II, 49. *idem in Graeciam ex Arabia thus, myrrham, cinnamomum et ladanum (cf. c. 112.) important*, III, 107. et III. negotia Graecorum cum Ponti Euxini aecolis et interioribus tractibus, IV, 24 not. — *Ex Ponto in Aeginam et Peloponnesum advehitur frumentum*, VII, 147. cf. IV, 17. *ubi Scythae aratores frumentum serunt vendendi causa.* In Borysthenis emporio per septem interpretes negotia sua peragunt Scythae, IV, 24 not. — *Ab extrema Europa Graecis stannum venit et electrum*, III, 115 not. *Ex Tartesso, quam Phocaeenses Graecis ostenderunt*, I, 163 *Colaeus Samius post Sostratum Aeginetam maximas divitias retulit*, IV, 152 not. *Corobius Cretensis Theracos in Libyam ducit et Plateam ins.*, IV, 151. — *Carthaginienses in Africae regione extra Herculis columnas sita taciti merces suas*

*) Conf. Rosellini Monumenti del'Egitto II. pag. 132 seq. 192 seq.

- avo permutant*, IV, 196 not. cf. c. 195. *Via publica, qua mercatorum societates media Africae deserta peragrant, describitur*, IV, 181—185 not. *Cambysis aetate Graeci frequentes in Aegyptum veniunt negotiandi causa*, III, 139. ubi Naucratin habent emporium, II, 178 not. cf. c. 179. coll. c. 154. ubi Ionum Carunq̄ue castra ad Pelusium Nili ostium; et Interpretum origo narratur; cf. c. 164 et not. *Linum Graecis ex Aegypto adfertur*, II, 105. cf. c. 35. et III, 46. et byblos s. papyrus, V, 58. *Vinum ex Graecia et Phoenicia in Aegyptum* (cf. II, 77.) *doliis figlinis invehitur*, III, 6. — *Palmeum vinum et alias merces Armenii Euphrate fl. Babylonem devehunt*, I, 194. — *Sardes et Ephesum pueri forma praestantes castrandi mittuntur, quippe Persis magno in pretio*, VIII, 105. III, 49 cf. VI, 32. — *Linum Colchicum a Graecis nominatur Sardonium*, II, 105. — Vid. *Navigatio*.
- Neleus*, Codri filius, Miletum condidit, IX, 97. Neleidae, V, 65 not.
- Neocles*, Themistoelis pater, VII, 173.
- Neon*, (Νέων) opp. Phocidis, VIII, 32 not. 33.
- Neotichos*, (Νέων τεῖχος) Aeolum civitas, I, 149 not.
- Neptunus*, terrae quassator, Thessaliae montes rumpit, VII, 129 not. *Neptunus Minervae pater*, IV, 180 not. *Neptunus Libyae*, IV, 188 not. (Ἰππιος) cum Minerva de dominio Atticae contendit, VIII, 55 not. cognomen Servatoris accipit, VII, 192 not. — *Aegyptiis incognitus, a Libyibus semper cultus*, II, 50 not. *Nomades Libyae Neptuno sacrificant*, IV, 188 not. — *Neptunus Scythis Thamisadas*, IV, 59 not. — *Neptunus Heliconius*, I, 148 not. *Neptuni templum ad Potidaeam*, VIII, 129. *ara in Isthmo*, VIII, 123. *aenea statua septem cubitorum*, IX, 81.
- Nereidibus sacrificant Magi*, VII, 191.
- Nestor*, pater Pisistrati, V, 65.
- Nestus*, fl. Thraciae per Abdera fluens, VII, 109 not. 126.
- Neuri*, pop. Scythicus; IV, 17 not. 190 not. 105 not. eorum mores, IV, 17 not. *) 105 not. eorum terra, (ἡ Νευρῶν γῆ) IV, 51.
- Nicander*, rex Spartaee, VIII, 131.
- Nicandra*, Dodonaeorum sacerdos, II, 55.
- Nicodromus*, Cnoethi fil., Aegineta, VI, 88.
- Nicolaus*, Bulidis fil., Lacedaemoniorum legatus, VII, 137.
- Niger fluvius* s. Ioliba in Africa, II, 32 not. et T. I. p. 929 seq. **)
- Niger sinus*, vid. *Melas*.
- Nilus*, Aegypti fluvius; de eius natura et annui incrementi causa, II, 13 not. II, 19 not. 22 not. ***) 25. *auras cur non spiret*, II, 27. cf. c. 19 not. de ejus fontibus, c. 28 not. et *Nasamonum narratio*, c. 32—34. cf. IV, 53. *eius cursus et septem ostia*, II, 10 not. c. 17. 29. 31. supra Elephantinen scopulosus, II, 29. cum Istro comparatur, II, 26. VI, 50. *terminus Asiae et Africae*, IV, 45. cf. II, 16. *Nili catarractae*, II, 17 not. vid. supra *Catarractae*. *cursus supra Syenem*, II, 29 n. *Nili prior cursus*, II, 10 not. 99 not. *Nilus pro Osiride ipso habetur ab Aegyptiis*, II, 28 not. coll. II, 61 not. II, 90. (coll. II, 110 not.) *Nilus cum Nigro coniunctus?* II, 32

*) Conf. Eichwald. in Annall. Dorpatt. III, 1 pag. 15. Neuros, ut Budinis vicinos, non longe a Galitziae sive Poloniae Austriacae finibus habitasse putat.

**) Add. Heeren in Götting. Anz. 1834 nr. 52 pag. 511 seq.

***) Vid. Senec. Quaest. Nat. IV. 2 et quos citat Ideler ad Aristotel. Meteorol. pag. 245 seq.

- not. *) et T. I. p. 929. Nili ostia: Excurs. ad II, 17 p. 904 seqq.
- Ninus*, Assyriorum urbs, ad Tigrin fl., I, 193. II, 150. I, 102 not. I, 106 not. Nini situs, I, 193 not. **) subacta a Nitocri regina, I, 185. eam Cyaxares obsidet, I, 103 not. et expugnat, I, 106 not. Niniorum porta, vel Ninia porta Babylonis urbis, III, 155.
- Nipsaci* Thraces, IV, 93 not.
- Nisaea*, portus Megarensium, I, 59 not.
- Nisaci equi*, a *Mediae campo* Nisaeo nominati, III, 106. VII, 40, not. XI, 20.
- Nisyrii*, VII, 99 not.
- Nitetic*, Apriae regis filia, III, 1.
- Nitocris*, regina Babylonis; eius egregia monumenta; Ninum opp. capit, I, 185 not. seq. eius sepulcrum cum dolosa inscriptione, c. 187 not.
- Nitocris*, Aegyptiorum regina, II, 100 not.
- Nitri vis medica*, II, 86. cf. not.
- Nix*, vid. *Plumac*.
- Noës*, fl. Thraciae. Istro miscetur, IV, 49 not.
- Nomades* Scythae Cimmericis sedibus expellunt, I, 15.
- Nomades* Libyes, IV, 187.
- Nomades* Sagartii, pop. Persicus, VII, 85.
- Nomina* Persica in eandem literam desinunt, I, 139 not. nomina festorum apud Graecos, I, 148 not. nomen patris adiectum honoris causa, VI, 14 not. nomina avorum nepotibus data, VI, 131 not.
- Nonacris*, opp. Arcadiae, VI, 74 not.
- Nothon*, Aeschinis pater, VI, 100.
- Notium*, opp. Aeol., I, 149 not.
- Novem-fontes* Atticae, VI, 137.
- Novem-viae* Edonorum, V, 126 not. VII, 114 not.
- Novilunium* religiose observant Spartani, VI, 106 not.
- Novus murus*, vid. *Neotichos*.
- Nox* repente facta in pugna Lydorum et Medorum, I, 74. 103. Xerxe Sardibus versante, nox medio die exstitit, VII, 37. noctes in dies commutatae a Mycerino rege, II, 133.
- Nuces* per Asiam mediam frequentes, IV, 23 not.
- Nudium*, opp. Minyarum, ab Eleis eversum, IV, 148 not. ***)
- Nudum* conspici turpe est apud barbaros, I, 10 not. Vid. supra *Mulier*.
- Numerus* totius Xerxis exercitus, VII, 185. 186 not. pedestrium copiarum initus, VII, 81. navium classiariorumque, VII, 184 seq. Graecorum ad Plataeas, IX, 30 not. Persarum Mardonii imperio subiectorum, IX, 32.
- Numi* primum a Lydis cusi, I, 94 not. Numariam legem fert Darius, III, 89. cf. IV, 166 not. numi ex plumbo a Polycrate deaurati, III, 56 not. pecuniae inopia in Aegypto, II, 136. *numorum* s. monetae origo, III, 96 not. coll. IV, 166 not. Vid. supra *Darius*.
- Nuncius* ad Zalmoxin deum a Thracibus missus, IV, 94. nuncius occulte missus ab Harpago ad Cyrum, I, 123. 124. ab Histiaeis ad Aristagoram, V, 35. a Demarato ad Lacedaemonios, VII, 239. vid. *Epistola*. — Nunciorum Persicorum institutum, VIII, 98 not.
- Nymphodorus*, Pythae f., Abderita, VII, 137 not.
- Nysa*, Aethiopiae opp., II, 146 not. III, 97 cf. III, 111.
- Nyssia*, Candaulis uxor, not. ad I, 11. 12.

*) Add. Heeren in Götting. Anz. 1833 nr. 163. p. 1666, et itineraria fratrum Lander ad Nigrum explorandum, quae vernacule prodierunt Lipsiae 1833 T. I. pag. XV seq.

**) Add. Hitzig ad Iesai. p. 293.

***) Bobrik in Berghaus. Annall. geogr. 1833. pag. 185. 186 *Nudium* vetus situm fuisse putat inter Epium et Phryxam.

O.

- Oarizus*, pater Massagis, VII, 71.
Oarus fl. in Maeotin paludem se exonerat, IV, 123 not.
Oasis Libyae, III, 26 not.
Obelisci saxei in Solis templo a Phrone dedicati, II, 111 not. obelisci ingentes in Minervae templo Saitano, II, 170. vid. *Sculptura*.
Oceanus fl. terram circumfluit, IV, 8. not. 36. *fabulosum* putat Herodotus, II, 23 not.
Octamasades Scylam fratrem, regem Scyth., occidit, IV, 80.
Oculos in pectore habent acephali, IV, 191. oculorum medicus Aegypt. optimus, III, 1.
Ocytus, Adimanti pater, VIII, 5. 59.
Odyssaea Homeri, II, 116 not.
Odometri, pop. Paoniae, V, 16 not. VII, 112.
Odryssae, pop. Thraciae, ad Artiscum fl. habitant, IV, 92 not.
Oea locus, ins. Aeginae, V, 83 not. coll. 80 not.
Oebares, Darii equorum custos, cuius callido commento rex evasit Darius, III, 85 seq.
Oebares, Megabazi fil., Dascilei praefectus, VI, 33.
Oedipus, Laii fil., V, 60. Oedipodis Furiis templum dedicatum Spartae, IV, 149.
Oenoë, Atticae pagus extremus versus Boeotiam, V, 74 not.
Oenone, pristinum nomen Aeginae ins., VIII, 46 not.
Oenotria terra, in Italia; opp. Velia ibi a Phocaeensibus conditum, I, 167 not.
Oenussae insulae, I, 165 not.
Ocobazus Persa, militiae missionem petit Dario pro filiis, IV, 84.
Ocobazus, Siromitris pater, VII, 68.
Ocobazus Persa, Sesti deponit pontium armamenta, IX, 115. a Thracibus interficitur, c. 119.
Oeroë ins. (*Asopi filia nominata*) in agro Plataeensi, IX, 51 not. *)
Octaei montes ad Thermopylas, VII, 217 not. 176 not.
Octosyrus, Apollo apud Scythas, IV, 59 not. **)
Oiolycus (i. e. *Ovilupus*) unde nomen acceperit, I, 149.
Oior Scythis virum significat; unde eis Oiorpata nominatae Amazones, IV, 110 not. ***)
Olbiae nomen in numis, IV, 78 not. de nomin. et situ, Exc. T. II, p. 662 seq. ****)
Olbia olim *Sabia* vocata, IV, 179 not. †)
Olbiopolitae, vid. *Borysthenitae*.
Oleae solis quondam Athenis existisse feruntur, V, 82. et V, 83 not. olea cremata in arce Athen. revirescit, VIII, 55 not. oleaginea corona Olympiorum praemium, VIII, 26.
Olen Lycius, vetus poeta, IV, 35 not.
Olenus, Achaeorum opp., I, 145 not.
Oleum e sesamo, I, 193 not. oleum cedrinum, II, 87 not. IV, 75 not. olivae ramos gestant supplices, VII, 141 not.
Oliatus Mylassensis, Ionum tyrannos dolo capit, V, 37.
Olophyxus, opp. in Atho monte, VII, 22 not.
Olorus, rex Thraciae, VI, 39. 41.
Olympia, opp. Elis, V, 22. II, 160. ibi ex victimis (ignispicio) responsa dei petuntur, VIII, 134 not. Olympii Iovis templum, II, 7. eiusd. statua aenea, IX, 81. — Ibi Olympios ludos agunt Graeci, VIII, 26. cf. VII, 206. ad quos

*) Cf. Bauer: Naturrelig. d. Alterth. I pag. 35.

**) Boeckh. Corp. Inscr. II, 1 p. 113.

***) Conf. Osann. in Auctuar. Lex. pag. 89.

****) Add. Boeckh. in Corp. Inscriptt. II, 1 pag. 86 et Muraviev-Apostol in: Reise durch Taurien. pag. 8 seqq. pag. 22 seqq.

†) Add. Clarke Travels I p. 614 seqq.

- soli Graeci admittuntur, V, 22. cf. II, 160. ubi *Aegyptiorum iudicium*. Olympice. certaminum ordo, IX, 34. Certaminis praemium oleae corona, VIII, 26. — Olympionicae nominantur Philipus Crotoniata, V, 47. Cylon Atheniensis, V, 71. Demaratus, rex Spart., VI, 70. Alcmaeon, VI, 125. Miltiades ὁ κτιστής, VI, 103. et frater eius Cimon ter, VI, 103. — *Agonothetas sedibus pellit Phidon*, VI, 127.
- Olympias* festum, VII, 206. τὰ Ὀλύμπια, VIII, 26.
- Olympiodorus*, Lamponis fil., IX, 21.
- Olympus*, Mysiae mons, I, 36 not. 43. ab eo Mysi Olympieni vocati, VII, 74.
- Olympus*, mons Thessaliae, I, 56. VII, 128 not. 129 not. Olympicae fauces, VII, 172. *)
- Olynthus*, Graeca civitas ad Thermaeum sinum, Sithoniae regionis, VII, 122 not. T. III. p. 825. expugnata ab Artabazo, VIII, 127.
- Oneatae*, (i. e. Asinarii) tribus Sicyoniorum, V, 68.
- Oncilus*, Chersidis fil., Gorgum fratrem Salamiae Cypri excludit; Cypriis auctor, ut deficerent a Medis, Amathuntem frustra obsidet, V, 104 not. cf. c. 108. a Persis proelio interficitur, strenue pugnans, cap. 110—113. eius caput super Amathuntis portas suspensum; mox vero ut heros colitur, c. 114.
- Oncas*, Phanagorae fil., VII, 214.
- Onochonus*, Thessaliae fl., VII, 129 not. Xerxis exercitui deficit, VII, 196.
- Onomacritus*, Musaci vaticiniorum corruptor, Athenis eiectus, VII, 6 not.
- Onomastus* Eleus, e procis Agaristae, VI, 127.
- Onuphitana praefectura Aegypti*, II, 166 not.
- Ophir*, III, 114 not.
- Ophiusae*, IV, 105 not.
- Ophryneum*, opp. Troadis terrae, VII, 43 not.
- Opifices* in honore ap. Corinthios, II, 167.
- Opis* virgo Hyperborea, IV, 35 not. **)
- Opis*, opp. ad ostia Tigris, I, 189 not.
- Opoea*, uxor regis Scylae, IV, 78.
- Opuntii* Locri, VII, 203.
- Oraculum Abis spoliatum*, VIII, 33. Ammonis in Libya, I, 46. II, 18. eius origo, II, 55. Amphiarai, I, 46. VIII, 134. Apollinis Ismenii, I, 52. Ptoi Thebis, VIII, 135 not. Bacchi ap. Satras, VII, 111 not. Branchidarum, I, 46. 92. 157. seq. II, 159. V, 36. Delphicum verax repertum a Croeso, I, 46 — 48. corruptum ab Alcmaeonidis, V, 63 not. cf. c. 90. a Cleomene Spartanorum rege, VI, 66. Didymis (vid. Branchidae) a Persis exspoliatum, VI, 19. Dianae ap. Aegyptios, II, 83. Dodonaeum, omnium vetustissimum ap. Graecos, II, 52. I, 46. eius origo, II, 54—57 not. Herculis ap. Aegyptios, II, 83. Latonae in Buto opp., II, 155. cf. c. 83. et 111 not. 113 et 152. Martis ap. Aegyptios, II, 83. (ap. Chalybes) VII, 76. Minervae, II, 83. Pataris Lyciae opp., I, 182. Thebis Aegyptiis, II, 56. cf. I, 182. Trophonii, I, 56. VIII, 134. Oraculum per mortuorum evocationem in Thesprotia, V, 92. 120. — Oracula Aegyptiorum, II, 83. cf. 152. et 155. — De Oraculis quid sentiat Herodotus, VIII, 77 not.
- Oracula ex victimis petita*, VIII, 134.
- Oracula duo Atheniensibus reddi-*

*) Add. Clarke Travels II, 3 pag. 277. seq. 302 (ubi in tabula aeri incisa repraesentatur mons) p. 316. 337. Klausen in Erschii et Gruberi Encyclopaedia s. v. Olympus.

**) Cf. Kruse in Büsching. Wöchentlich. Nachr. IV, 4. pag. 357 seq., cui Opis eadem esse videtur atque Terra.

ta; alterum de muro ligneo, VII, 140 not. ad 141. 143. generum auxilio advocare, VII, 189. de expeditione adv. Aeginam in trigesimum annum differenda, V, 89. Oracula in arce Athen. custodita Cleomenes Spartam desert, V, 90 not. oraculum Chalcedoniis redditum, IV, 144 not. oraculum Argivis et Milesiis redd., VI, 77 not. oraculum Alyatti redditum, I, 19. Aëtionis de sobole, V, 92. §. 2. Arcesilao de fornace amphoris plena, IV, 163. seq. Argivis et Milesiis commune, VI, 18. 77. et aliud, VII, 148 not. Amathusiis, V, 114. Batto, de colonia in Libya condenda, IV, 155 not. Cambysi, III, 64. Clistheni, Sicyonis tyranno, V, 67. Cnidiis, I, 174. Corinthiis, V, 92. Cretensibus, VII, 169. Oracula Croeso reddita, I, 46 seq. de bello Persis inferendo, I, 53. de mulo in Medis regnante, c. 55. cf. c. 91. de mulo filio, I, 85. oraculorum Croeso redditorum ratio, I, 91. — Oraculum Cypselo datum: de Corinthi tyrannide, V, 92. §. 5. Cymaeis et Aristodico: de supplicibus non tradendis, I, 159. Dolonicis, VI, 34. duodecim Aegypti regibus. de phiala aenea, II, 147. cf. c. 151. Epidauriis, V, 82. Glauco de deposito restituendo, VI, 86 not. oracula Laii, V, 43 not. Lycurgo, ad legislationem adhortans, I, 65. Lydis, de Mermnadarum dynastia, I, 13. cf. c. 91. Metapontinis, de Aristeia post mortem viso, IV, 15. Milesiis et Argivis commune, VI, 77. cf. c. 18. Mycerino, II, 133. Neroni, de fossa pro Barbaro facta, II, 158. Pariis, VI, 135. Pelasgis, de deorum nominibus, II, 52. Persis, de pugna Plataeensi, IX, 42. 43. Pheroni regi, de visu recuperando, II, 111. Psammiticho, de

aeneis viris, II, 152. Siphniis, de ligneis insidiis et rubro praecone, III, 57. 58. Spartanis, de Tegea, I, 66. de Orestis ossibus, I, 67. de Leonidae obitu, VII, 220 not. de poena caedis Leonidae a Xerxe repetenda, VIII, 114. Thebanis, V, 79. Oracula Theraeis reddita: de colonia in Libya condenda, IV, 156—159. oracula Bacidis, vid. Bacis. — Oraculum Tritonis Iasoni de tripode redditum, IV, 179. — Oraculum in Illyriis editum ad Persas refert Mardonius, IX, 42 seq. Ammonis oraculum de Aegypti finibus, II, 18.

Orbelus, mons Paeoniae, V, 16.

Orbis terrarum partitio, II, 16 not. 17 not.

Orbis rerum humanarum, I, 207 not. *) vid. Homo etc.

Orchomenii, pop. Boeotiae; eorum ager a Xerxe invasus, VIII, 34 not.

Orchomenii Arcades in acie Graecorum ad Plataeas, IX, 28 not. cf. VII, 202.

Orchomenii Minyae, Ionibus immixti, I, 146 not.

Ordessus, Scythiae fl. in Istrum influit, IV, 48 not. **)

Orestes, Agamemnonis fil.; eius ossa Tegeae reperta et Spartam transportata, I, 67 seq. not. — Oresteum, IX, 11 not. I, 68 not.

Orges, pater Antipatri, VII, 118.

Orgia Cereris Achaicae, V, 61.

Orgyia mensura, sex pedes habet, II, 5. 149 not.

Oricus, portus Apolloniae terrae, IX, 93 not.

Oricus, regis Ariapithis fil., Scythia, IV, 78.

Orithyia, Erechthei filia, Boreae uxor, VII, 189.

Orneatae, VIII, 73 not. Orneatae, Sicyonis tribus, V, 68 not.

*) Add. quae affert Apitzius Adverss. ad Sophocl. Trachin. 121. pag. 106.

**) Vid. Halling. in Annal. Vienn. LIX pag. 264. et Deutsch. Geschicht. I pag. 67, ubi Ordessum pro fluvio Ardschich habet, qui in Istrum influat.

- Oroctes*, Sardium praefectus, Polycratem Sami tyrannum Sardes illectum, cruci affigit, III, 120 — 125. in rerum perturbatione post Cambysis mortem multa nefaria edit facinora; Darii nuncium interimit, c. 126. ad eum necandum Bagaeus mittitur, c. 127. seq.
- Oromedon*, Syennesis pater, VII, 98.
- Oropus* ex adverso Eretriae, VI, 100 not.
- Orosangae Persico sermone vocantur* bene de rege meriti, not. ad III, 140. 85 not. cf. III, 154. 160. V, II. VI, 29. *)
- Orotal*, III, 8 not. **)
- Orphica* iastituta et Pythagorica et Aegyptiaca eadem, II, 81 not. T. I p. 931 ***)
- Orsiphantus*, Alpei et Maronis pater, VII, 227.
- Orthium* carmen, I, 24.
- Orthocorybantii*, pop. Medicae praefecturae, III, 92 not.
- Orus*, Osiridis fil., rex Aegypti, II, 144. *Graecis* Apollo, *ibid.* vid. *Apollo*, *Horus*.
- Oryes* gignuntur in Africa, IV, 192 not. ****)
- Oryza*, III, 97 not. III, 100.
- Os Ponti*, IV, 83 not.
- Osiris* Aegypt., vid. *Bacchus*. *Osiridis* sacra et festa, II, 48 not. II, 61 not. 62 not. ad II, 132. II, 170 not. 171 not. Excurs. T. II p. 643 seq. *Osiridis* nomen, II, 144 not.
- Ossa*, Thessaliae mons, I, 56. VII, 128. 129 not.
- Ossa viri* quinque cubitorum, IX, 83 not. *ossa Orestis* reperta, I, 67 seq. not.
- Ostenta* Xerxi oblata, VII, 57. *Delphis* in bello Persico, VIII, 37. 38. cf. *Deus*.
- Ostia Nili* septem, II, 17. Excurs. T. I. p. 304.
- Ostracismo* damnatus Aristides, VIII, 79.
- Otanes*, Pharnaspis fil., Magi fraudem detegit per filiam suam, III, 67—69. not. ad III, 68. III, 141. coniurationis in Magos princeps. *Darium* propterantem inhibere studet, c. 70—72. et 76. *Interfectis* Magis, pro populi imperio sententiam fert, c. 80. pro se et sua familia obtinet, ut semper sui iuris siut, c. 83 seq. dux missus a Dario ad Samum Sylosonti restituendam, c. 141. foedere a Maeandrio fracto, c. 144 seq. Samum vastat, *cap.* 147. et incolis denuo frequentat, c. 149. †)
- Otanes*, Sisamnis fil., super pelle patris sedens ius dicit, V, 25. Byzantium, Calchedonem et Lemnum capit, c. 26 seq. rebellantes Ionas bello persequitur, c. 116. c. 123.

*) Observat I. de Hammer. in *Annal. Vienn.* LXV, pag. 67. Persicnm *oreng* sib valere *thronum ornans*, thronschmückend, vocemque *Oreng* cognosci posse in Herodoti *Orosangis*.

**) Cum Pocockio placuisset *Orotal*, quod explicuit *deum excelsum s. supremum*, Schelling. (Zweyter Jahrsbericht d. Bayerisch. Academie 1831. pag. 55 seq.) mavult retinere *Ὀυροτάλτ* vel etiam *Ὀυροτάλατ*; in quo *ταλτ* sive *ταλατ*, quod idem celerius pronuntiatum sonet *alt*, continere vult vocem *Allat* s. *dei*; vocem *Urot* esse *progeniem, filium*, ita ut *Urotalt* *filius dae* intelligatur, s. *Dionysus*.

***) Add. Bode in *Orph.* pag. 27. *Krische* De societate a Pythag. in urbe Croton condit. scopo politic. (Gotting. 1830.) pag. 5. et *Schulzeitung* 1833. II. nr. 69. pag. 548.

****) Add. Cuvier *Recherches sur les ossements fossiles* I. p. XLI. sec. edit., qui etiam hic *antilopen orygem* intelligi statuit.

†) Ipsum *Otanis* nomen Pott (Etymolog. Forsch., p. XXXV.) interpretatur *formosum, bonum corpus habentem*.

Otanes, Amestridis pater, Persarum dux, VII, 61. — pater Patiramphae, VII, 40.

Otaspes, fil. Artachaci, Assyriorum dux, VII, 63.

Othryades Spartanus, I, 82 not.

Othrys, mons Thesalicae, VII, 129 not.

Otium agere honestum, V, 6 not. *)

Ovium mira duo genera in Arabia, III, 113 not. oves Soli sacrae Apolloniae, IX, 93.

Ozolae Locri, VIII, 32. vid. *Locri*.

Ozus not. ad III, 117. IV, 40 not. **)

P.

Pactionis formulae Spartanos inter et Tegeatas, IX, 26. inter Spartanos et Argivos, I, 82. Sitalcae Thracum regis cum Octamasade

Seytha initae, IV, 80. a Gelone Graecis propositae, VII, 158. Argivorum a Spartanis reiectae, VII, 148. a Mardonio Spartanis propositae, IX, 48. — vid. *Focdus*.

Pactolus, fl. Lydiae, ramenta aurea e Tmololo defert, V, 101 not.

Pactya, urbs Chersonesi, VI, 36 not.

Pactyas Lydus, Sardibus quaestor a Cyro relictus, Lydos ad defectionem movet, II, 153. 154 not. ad I, 155. Cymen aufugit; dein a Chiis Persis traditur, c. 157 — 160.

Pactyica regio, III, 93 not. Indiae finitima, III, 102 not. IV, 44 not. Exc. ad T. II p. 648. Pactyes in Xerxis exercitu, VII, 67. Pactyicus cultus, VII, 85. cf. c. 67.

Padaei Indi aegrotos comedunt, III, 99 not. ***)

Paeanem (cantant Perinthii ante victoriam), V, 1. duplex vett. V, 1 not.

Paeaniensis tribus Athen., I, 60.

Paeonia, Paeonidae, Atticae demus, V, 62 not. T. III, p. 814.

Paeonia et *Paeones* in Macedonia ad Strymonem, IV, 33 not. 49.

V, 1 not. 12. 13 not. VII, 124 not. et T. III p. 811. Paeones,

Teucrorum coloni, V, 13. cum Perinthiis bellum gerunt, V, 1. iis bellum intert Megabazus Darii

iussu, et magna ex parte in Asiam abducit, c. 13 — 15. ab Aristagora adiuti in Europam redeunt, c. 98. Xerxi copias auxiliares conferunt, VII, 185. cf. c.

113.

Paeoplae cum Paeonibus in Asiam abducti, V, 15 not. cf. VII, 113 not.

Paesus, urbs Hellesponti, V, 117 not.

Paeti, Thraciae pop., VII, 110 not.

Paeum, opp. Arcadiae, VI, 127 not.

Pagasae, opp. Magnesiae terrae, VII, 198 not. Pagasaeus sinus, VII, 193 not.

Palaestina, Syriae tractus usque ad Aegyptum, VII, 69. I, 105 not. II, 106. Syri Palaestini, III, 5. pudenda circumcidunt, II, 104. militant in Xerxis classe, VII, 89.

Palenses ex Cephallenia in acie Graecorum ad Plataeas, IX, 28 not.

- Sarta*, opp. ad Athon montem, VII, 122 not.
- Saspices*, pop. Asiaticus, I, 104 not. IV, 37 not. III, 94 not. IV, 37. 40. eorum armatura, VII, 79 not.
- Sataspes* Achaemenides, Libyam circumnavigare iussus, cruci affligitur, IV, 43 not.
- Saietas*, *Contumeliae* filia, VIII, 77.
- Satrae*, Thraciae pop., VII, 110 not. 111 not. T. III p. 824.
- Satrapiae* Persarum, I, 192 not. de nomine, III, 89 not. 90 etc. Satrapae regis aulam imitantur, III, 127 not. Satrapae potestas nimis subinde aucta, III, 127 not. Satrapae potestas civilis et militaris, V, 25 coll. 32 not. Satrapae nomen ipsum, I, 192 not. ††)
- Sattagydae*, pop. Asiat., III, 91 not.
- Saulius*, rex Scytharum, IV, 76 seq.
- Sauromatae*, pop. Scyth., IV, 21 not. cum Amazonibus mixtus, IV, 110—116. ad Macotidem lacum trans Tanain habitant, IV, 21 not. 43. sermone Scythico solece utuntur, IV, 117 not. †††)
- Scaeus* pugil Apollini tripodem dedicavit, V, 60 not.
- Scamander*, fl. Troadis, V, 65. eius aqua exercitum Xerxis defecit, VII, 42 not. T. III p. 822.
- Scamandronymus*, pater Charaxi, II, 135.
- Scapte-Hyle* loci nomen Thraciae, ubi aurifodinae, VI, 46 not.
- Sceptrum*, vid. *Baculus*.

*) Add. Jacobs. ad Aelian. N. A. XI, 35.

**) Add. Richter: *Sappho* et *Erinna* (Quedlinburg. 1833) pag. 3. 4. et Bröndsted. Itiner. II p. 287.

***) Larcheri rationes de tempore, quo Sardes captae sunt, sequitur Ley in Diss. de fat. Aegypt. sub Pers. pag. 31. Voemel. in Exercit. chronolog. de Solon. et Croeso Sardes ponit captas anno 552 a. Chr. n.

†) Add. Clarke Travels I p. 288, qui Sarmatas pro Cosaccorum ad Tanain habitantium maioribus habet.

††) Add. Böhlen. De origin. ling. Zend. pag. 53 et Pott. Etymol. Forsch. pag. LXVIII.

†††) *Sauromatas* pro *Slavorum* parentibus habet Boeckh. Corp. Inscriptt. II. 1 p. 83, ubi vid. plura. Add. Annall. Vienn. LXIII pag. 25. De *Sauromatis* ad Herodoti locum IV, 21. cf. etiam Halling. in Annall. Vienn. LXIII p. 130. 176 seq.

- Schoenus mensura*, II, 6 not. et 8.
Scholae tectum in pueros corruens, VI, 27 not.
Sciathus, ins. prope Artemisium, VII, 176 not. VII, 179. 182. 183. VIII, 7.
Scidrus, opp. Sybaritarum, VI, 21 not.
Sciona, Pallenae opp., VII, 123 not.
Sciradis Minervae templum, VIII, 94 not.
Scironis via in Isthmo, VIII, 71 not.
Sciton, Democedis famulus, III, 130.
Sciurus, Scythiae fl. in Istrum influens, IV, 49 not.
Scolos, opp. Boeotiae, IX, 15 not.
Scolopēis, IX, 97 not.
Scolotos ipsi se nominant Scythae, IV, 6 not. *)
Scopadae Thessali, VI, 127 not.
Scopasis, rex Scytharum, IV, 120 128.
Scriba Polycratis, ad Oroeten missus, III, 123. Sami procurator, c. 142. scriba rerum pretiosarum in Minervae templo Sai opp., II, 28 not. coll. II, 37 not. Scribae regii ap. Pers., III, 128 not. VII, 100 not. VIII, 90 not. cf. c. 85.
Scripturae duplex genus ap. Aegyptios, II, 37. scripturae veteris ap. Graecos monumenta, V, 58—61. scripturae occultae specimina, V, 35. VII, 239.
Sculptura Aegyptiorum, II, 4. 124. 136. 138. 148. vid. *Colossi* et *Statuae*.
Scutum Persis ostendisse dicuntur Alcmaeonidae, VI, 121 seqq.
Scylace, opp. Pelasg., I, 57 not.
- Scylas*, Ariapithis fil., rex Scytharum, mores Graecorum aemulatus, regno exiit, IV, 78 not. 80. **)
Scylax Caryandensis Indi fl. ostia aperuit, IV, 44 not. Exc. T. II p. 671 seq. Peripli aactor, *ibid.* p. 671 not.
Scylax, Myndiae navis praefectus, V, 33.
Scyllias urinator, VIII, 8 not.
Scyrius Pammon, VII, 183 not.
Scyrmidaeae Thraces Dario se tradunt, IV, 93 not.
Scyrus insul., VII, 183 not.
Scytha, Herculis fil., IV, 10.
Scythae ipsi se Scolotos nominant, IV, 6. Sacae a Persis nominati, VII, 64 not. de sua origine quid ipsi memorent, IV, 5 not. 7. quid Graeci Pontici, c. 8—10. Scythae Paratae, s. Regii (cf. c. 10 et 57.) ***) IV, 20 not. IV, 6 not. Auchatae, Catiari et Traspies, IV, 6. Amyrgii, VII, 64. Callipidae, s. Graeci Scythae, IV, 17 not. Scythae Agricolae, c. 17 not. 18. 53. 54. Scythae ἀροτριῶτες et γεωργοί distincti, IV, 17 not. 18 not. †) Nomades, c. 19 not. 55. VI, 84. VII, 10 §. 1. gentis multitudo, IV, 81. Scytharum numina, et sacri ritus, IV, 59 not. seqq. Martem colunt, IV, 62 not. Scythia plura cum Aegyptiis communia, IV, 71. vaticinandi modus, c. 67 seqq. instituta ad bellum spectantia, c. 64 not. seqq. honos fortibus viris, c. 66 not. foederis ineundi mos, c. 70 not. Regum sepultura, c. 71 not. ††) 72. privatorum, c. 73. Scythae ab

*) Conf. Halling. in Annal. Vienn. LIX pag. 266. 268 et Deutsch. Gesch. I pag. 62 seq. Erman Reise um die Welt I pag. 218. nomen Σκυθῆς refert ad radicem *Skitatisja* (*vagari*, *palaris*) ita ut significetur *nomas*, homo *palans*. Aliorum commenta lubens transeo.

**) Boeckh. Corp. Inscr. II, 1 p. 88. 113.

***) Sic plane Indi qui vocantur Rasputen, s. राई putra i. e. Reges, principes in terra Rajasthan i. e. terra Regum.

†) Scythas agriculturam exercentes ad Borysthenem in gubernio Iekaterinoslaw habitasse statuit Muraviev-Apostol Reise durch Taurien pag. 13.

††) Vid. potissimum Clarke Travels I p. 32. 33. 199. 316. 338. coll. 354. 399. 432 seqq.

externis moribus abhorrent, c. 76—80. — Scythae servos pretio emptos non habent, IV, 72. servos excaecant lactis causa, c. 2 not. domos plaustris circumvehunt, *) IV, 46 not. **) 75 not. 114. 121. Scythico more bibere, VI, 84 not. Scythae a Sesostri subacti, II, 103. cum Amazonibus congressi, etc. IV, 110 seqq. — Scythae Nomades, Asiam incolentes, a Masagetis pressi, Cimmericis sedibus pellunt, IV, 11. ***) cf. I, 15. eosque persequentes, in Mediam veniunt, IV, 12. cf. VII, 20. Medis superatis, Asiae imperio potiti, Aegyptum petunt, Ascalone Veneris templum spoliunt; a Cyaxare ex Asia eiiciuntur, I, 103 not. 106. cf. *Enarces*. In patriam redituri, cum servis ex uxoribus subnatis pugnant, IV, 1—4. — Ob Scythas transfugas, qui puerum mactaverant, bellum Cyaxaris cum Lydis, I, 37 seq. cf. c. 103. — Darium (cf. IV, 1.), bellum ipsis inferentem, per miras ambages circumducunt, IV, 120 seqq. dona Persis mittunt, c. 131 seq. Ionas monent, ut pontem dissolvant, c. 136 seqq. — Scythae post Darii discessum iunctis viribus Chersonesum invadunt, IV, 40. cum Spartanis, Darium ulturi, societatem contrahere cupiunt, VI, 84. Scytharum incursiones, I, 103 not. 105 not. 130 not. Scytharum morbus muliebris, I, 105

not. Scytharum mos mulgendi, IV, 2 not. †) Scytharum gens antiquissima, IV, 5 not. Scytharum nomen, IV, 6 not. Vid. *Scoloti*. Scytharum fortitudo, IV, 46 not. coll. IV, 66 not. Scytharum dictio, IV, 127 not. Scythae arcus tractandi periti, I, 73 not. Scythae *ἰππημολογοί*, IV, 2 not. Scythae Hamaxobii, IV, 46 not. *Scythia* vetus, ab Istro ad Tanain porrecta, IV, 99. Scythiae duae partes ad mare pertinent, c. 101. fluvii, IV, 47—57. ligno caret, IV, 61 not. terra plana, IV, 47 not. Scythicum gramen bitem pecoribus auget, IV, 58 not. Scythia frumento abundat, IV, 17 not. Scythiae sylvae, IV, 109 not. fossa ducta, IV, 3 not. ††) Scythia Herodotea, IV, 18 not. (eius forma) IV, 99 not. IV, 100 not. 101 not. T. II p. 678. *Scythas*, Zanclaeorum regulus, ad Darium profugit, VI, 23 not. 24. a Dario iustissimus Graecorum indicatus, c. 24. *Scythas*, Cadmi Coi pater, VII, 163. *Sebennyтана* praefectura Aegypti militaris, II, 166 not. *Sebennyiticum* ostium Nili, II, 17 not. Excurs. T. I p. 906. *Seldomus*, Pigris pater, VII, 98. *Selinusii*, pop. Siciliae, V, 46 not. *Selybrii*, opp. Chersonesi, VI, 33 not. T. III p. 817. *Semen* genitale nigrum Indorum et Aethiopum, III, 101.

*) Add. Clarke Travels I pag. 302. 310 et tabulam capiti XIV praefixam, quae huiusmodi plaustra, Khabitka s. tentoria vulgo appellant, apud Nogaicos tartaros usitata repraesentat.

**) Add. Berghaus Anall. 1833 Jul. pag. 400. ubi *Nogaicos* tartaros in Russiae meridionalis tractibus vectos plaustris plane simili modo reperiri tradunt.

***) Cf. censor. Heidelberg. 1826 pag. 489, qui hanc traditionem potissimum historico ut dicunt fundamento niti indeque etiam Herodoto maxime probari indicat.

†) Add. librum, qui inscribitur: Der Orientalisch-Indian. Kunst- und Lustgaertner. Dresd. 1692 pag. 252, ubi vacca repraesentatur, cuius vulvam homo inflat.

††) Add. Boeckh. Corp. Inscript. II, 1 pag. 82. 96. Muraviev-Apostol. Reise durch Taurien pag. 204 seq. coll. 167.

- Semiramis*, Babyl. regina; eius egregia monumenta, I, 181 not.
- Semita* ad Thermopylas describitur, VII, 216 not. 213 not. 218 not. *)
- Senes* apud Aegyptios maxime coluntur, II, 80. apud Indos maculantur, III, 99. item ap. Massagetas, I, 216 not.
- Sententio*lae nonnullae: *Sua quisque inspiciat*, I, 8. *Non simul cum principio exitus patet*, VII, 51. *Sponte sua nihil fit, omnia hominibus conando contingunt*, VII, 9 §. 3. *Festinatio parit errores*, VII, 10 §. 6. *Recte consultare, maximum lucrum*, VII, 10 §. 4. cf. VIII, 60 §. 3. et VII, 157. *Cupere multa malum*, VII, 18. *πάν ἐστὶ ἀνθρώπος συμφορῆ*, I, 32 not. cf. III, 40. VII, 203. *Humana felicitas nequaquam in eodem fastigio*, I, 5 not. cf. I, 207 not. *Felicitatis nulla hominibus satietas*, VII, 49 not. *Vivens nemo beatus*, I, 86. cf. c. 32. III, 40 not. *Melius est hominibus mori, quam vivere*, I, 31. cf. V, 4 not. VII, 46 not. *πάθηματα, μαιθήματα*, I, 207 not. *Invidia innata homini*, III, 80 not. *Multa sunt, quae verbis non facile est demonstrare, sed re ipsa*, III, 72. *Ubi prudentia opus, ibi vim adhibere nihil adinet*, III, 127. *Lex omnium rex*, III, 38 not. cf. VII, 104. *Civilis dissensio tanto peior bello, quanto bellum pace*, VIII, 3 not. — *Alias nonnullas vide sub articulo, ad quem quodque earum argumentum spectat*. Conf. Proverb.
- Sepia*, opp. Argolidis, VI, 77 not.
- Sepias*, litus Magnesiae, VII, 183 not. 186. 188. 191. 195.
- Septem orbis in arco Deiocis* quid significant, I, 98 not.
- Septenarius numerus sacer*, III, 8 not. coll. III, 31. 70. IV, 153 not.
- Sepulcra* patria Scytharum, IV, 127. paterna sepulcra ap. Aegyptios, II, 136. sepulcrum Alyattis ap. Lydos, I, 93 not. vid. *Alyattes*. Nitocridis reginae, I, 187. filiae regis Mycerini, bos lignea, II, 129 not. seq. Helles, Athamantis filiae, VII, 58. Apriae regis eiusque progenitorum in Minervae templo, II, 169. sepulcra vitrea, III, 24 not. sepulcra regum et crocodilorum in labyrintho, II, 148.
- Sepultura* regum ap. Scythas, IV, 71 not. 72 not. privatorum, c. 73. sepultura ap. Thraces, V, 8. regum ap. Spartanos eadem fere, quae ap. Persas, VI, 58. vid. *Cadaver et Mortuus*. Babyloniorum, I, 198 not. sepultura debitoribus negata, not. ad II, 136. sepultura regg. Aegypt., II, 169 not.
- Serbonis lacus*, Aegypti terminus, II, 6 not. III, 5 not.
- Seriphii*, in classe Graecorum ad Salaminem, VIII, 46 not. 48.
- Sermyla*, opp. Graecum Sithoniae, VII, 122 not.
- Serpentes* ab equis comesi, I, 78. serpentes Iovi sacri, eorumque sepultura, II, 74 not. serpentes alati in Arabia, II, 75. 76 not. T. I p. 932. custodiunt arbores thuriferas, III, 107 not. eorum genitura, III, 109 not. serpentes cornibus instructi, II, 74 not. IV, 192 not. serpentum ingens multitudo ap. Neuros, IV, 105 not. serpentibus Troglodytae Aethiopes vescuntur, IV, 183. — *Serpens arcis Athen. custos*, VIII, 41 not. serpentes Aegyptiis sacri, II, 74 not. **)
- Serrheum*, Thraciae promontorium, VII, 58 et 59 not.
- Servi* Graecis olim non fuere, VI, 137. servi Scytharum cur oculis priventur, IV, 2 not. super se-

*) Add. Clarke Travels II, 3 pag. 250, qui hanc semitam ipsam sibi ab indigenis monstratam fuisse asserit.

**) Ad Indorum superstitiones hunc serpentum cultum refert v. Bohlen das alte Indien I p. 190, 191.

- pulcra strangulati, IV, 72 not. IV, 71 not. a Scythis flagellis fugati, IV, 3 seq. servi Argivorum diu bellum cum heris gerunt, VI, 83. servorum asylum, Herculis templum ap. Aegyptios, II, 113. — Servi caput ratum, V, 35 not. servi mali solent esse viris bonis, malis vero boni, VIII, 68. conf. *Hilotae*.
- Sesami* Babylonici proceritas, I, 193 not. III, 117.
- Sesostris*, rex Aegypti, eius expeditiones, II, 102 not. quas gentes subegerit, II, 103. eius cippi et inscriptiones aliaque monumenta, II, 106 not 103 not. Sesostris frater, II, 107 not. Sesostris iussu canales per Aegyptum fodiuntur, II, 108 not. Sesostris Aegyptum dividit, II, 109 not. Sesostris agriculturam promovet, II, 109 not. Sesostris Aethiopiam subigit, II, 110 not. *)
- Sestus*, urbs Chersonesi, IV, 143. VII, 32 not. VII, 33. a Graecis obsidetur, IX, 114 seqq. 115 not.
- Sethon*, Aegypti rex, Vulcani sacerdos, miram victoriam de Assyris reportat; eius statua, II, 141 not.
- Sibiria*, IV, 25 not.
- Sicania*, olim nominata Sicilia, VII, 170 not.
- Sicas*, Cybernisci pater, VII, 98.
- Sicinnus*, Themistoclis filiorum pædagogus, ad Xerxem missus, VIII, 75 not. c. 110 not.
- Sicyon*, civitas Peloponnesi; eius tyrannus Clisthenes, V, 67 not. 68 not. tribus, V, 68 not. Sicyonii cum Lacedaemoniis Argolidem vastarunt, VI, 92. in acie Graec. ad Plataeas, IX, 28. ad Salam., VIII, 43.
- Sidon*, urbs Phoeniciae, II, 116. III, 136. Sidoniae naves in Xerxis classe praestantissimae, VII, 99. 100 not. 128. T. III p. 824.
- Sigeum*, opp. ad Scamandrum, V, 65 not. T. III p. 816. Mitylenaeis eripuit Pisistratus, V, 94. **)
- Sigeum* promontor., IV, 38 not.
- Sigilla* lapide acuto insculpuntur, VII, 69. sigilla Babyloniorum, I, 195. cf. *Annulus*.
- Sigma* litera Persarum nomina omnia terminantur, I, 139. cf. c. 148. Vid. *Persae*.
- Sigyntae*. populus trans Istrum, V, 9 not. Sigynnarum appellatio quid apud alios notet, *ibid.* not.
- Silenus* ubinam captus fuerit, VIII, 138 not. Sileni Marsyae pellis in utrem formata ubi suspensa, VII, 26 not.
- Sillicypria* eorumque fructus pro oleo in lucernis, II, 94 not.
- Silphium* ubi, IV, 169 not. 192. 158 not.
- Simiarum* magna copia ap. Gyzan-

*) Narrationem de Sesostris rebus ex carminibus epicis Aegyptiorum, ex India, si diis placet, repetendis, fluxisse vult A. G. de Schlegel in *Bibl. Ind.* I, 4 p. 411, quibuscum conf. quae prius disseruit Robertson. Ueber d. Kenntniss d. Alt. von Indien (e vers. Forsteri) pag. 189 seqq. et add. quae nuper de Sesostris statuerunt Keil *Apologet Versuch über d. Büch. d. Chron.* pag. 330 seq. et Heeren in *Gött. Anz.* 1834. nr. 4. pag. 39, ubi Rosellinii opus et in eo prolatas de Sesostris sententias respiciens, Sesostrin pronuntiat sibi videri maximum illum Aegyptiorum regem, qualem sacerdotum fama excoluerit, complurium regum factis in hunc unum regem summum translatis. In quibus sane acquiescendum puto. Plura enim afferre vix licebit, nec equidem disquiram, an ille Rhames, cuius nomen in obelisco Parisios nuper transvecto apparere voluit, revera pro Sesostris habendus sit, cuius facta notis hieroglyphicis obelisco insculptis enarrentur. — Sesostrin pro Osiride haberi vult Bauer: *Naturrelig. d. Alterth.* II, 1 pag. 38. 39.

**) Add. Clarke *Travels* II, 1 pag. 160 et promontorium ipsum in tabula repraesentatum ante cap. VII p. 171.

- tes, a quibus comeduntur, IV, 194 not.
- Simonides* Ceus, V, 102. *Leoprepis* filius, VII, 228. ubi eius *Epigramma* in *Leonidam*; vid. nott.
- Simulacrum* pistricis *Croesi*, I, 51. simulacra daemonum, VI, 69 not. simulacra sudantia, VII, 140 not. simulacra primum ab *Aegyptiis* diis consecrata, II, 4. simulacrum *Isidis* bubulis instructum cornibus, II, 41. *Iovis* arietina facie, c. 42. *Panis* facie caprina, II, 46. *Mercurii* erecta pudenda habens, c. 51 not. *Vulcani Pataicis* *Phoeniciis* simile, III, 37 not. — *Simulacra* diis non statuunt *Persae*, I, 131 not. nec *Scythae*, nisi *Marti*, IV, 59 not. — *Simulacrum* ex pelvi ab *Amasi* factum et cur, II, 172. Conf. *Statuae*. *Imagines*.
- Sindi*, pop. ad *Cimmerium Bosporum*, IV, 28 not. *Sindica* regio, IV, 86. T. II p. 677. coll. IV, 3 not. *)
- Sindus*, opp. *Mygdoniae*, VII, 123 not.
- Singus*, opp. *Sithoniae*, VII, 122 not. *Singiticus* sinus, VII, 122 not.
- Sinope*, opp. ad *Pontum Euxinum*, I, 76. II, 34. IV, 12 not.
- Sinus Arabicus*, II, 11. I, 1 not. *Sinus Persicus*, I, 1 not.
- Siphnus*, insula dives metallis, III, 57 not. a *Samiis* vastata, c. 58. *Siphni* in classe *Graecorum* ad *Salaminem*, VIII, 46 not. 48.
- Siris*, Italiae opp., *Atheniensium*, VIII, 62 not. *Sirites* fuit *Damasus*, VI, 127 not.
- Siris*, *Paconiae* opp., V, 15 not. VIII, 115 not.
- Sirius* *Aegyptt.*, not. ad II, 67.
- Siromitres*, *Oebazi* f., *Paricauiorum* dux, VII, 68. *Masistii* pater, VII, 79.
- Siromus* *Tyrius*, *Mapenis* pater, VII, 98.
- Siromus* *Cyprius*, pater *Chersidis*, V, 104 not.
- Siropaeones* a *Megabazo* in *Asiam* abducti, V, 15 not. T. III p. 812.
- Sisamnes*, *Hydarnis* fil., *Ariorum* dux, VII, 65.
- Sisamnes*, *Otanis* pater, iudex regiae a *Cambyse* excoriatus, V, 25 not.
- Sisimaces*, dux *Pers.*, V, 121.
- Sisyra*, genus penulae, VII, 67 not.
- Sitalcas*, rex *Thracum*, IV, 80. VII, 137 not.
- Sithonia* regio, VII, 122.
- Siuph*, urbs *Aegypti*, II, 172 not.
- Smaragdus* *Polycratis*, III, 41 not. vid. *Lapis*. *Smaragdus*, II, 44 not. in templo *Herculis Tyrii*, II, 44 not. **)
- Smerdis*, *Cyri* fil., a *Cambyse* fratre occiditur, III, 30 not. occisum *Cambyses* luget, III, 65.
- Smerdis* *Magus*, cum fratre contra *Cambysem* insurgit, III, 61 not. seqq. regno potitus, ex amputatis auribus, non esse *Cyri* fil. arguitur, c. 69 seqq.
- Smerdomenes*, *Otanis* fil., dux copiarum *Xerx.*, VII, 82. 121.
- Smila*, opp. *Pallenae*, VII, 123.
- Smindyridas* *Sybarita*, unus ex prociis filiae *Clisthenis*, VI, 127 not.
- Smiris* lapis, VII, 69 not. ***)
- Smyrna*, a *Colophonis* condita, I, 16 not. 149 not. †) *Aeolensium* olim civitas, iis a Ionibus adempta, I, 149 not. a *Gyge* oppugnata, I, 14. ab *Alyatte* capta, I, 16.
- Soboles* numerosa patribus laudi ap. *Persae*, I, 136.

*) Add. *Boeckh*. *Corp. Inscriptt.* II, 1 pag. 100, qui *Sindorum* sedes ad *Maecotidem* ponit, unde *Graeca* oppida in insula s. peninsula *Phanagorensi* complementes *Sindi* ad *Gorgippiam* et *Bata* usque pertinent. *De Sindico* portu idem pag. 99 disputat.

**) *L. Bossi* in *Hispaniae histor.* I pag. 169 hunc *smaragdum* nocte illuxisse putat forsitan ob lumen intrinsecus splendens.

***) Add. *Creuzer*. *Zur Gemmenkunde* pag. 132 seqq.

†) Add. *Lehnert* *De foedere Ionico* pag. 23. 24.

- Sogdi*, pop. Asiat., III, 93 not. eorum armatura, VII, 66.
- Sol*, dominus Massagetarum, I, 212. cui equos immolant, c. 216. VII, 114. Soli sacra faciunt Persae, I, 131 not. coll. VII, 40 not. 54 not. et Libyes Nomades, IV, 188. Solis mensa ap. Aethiopes, *) III, 18 not. Soli sacrae oves Apolloniae, IX, 93. Solem exsecrantur Atarantes, IV, 184 not. Sol Graecis futura significat, ex disciplina Magorum, VII, 37. Solem orientem venerantur Persae, VII, 223 not. Leprosi in Solem deliquisse creduntur apud Persas, I, 138 not. — Solis aurea imago in bovis capite Mycerini regis, II, 132 not. Sol pro mercede acceptus, VIII, 137. solis defectio, vid. *Eclipsis solis*. Solis cursus quater mutatus, ex narratione Aegyptiorum, II, 142 **) not. sol (matutinus ardentissimus) apud Indos, III, 101. 104 not. sol Phoenicibus Libyam circumnavigantibus a dextra manu, IV, 42 not. Sol aquam adtrahens, Nilo fl. annui incrementi causa, II, 25 not. sol telis Medorum obscuratus, VII, 226. Solis fons apud Ammonios, IV, 181 not. Solis urbs, vid. *Helio-polis*.
- Soleae* Boeotiae, I, 195.
- Soli* (Σόλοι), Cypri opp. a Persis captum, V, 115. Solii, V, 110 not. 113 not.
- Soloëis*, promontorium Africae, II, 32 not. IV, 43 not. ***)
- Solon*, legumlator Athen., I, 29. II, 177. Sardibus cum Croeso de fortuna humana disputat, I, 29—33. Solonis tempora et colloquia, I, 30 not. coll. II, 134 not. T. I p. 927. †) Philocyprum tyrannum carmine celebrat, V, 113 not. T. III p. 816.
- Solymi*, qui postea Milyae, I, 173 not. ††)
- Solstitium* in Aegyptiorum anaglyphis indicatum, II, 19 not.
- Somnia* memorabilia: Astyagis, I, 107. 108. Croesi, I, 34. Cyri, I, 209. Cambysis, III, 30. filiae Poly-cratis, III, 124 not. Hippiae Pisis-trati fil., VI, 107. Datis imperatoris, VI, 118. Xerxis, VII, 12. 14. idemque et Artabano visum, c. 17. 18. aliud Xerxis, VII, 19. Somniorum natura, VII, 16. Somniorum vis apud orientales, VII, 19 not. Ex somniis in templo responsa dei petuntur ap. Thebanos, VIII, 134 not. itidem in sepulcris maiorum ap. Nasamones, IV, 172. *Somnia* nulla vident Atlantes, IV, 184.
- Sophanes* Decelensis, IX, 73. Eurybaten Argivum in certamine singulari interfecit, VI, 92. IX, 75 not. ferream ancoram gestare solitus, ad Plataeas fortissime pugnat, IX, 74 not.
- Sophista* Herodoto nominatur Solon, I, 29 not. et Pythagoras, IV, 95 not.
- Sophocles* c. Herod. convenit, I, 2 not. Exc. T. II p. 656 seq.
- Sorores* in matrimonium duxit Cambyses, III, 31 seq. not.

*) Cf. Mythograph. ed. Bode, III, 8 §. 16 init.

**) Add. Pfaff, in Morgenblatt. 1832. nr. 219 et virum doctum in Literarisches Notizenblatt der Abendzeitung. 1832. nr. 63. pag. 250. Ideler (Lehrbuch d. Chronolog. pag. 71) ad Sirii periodum respici indeque unice explicari posse censet ab Herodoto narrata.

***) Hirscher. De Hannonis peripl. (Ehing. 1832) non dubitat, quin *promontorium album*, ut vocant, prope Azamor urbem intelligendum sit.

†) Add. Voemel. Exercit. chronol. de Solone et Croeso pag. 12 seq. 18, qui Solonem domo profectum ponit 571 a. Chr. n. apud Croesum commorantem 563, Athenas reversum 561, mortuum 559 a. Chr. n.

††) Add. Nitzsch. ad Odys. V, 282 pag. 45 seqq.

- Sorte* ducunt athletae, V, 22 not.
- Sosicles* Corinthius; eius oratio de tyrannidis malis, V, 92. §. 1 not.
- Sosimenes*, Panaetii pater, VIII, 82.
- Sostratus* Aegineta, maximum ex mercibus lucrum fecit, IV, 152.
- Spaco* Medis canis appellatur, I, 110 not. *)
- Spargapises*, Tomyridis f., à Cyro captus seipsum interimit, I, 211 seqq.
- Spargapithes*, rex Agathysorum, IV, 78.
- Sparta* et *Spartani*, vid. *Lacedaemon*.
- Spasmi* medicina, hirci urina, IV, 187.
- Spercheus* amnis, VII, 198 not. 228.
- Sperthias* cum Bule se offert ad placandam iram Talthybii; eorumque acta, VII, 134 not. 137.
- Sphendale* (Sphendalenses), opp. Atticae, IX, 15 not.
- Sphinges* in Aegypt., II, 175 not. coll. IV, 79 not. **)
- Spina* arbor: ex ea naves confectae ap. Aegyptios, II, 96.
- Sponsa* ubi dotem concubitu quaeratur, IV, 172.
- Spu* Scythis oculum significat, IV, 27 not.
- Spuere* apud Persas et alios vet. indecorum, I, 99 not.
- Stadium*, orgya, cubitus, pes inter se comparantur, II, 149.
- Stagirus*, Graeca urbs, Macedoniae, VII, 115 not.
- Stannum* unde Graecis adferatur, III, 115 not.
- Stateres* Attici, III, 130 not. *Stateres* aurei, VII, 28 not.
- Stathmi* (i. e. Stationes regiae) itineris ab Ephese usque Susa enumerantur, V, 52 not. seq. VI, 119.
- Statua* aenea Iovis Olympiae, IX, 81. Neptuni Isthmii, *ibid.* statua rostrum navis manu tenens Delphis dedicata, VIII, 121. statuae multae Olympiae delicatae a Micytho, VII, 170. Statuae permanentes ante Vulcani templum Memphis erectae, II, 110. duae, Aestas et Hyems Rhampsiniti, II, 121. statuae lignae Mycerini regis, II, 130 seq. — Darii equestris cum inser., III, 88. Sethonis Aegypti regis, II, 141. Alexandri aurea, VIII, 121. — Statua Veneris Cyrenae, III, 181. Minervae inaurata et duae lapideae Lindi, II, 181. Amasidis lignae Sami, *ibid.* Damiae et Auxesiae ex olea, V, 82. conf. *Simulacrum. Imagines.*
- Statura*, vid. *Homo*.
- Stellae* aureae tres Aeginetarum Delphis, VIII, 122.
- Stemmata*: Merinnadarum familiae, I, 7. Achaemenidarum, VII, 11. Macedoniae regum, genere Argivorum, VIII, 139 not. coll. c. 137. Eurysthenidarum familiae Spart., VII, 204 not. alterius regiae familiae, scil. Proclidarum, VIII, 131. cf. VI, 52. Periclis ex Alamaeonidarum familia, VI, 131. coll. c. 130 *extremo*. vid. *Miltiadis*. stemmata numerandi ratio, I, 91 not. VIII, 137 not.
- Stentoris* lacus in Thracia, VII, 58 not.
- Stenyclerus*, opp. Messeniae, IX, 64 not.
- Sternutamenta* inter augurii habentur, VI, 107 not.
- Stesagoras*, Cimonis pater, VI, 34. 103. in prytaneo occisus, VI, 38 not.
- Stescnor*, tyrannus Curii, V, 113.
- Stesichorus* poeta, not. ad II, 113. 119. ***)
- Stesilaus*, Thrasyilai fil., VI, 114.
- Stigmata* non habere Thracibus ignobile, V, 6 not. stigmata regia Thebanis inusta, VII, 233 not.
- Stoma* Ponti, IV, 83 not. 86 not.
- Strattis*, Chiorum tyrannus, IV, 138

*) Conf. A. G. de Schlegel Ind. Bibl. I, 3 pag. 323.

**) Pertinent ad Bacchum Inferorum eiusque sacra. Vid. Creuzer. in Annall. Vienn. LXVI pag. 202.

***) Add. Gött. Anz. 1832. nr. 96 pag. 959 seqq.

- not. coniuratio in eum detecta, VIII, 132.
- Struchates*, pop. Mediae, I, 101 not.
- Struthioncs* in Africa, IV, 175 not. IV, 192. (eorum pelles pro scutis gestant Macae), IV, 175 not.
- Stryme*, Brianticae opp., Thasiorum, VII, 108 not. 109.
- Strymon*, fl. Macedoniae, I, 64. V, I not. 13. 23. VII, 24. 113. T. III pag. 822. eius fontes, VIII, 115. *)
- Strymonias ventus*, VIII, 118 not.
- Strymonii*, qui postea Thraeces, VII, 75.
- Stymphalis lacus*, VI, 76 not.
- Styracis* usus ad thus legendum, III, 107.
- Styrenses*, VIII, I not. gens Dryopica, VIII, 46. in classe Graec., VIII, I not. ad Plataeas, IX, 28. eorum ins., Aegilia, VI, 107.
- Styx*, fons Arcadiae; per eius aquam iuratur, VI, 74 not. **)
- Sulci* apud Aegyptios contemnuntur, II, 47 not. II, 164 not.
- Successio* in regnum, III, 2. VI, 65. V, 42. VI, 52. VII, 3.
- Sudatoriae cellae* apud Scythas, Graecos, IV, 75 not.
- Sunium*, promontorium Atticae, VI, 87. 115. cf. IV, 99 not. ubi angulus Suniacus, vid. adn. ***)
- Supplices* non prodendi, I, 159. cf. IX, 76. Supplices olivae ramos gestant, VII, 141 not.
- Sus* animal spurcum apud Aegyptios immolatur Lunae et Baccho, II, 47 not. sues non alunt Nomades Libyes, IV, 186 not. nec Scythae, IV, 63. cf. adn. ad II, 45. sues semen sparsum inculcant apud Aegyptios, II, 14 adn. sues in Aegyptiorum sacris, not. ad II, 48 not. sues aversantur Aegyptii alii-que populi, II, 47 not. IV, 186 not.
- Susa*, urbs in Cissiorum regione, III, 70 not. III, 91 not. IV, 91. regia sedes, I, 188. IV, 83. V, 49 not. 52. VII, 239. *Susa Memno- nia*, V, 53. 54. VII, 151. Suso- rum arx regia, III, 68 not. †)
- Syagrus*, legatus Laced. ad Gelo- nem, VII, 153 not. 159.
- Sybaris*, Italiae urbs florentissima, VI, 127 not. a Crotoniatis et Do- ricio capta, V, 44 seq. VI, 21. T. III p. 817.
- Syene*, urbs Thebaidos, II, 28 not.
- Syennesis*, rex Cilicum, I, 74 not. V, 118. dux in classe Xerxis, VII, 98 not.
- Syleus campus*, VII, 115 not.
- Syloson*, Aeacis fil., a Polycrate fra- tre Samo eiectus, III, 39. in Ae- gypto militans, Dario pallium do- no dedit, c. 139 seq. in Sami im- perium a Dario restituitur, c. 141 —149 not.
- Syme* ins., I, 174 not.
- Syracusae*, urbs Siciliae, VII, 155 seqq. vid. *Gelon*.
- Syrgis*, fl. Scythiae, in Maeotidem influit, IV, 123 not.
- Syria* Aegypto contermina, II, 12. 116. III, 5. *Syriae* nomen latius patens, I, 72 not. II, 116 not. II, 158. 159 not. III, 5 not. VII, 140. Syria Palaestina, I, 105 not. II, 104 not. III, 91 not. IV, 39. VII, 89.
- Syri*, s. Syrii, iidem qui Cappado- ces, a Croeso subiguntur, I, 72 not. 76. cf. c. 6. III, 90. V, 49. VII, 72. Syri sunt iidem qui Cap- padoces, I, 6 not. II, 104 not. III, 90 not. VII, 72 not. Syri pudenda circumcidunt, II, 104 not.
- Syrii*, iidem qui Assyrii, VII, 63 not. ††)
- Syrtes*, II, 32. 150 not. IV, 169 not.

*) Cf. Cousinéry Voyage en Macedoine. I. pag. 209. 211.

**) Add. scriptionem *Ἀμυνιανοῦ, τίνος ἔνεκεν οἱ θεοὶ τὴν Στύγα δυνύουσιν* in Boissonad. Anecd. Graec. Vol. IV pag. 469 seq.

***) Add. Clarke Travels II, 2 p. 449.

†) De *Susis* vid. Philological Mus. Cantabrig. 1832. IV. pag. 185—193.

††) Cf. Halling. Deutsch. Geschicht. I, 2 pag. 147 seq.

Syssitia Spartanorum, I, 65 not.
VI, 57 not.

T.

Tabalus, Sardibus praefectus, I, 154
seqq.

Tabellarii in Persarum imperio, III,
126 not.

Tabiti, Scythis Vesta, IV, 59 not. *)

Tabulae geographicae, IV, 36. V,
49. cf. *Pictura*. tabulae, quibus
malefici affiguntur, VII, 33 not.

Tachompo, ins. Nili, II, 29 not.

Tacnarum, promont. Laconiae, I,
23. 25 not. VII, 168.

Talaus, Adraasti pater, V, 67.

Talentum Babylon. et Euboicum,
III, 89 not. III, 95 not. talentum
Atticum, III, 131 not.

Talorum ludi inventores Lydi, I,
94 not.

Talhybius; eius templum Spartaee,
VII, 134 not. Talhybii ira in
Lacedaemonios ob legatos viola-
tos, c. 134 not. 137.

Talhybiadarum privilegium, VII,
134. cf. VI, 60.

Tamynae, opp. Euboeae, VI, 101 not.

Tanagra, opp. Boeotiae, IX, 15
not. et 43. Tanagraei Thebano-
rum vicini, V, 79. Tanagricus
tractus, V, 57 not.

Tanais fl., Europam terminat, IV,
45 not. IV, 57 not. in Maeotidem
lacum se exonerat, IV, 20. 21.
100. 123. Maeoticus fluvius no-
minatur, IV, 45 not.

Tanitana praefectura Aegypti, II,
166 not,

Taniticum Nili ostium: Excurs. ad
II, 17 p. 905. 908. T. I.

Taphrae apud Scythas, IV, 3 not.

Tarentum, urbs Italiae, I, 24. III,
133. IV, 99. Tarentini, III, 138.
ingentem cladem passi, VII, 170.
Tarentinorum rex, III, 136. **)
Tarentini amici Cnidiorum, III,
138. ***)

Targitaeus, et eius tres filii, Scytharum
progenitores, IV, 5 not. ****)

Taricheae Pelusiacaee, Aegypti, II,
15 not. Taricheae ad Canobicum
Nili ostium, II, 113 not.

Tarichutae Aegypti, II, 89 not.

Tartessus, urbs Iberiae, I, 163 not.
IV, 152 not. ex Tartesso Colaesus

Samius magnas divitias retulit,
IV, 152 not. — Tartessiae mu-
stelae, IV, 192. — Tartessorum
rex, Arganthonius, I, 163. †)

Taucheira, opp. Barcaee, IV, 171
not. ††)

Tauri Iphigeniam colunt, IV, 103
not. Taurica gens, IV, 99. 103
not. Taurici montes, IV, 3. Tau-
rica regio, IV, 20. 99 not.

Tauromenium, VII, 154 not. taurus
Neptuno mactatur, VI, 76 not.
significat tesserar., IV, 163 not.

Taxacis, rex Scyth., IV, 120.

Taygetus, mons Laconiae, IV, 145 not.
Tearus, fl. Thraciae; eius fontes
partim calidi, partim frigidi, IV,
90 not. cippus ei a Dario erectus,
IV, 91 not. †††)

*) Cf. Bohlen in *Histor. Abhandl. d. deutsch. Gesellsch. z. Königsberg.*
ed. Schubert. I. (1830) nr. IV, et add. Ramshorn in *Lat. Synon.* II pag. 614,
qui hanc numinis ignei appellationem componit cum aliis orientalium popu-
lorum nominibus similibus calorem, fervorem significantibus.

**) Add. Lorentz *De Tarentin. civitat.* p. 32.

**) Add. Lorentz l. l. pag. 16.

***) Add. Boeckh. *Corp. Inscr.* II, 1 pag. 113.

†) De *Tartesso* ad locum Herodoti, I, 163 conf. etiam Hengstenberg
De Tyriorr. reb. pag. 73. 74.

††) *Lycophr. Alex.* 877. ibiq. Bachmann.

†††) Add. M. Heine *Bilder aus d. Türkei* (Petersburg 1833 pag. 49. 50.)
fontes calidos se invenisse putat non longe ab Achiolo sive Ancyalo veterum,
ad eam viam, quae ad vicum Rumelikioi ducit, ubi etiam quaedam columna-
rum a Dario erectarum vestigia.

- Teaspe*, Sataspis pater, IV, 43. et Pharanadatis, VII, 79. IX, 76.
- Tegea*, opp. Arcad., VI, 105. VII, 170. Tegeatae, Spartanis infensi, I, 65 not. IX, 25 not. 28 not. 37. et Argivi cum Lacedaemoniis bellum gerunt, IX, 35 not. Tegeatae ad Thermopylas, VII, 202. cum Atheniensibus de altero cornu altercantur, IX, 26. ad Plataeas fortiter pugnant, IX, 70. — Tegeae exul mortuus Leotychides, VI, 72.
- Teii* Abdera in Thracia condunt, I, 168. Teii in Ionum classe ad Miletum, VI, 8.
- Telamon* heros, VIII, 6½ not.
- Telchoae*, V, 59 not.
- Telecles*, pater Theodori Samii, III, 41 not.
- Telcllus*, fil. Archelai, Spartae rex, VII, 204.
- Teleontes*, T. III pag. 797 seqq.
- Telesarchus* Samius, III, 143.
- Telinos*, progenitor Gelonis, hierophanta, eius gesta, VII, 153.
- Telliadae*, vatum familia, IX, 37. cf. not. ad c. 33.
- Tellias* Eliensis, vates Phocensium, VIII, 27 not.
- Tellus* Atheniensis, beatus a Solone praedicatus, I, 30.
- Tellus*, Scytharum dea, Apia nominata, IV, 59. vid. *Terra*.
- Telmessus* urbs, I, 78 not. *)
- Telmessenses* haruspices, I, 78 not.
- Telus*, ins. contra Triopium sita, VII, 153 not.
- Telys*, rex Sybar., V, 44 not.
- Temenus* Argivus, progenitor regum Macedoniae, VIII, 137 seqq.
- Temnus* ins., Aeolensium, I, 149 not.
- Tempe*, locus Thessaliae, VII, 128 not. **) 173 not. ***)
- Templum*, vid. *aedes*, *delubrum*.
- Templa* aliquot memorabilia: Iovis Carii templum Mysis et Lydis commune, I, 171. Iovis Olympii Pisae, II, 7 not. Iovis Beli Babylonium cum turri praecalta et aede inferna, I, 181 not. 183. Iovis Thebani in Aegypto, I, 182. II, 56. Iovis sub fago conditum, II, 56. vid. *Delubrum*. — Templum Amphiaraei ap. Thebanos, VIII, 134. Androcratis herois, IX, 25. Acaci Athenis, V, 89. Apollinis Triopii Doriensium civitatibus commune, I, 144. Apollinis Ptoi Thebanorum, VIII, 135 not. Bacchi prope Byzant., IV, 87. Cereris Borysthenitarum, IV, 53. Cybeles Sardibus, V, 102. templum Delphicum magnifice ab Alcmaeonidis exstructum, V, 62 not. cf. I, 51. II, 180. templum Minervae in arce Athen., V, 72 not. 77. templum Cereris Athenis, V, 77 not. Dianae templum magnificum Bubasti, II, 138 not. Furiarum Laei et Oedipodis Spartae, IV, 149. — Hellenium templum Naucrati, II, 178. Herculis vetustissimum Tyri, unde derivatum Thasium, II, 44 not. Panionium, I, 143. templ. Latonae Buto, ubi aedes monolitha, II, 155. cf. c. 175. Minervae Sai, II, 175. Aleae Minervae Tegeae, I, 66. IX, 70. Minervae Pallenis Marathone, I, 62. Protesilai, VII, 33. IX, 116. Veneris Coelestis Ascalone; inde illud in Cypro et Cytheris derivatum, I, 105. templum Vulcani in Aegypto mirandis propylaeis

*) Add. potissimum Clarke Travels II, 1 pag. 222 seqq. et pag. 234 sqq., ubi de ruinis copiose agitur.

**) *Tempe* Thessalica descripsit Theopompus nono Philippicorum libro, de quo vid. Frommel in Creuzeri Melett. III pag. 141. Vide nunc potissimum Clarke Travels II, 3. chap. 9. pag. 273 sqq., quo auctore Livii descriptio optime loco convenit, vid. pag. 290. 294. 296.

***) Vid. potissimum G. L. Krieger: Beiträge zur Geographie von Hellespont: das thessal. Tempe in geogr. u. antiquar. Hinsicht, Lips. 1835, 8.

- exstructum, II, 136 not. II, 176.
 — templum in arce Athen. Doriensibus intrare nefas, V, 72. —
 Tempia diis non erigunt Persae, I, 131. nec Scythae, IV, 59. Aegyptiorum templa, II, 155 not.
Tentsah, vid. *Amsah*.
Tenedus ins., Aeolensium, I, 151. capta a Persis, VI, 31.
Tenus, ins. prope Delum, IV, 33. VI, 97. cf. *Temnus*. *Tenius* Pannaetius, VIII, 82 not.
Teos, opp. Lydiae, Ionum, I, 142 not. II, 178. ab Harpago captum, I, 168.
Teras, IV, 80. Thrax, Sitalcae pater, VII, 137. cf. not. ad IV, 80.
Terillus, Himerae tyrannus, VII, 165.
Termerium (Termerensis Histiaeus), V, 37 not.
Termilae, origine Cretes, Lyciam occupant, VII, 92 cf. I, 173 not.
Terrae universae descriptio ex mente Herodoti, IV, 36—45 not. cf. II, 15. terrae incolae extremi, septemtr. versus, IV, 13 seqq. versus occidentem, II, 33. IV, 49. —
Terrae motu Thessaliae montes dirupti, VII, 129 not. Vid. *lacus* ibique add. terrae motus Scythis prodigium, IV, 28. terrae motu tremuit Delus, VI, 98 not. — Terram et aquam pescere, IV, 126 not. V, 17. 73. T. II p. 678. VI, 48. VII, 32. 131 seq. — Terra nulla omnia suppeditat, I, 32.
Terra dea, Iovis uxor, apud Scythas, IV, 59 not. Terrae sacra faciunt Persae, I, 131.
Tessera militibus data, IX, 98. —
- Tesserarum* ludus a Lydis inventus, I, 94.
Tethronium, opp. Phocidis, VIII, 33 not.
Tetrannestus Sidonius, VII, 98.
Teuceri olim expeditionem in Europam susceperunt, VII, 20. 75 not. priscorum Teucrorum reliquiae Gergithae, V, 122. VII, 43. —
Teucrorum coloni, Pacones, V, 13. Maxyes, IV, 191.
Teuthrania, II, 10.
Textura apud Aegyptios, II, 35 not. cf. III, 47. Figurae vestimentis intextae, I, 203. amiculum variegatum texuit Amestris, IX, 109. texturae notio symbolica, II, 122 not.
Thales Milesius, origine Phoenix, I, 170. solis defectum praedixit, I, 74. Croesi copias Halyn transducit, c. 75. salutare Ionibus consilium dat, I, 170. *) Thaletis sententia de ventis etesiis Nili incrementum efficientibus, II, 20 not.
Thamanaei, pop. Asiat., III, 93 not. 117. **)
Thamasius, Sandocis pater, VII, 194.
Thamimasadas, Neptunus apud Scythas, IV, 59. ***)
Thannyras, Inari Afri fil., III, 15.
Thasus, ins., VI, 46 not. a Phoenicibus condita, II, 44. nomen a Thaso Phoenice, VI, 47. Thasiorum civitates in continente, VII, 118. in his Stryme, c. 108. auri metalla, VI, 46 not. 47 not. — Thasus ab Histiaeo frustra oppugnata, VI, 28. Thasii Persis subiecti, VI, 44 not. defectionis insimulati muros diruere iussi, c. 46.

*) Vid. Lehnert. de foeder. Ionic. pag. 49.

**) I. de Hammer. in Annal. Vienn. LXIII, pag. 10. Herodoti *Sagartios*, *Thamanaeos*, *Utios* et *Meccos* (sic enim scribit, cum in Graecis sit *Μυκωρ*) ad Arabiam pertinere contendit, ad terras, quae nunc vocantur Schahas, Oman et Mekka, earumque gentium legatos putat in sculpturis Persepolitani conspici camelum regi offerentes. Sed Halling (Gesch. d. Deutsch. p. 145.) *Thamanaeos* refert ad terram *Taprestan* s. *Thabarestan*, quae eadem sit atque *Masenderan*.

***) Cf. Boeckh. Corp. Inscriptt. II, 1 pag. 112, ubi comparat quod apud Plinium H. N. VI, 7 exstat *Temerinda* i. e. *mater maris*.

- Theasides* Spart., VI, 85.
- Thebae* Aegyptiae, II, 3. 9 not. 15 not. Thebaeprius cultae, II, 15 not. cur Herodotus de Thebis tacet, not. ad II, 15. Thebae, vel Thebais, olim universa Aegyptus, II, 15 not. Thebis piuisse, maximum prodigium, III, 10. ibi Iovis templum, I, 182. II, 42. 56. IV, 181. et oraculum, II, 54 seq. 83. — Thebana praefectura, II, 4 not. II, 42. 166 not.
- Thebae*, urbs Boeotiae, I, 52. ubi templum et oraculum Ismenii Apollinis, *ibid.* VIII, 134 not. Amphiarai oraculum, *ibid.* cf. I, 46. 49. Thebis recitasse fertur Herodotus, Comm. §. 4. fin. — Thebani cum Atheniensibus bellum gerunt, V, 79 seq. coll. c. 74 et 77. Plataeensis infensi, VI, 108. Thebani in Thermopylis, VII, 202. 205 not. Persis se dedunt; iis regia stigmata inuruntur, c. 233. Thebani cum Persis arma iungunt, IX, 31. 41. fortiter pugnant ad Plataeas, c. 67 not. a Graecis obsidione pressi Medicarum partium patronos tradunt, IX, 86—88.
- Thebais* (carmen cyclicum) in not. ad IV, 32.
- Thebais* (de superiori Aegypto) II, 15. 28 not.
- Thebe*, Asopi filia, V, 80.
- Thebes* campus (Θήβης πεδίου), in Asia, VII, 42 not.
- Themiscyra*, oppidum Cappad. ad Thermodontem fl., IV, 86 not.
- Themison* Theraeus, IV, 154 not.
- Themistocles*. Themistoclis genus et origo, VII, 143 not. Themistoclis filii filiaeve, VIII, 75 not. Neoclis fil., Atheniensibus persuadet, ut publicis pecuniis naves aedificent, VII, 144 not. Atheniensium dux in Thessalia, c. 173. murum ligneum naves interpretatur, cap. 143. ad Artemisium corrumpit Graecorum duces, ut maneant, VIII, 4 not. seq. Iones ad defectionem sollicitat, c. 19. 22 not. Eurybiadi persuadet, ut classe ad Salaminem maneant, c. 56. 59 not. seqq. per legatum Xerxem de classe Graec. cingenda monet, c. 74 seq. Aristidem, sibi non amicum, nuncium adferentem, in consilium Graec. introducit, c. 79—82. Athenienses ad pugnam hortatur, cap. 83. iterum nuncium ad Xerxem mittit, cap. 108. 109 not. 110. ab Insulanis clam pecunias exigit, c. 111. 112 not. seq. Graecorum peritissimus, secundum virtutis praemium fert, c. 123 seq. Lacedaemone praecipue honoratus, obtreptatori scite respondet, c. 124 seq.
- Theocydes*, pater Dicaci, VIII, 65.
- Theodoros* Samius, III, 41 not. artifex clarissimus, I, 51 not.
- Theodoros*, frater Herodoti, Comm. §. 2.
- Theogoniam* canit magus in Persarum sacrificiis, I, 132 not. theogoniam condiderunt Graecis Homerus et Hesiodus, II, 53 not. Vid. *Homerus*.
- Theomestor* (Androdamantis fil., Sami tyrannus a Persis constitutus), VIII, 85 not. IX, 90.
- Theophaniorum* festum ap. Delphenes, I, 51 not.
- Theopompus*, rex Spart., VIII, 131.
- Theopompi* historici epitome Herodoti: Comm. §. 13. 15.
- Theoris* Attica, VI, 87 not.
- Theoxenia*, ap. Graecos, I, 51 not. I, 172 not.
- Thera*, ins. olim Calliste, IV, 147 not. nominata, a Phoenicibus condita, IV, 147 not. postea a Thera Spartano nomen invenit, c. 148 seq. Theraci, sterilitate pressi, in Plateam, ins. navigant; in Libya Cyrenen conducti, IV, 150 not. seqq. 156 not. Therae rex, sacra, IV, 150 not.
- Therambus*, opp. Pallena, VII, 123 not.
- Therapne*, opp. Lacon., VI, 61.
- Theras* (Cadmeus), genus, IV, 147 not. 148. conf. *Thera*.
- Therma*, opp. Mygdoniae, VII, 121 not. 127. 179 not. 183. Thermaeus sinus, VII, 121 not. VIII, 127.
- Thermodon*, fl. Cappadociae, II, 104 not. IV, 86 not. IX, 27.

- Thermodon*, fl. Bocoetiae, IV, 110. IX, 43 not.
- Thermopylae*, ab accolis nude Py-lae nominatae, VII, 201. Thermopylarum fauces describuntur, c. 175. 176 not. Thermopylarum fontes calidi, VII, 176 not. *) Thermopylarum munimenta, VII, 176 not. ad Thermop. usque salvus venit Xerxis exercitus, c. 184. 186. pugna ad Thermop., VII, 223 seq.
- Theron*, Agrigentinarum regulus, cum Gelone Amilcarem vicit, VII, 165 seq. not.
- Thersander*, Polynicis fil., avus Antestionis, proavus Therae, IV, 147. VI, 52.
- Thersander Orchomenius*, Herodoto sermonem nobilis Persae de belli eventu in epulis habitum narravit, IX, 16.
- Theseus* Helenam Aphidnas deper-tavit, IX, 72 not.
- Thesmophoria* Cereris sacra, II, 60 not. 171 not. Ephesi mulieres noctu celebrant, VI, 16 not.
- Thespia*, opp. Bocoetiae, VIII, 50. — Thespienses, V, 79. in Thermopylis, VII, 202. cum Leonida occumbunt, cap. 226. cf. 222. eorum urbs incensa, VIII, 50. superstites ad Plataeas pugnant, IX, 30. Thespiensibus civibus ad-scribitur Sicinnus, VIII, 75.
- Thesprotia*, II, 56 not. VIII, 47. ex ea Thessali venerunt, VII, 176 not. ibi oraculum per mortuorum evocationem, V, 92. §. 7 not.
- Thessalia* (Θεσσαλιώτις), I, 57. VII, 176 not. Θεσσαλίη describitur, VII, 128 not. V, 63 not. Thessalia olim aquis obiecta, VII, 129 not. Vid. *Lacus*. Thessaliae amnes, VII, 129 not. Thessalici equi praestantissimi, VII, 196 not. Thessalorum equitum strages, V, 64 not. Thessali cum Phocensibus perpetuum bellum gesserunt, VII,
176. VIII, 27 not. 29, necessitate coacti cum Persis faciunt, VII, 172—174. cf. c. 130. Xerxem in Phocidem ducunt, VIII, 30 seqq. Thessali in acie Persar. ad Plataeas, IX, 31. Thessalis Artabazus e pugna profugiens verba dat, IX, 89. Thessaliae reges, Aleu-dae, VII, 6 not. 30.
- Thessalus*, socius Doriei, V, 46 not.
- Thestes* fons Libyae, IV, 159. 158 not.
- Thetidi* sacrificant Magi, VII, 191.
- Thmuitana* praefectura Aegypti, II, 166 not.
- Thoas* in Lemno occisus, VI, 138 not.
- Thoës* ferae in Libya, IV, 192 not.
- Thonis*, praefectus Canobici ostii, II, 114 not.
- Thoraces* linei Amasidis regis, II, 182. III, 47 not. thorax Masistii, IX, 22. thoraces Aegyptiacos ad-optarunt Persae, I, 135.
- Thorax* Larissaeus, IX, 1 not. 58.
- Thoricus*, pagus Atticae, IV, 99 not. **)
- Thornax*, mons Lacon., I, 69.
- Thracia*, I, 168. IV, 99. VI, 33. Thracia Herodoti qualis, V, 3 not. coll. V, 9. Thraciae castella, VI, 33 not. In Thracia frigus olim maius, VII, 75 not. Thracium mare, VI, 176 not. Thraces, numerosa gens, in multos populos divisa, V, 3 not. seq. cf. IV, 93. VII, 110. VIII, 116. eorum mores, V, 6. dii, c. 7. sepultura, c. 8. eorum vestimenta ex cannabi, IV, 74. Thraces et Paeones iuncti, T. III p. 827. — Thraces olim a Sesostri subacti, II, 103. Thraces alii Dario sese dedunt; vi subiguntur Getae, IV, 93. Thraciam totam subigit Megabazus, V, 2. Thraces cum Xerxe militant, VII, 185. circa Strymo-

*) Add. Clarke Travels, II, 3. cap. 8. pag. 242 seq. 251 seq.

**) De Thorici reliquiis conf. Dodwell. Views and Descriptions of Cyclopiam Remains, Lond. 1834. pag. 12 seq. Tab. XXI—XXIV incl.

- nem habitantes Iovis curram subripiunt, VIII, 115. in Artabazi exercitum impetum faciunt, IX, 89. — cf. *Getae, Bisaltae, etc.*
- Thracas* Asiam incoletes, Thyni et Bithyni (cf. VII, 75.) a Croeso subiguntur, I, 28 not. Dario tributum pendunt, III, 90. eorum in Xerxis exercitu armatura, VII, 75 seq.
- Thrasylbulus*, tyrannus Milesiorum, pacem componit cum Alyatte, I, 20—22. Periandro quomodo consilium significavit, V, 92. §. 6 not.
- Thrasycles*, pater Lamponis, IX, 90.
- Thrasyldeus* Aleuades, IX, 58.
- Thrasylaus*, pater Stesilai, VI, 114.
- Thrasius* campus Atticae, VIII, 65. not. IX, 7.
- Thucydides* puer Herodoto opus suum praelegenti praesens, Comm. §. 4. Thucydides Herodotum non tangit, VI, 57 not. eius oratio cum Herodotea comparat., Comm. §. 15. pag. 422. Thucydides metalla in Thracia possedit, VI, 46 not.
- Thurii* conditi, IV, 44. T. II pag. 660. *) Thurios discedit Herodotus ibique opus suum absolvit, Comm. §. 4. 5.
- Thus* ubi et quomodo colligatur, III, 107 not.
- Thyiae*, Cephissi filiae, fanum, VII, 178 not.
- Thyni* a Croeso subacti, I, 28.
- Thynni* pisces, I, 62 not.
- Thyrea*, opp. Argolidis, VI, 76. de eo contendunt Spartani et Argivi, I, 82 not. **)
- Thyssagetac*, pop. Europae septentr., IV, 22 not. 123. ***)
- Thyssus*, opp. in Atho monte, VII, 22 not.
- Tiarac Persarum*, I, 132 not. III, 12 not. V, 49 not. VII, 61 not. tiarâ auro intextâ Abderitas donat Xerxes, VIII, 120 not.
- Tiarantus*, fl. Scyth., IV, 48 not.
- Tibareni*, pop. Asiat., III, 94 not. eorum armatura, VII, 78.
- Tibiae* ap. Lydos, I, 17 not. *tibia* in Osiridis festis, II, 48 not. II, 60 not.
- Tibisis*, fl. Scythiae, IV, 49 not.
- Tigranes*, Achaemenides, Medorum dux, VII, 62. Pers. exercitui ad Mycalen praest, IX, 96. cf. c. 102 not.
- Tigris*, Gyndem fl. excipit, V, 52 not. I, 189. Armeniam perfluit, in mare Rubrum infunditur, I, 189. VI, 20. Tres Armeniae fl. huius nominis, V, 52 not.
- Tilonas* pisces, V, 16 not.
- Timagenides* Theban., IX, 38. 86 seq.
- Timagoras*, Timonactis pater, VII, 98.
- Timander*, Asopodori pater, IX, 69.
- Timareta*, antistes Dodonaea, II, 55.
- Timesitheus* Delphensis, V, 72.
- Timesius* Clazomenius, Abderam condidit, I, 168 not.
- Timnas*, Ariapithis tutor, Scythae, IV, 76.
- Timo*, inferarum Dearum ministra, Parum Miltiadi prodit, VI, 134. 135.
- Timodemus* Belbinita, VIII, 125.
- Timon*, Androbuli fil., Delphensis, VII, 141.
- Timonax*, Timagorae fil., VII, 98.
- Timoxenus*, Scionaeorum dux, VIII, 128 not.
- Tiryas*, et Tirynthius ager, Argolidis, VI, 76 not. 77. 83. T. III p. 818. Tirynthii in acie Graec.

*) Conf. Voemellii Programm. 1833 Francof. Quo anno Thurii conditi sint.

**) De loco pugnae vid. Ross. in Blätt. f. literar. Unterhaltg. 1833 nro 165 pag. 682.

***) Cf. Boeckh. Corp. Inscriptt. II, 1 pag. 85. et Halling in Annall. Vienn. LXIII pag. 176. add. Eichwald in Annall. Dorpat. III. 1 pag. 6, qui verum gentis nomen habet *Tyrasgetas* s. *Getas* (Slavos), qui ad Tyram fluvium (i. e. Dnjestr) habitent.

- ad Plataeas, IX, 28. Tiryntios piscatores cepit Aneristus Spartanus, VII, 137.
- Tisamenus*, Antiochi fil., vates, Eleus, Spartanus civis factus, IX, 33—35 not.
- Tisamenus*, Thersandri fil., Spartanus, IV, 147. VI, 52.
- Tisander*, Isagorae pater, V, 66.
- Tisander*, Hippoclidis pater, VI, 127 not. 129.
- Tisias*, Lysagorae pater, VI, 133.
- Titacus* Aphidnaeus, IX, 73.
- Tithaeus*, Datis fil., equitatu praefectus, VII, 88.
- Tithorea*, Parnassi vertex, VIII, 32 not.
- Titormus* Aetolus, frater Malae, VI, 127 not.
- Tmolus*, Lydiae mons, ad Sardes, I, 84. auri ramenta profert, I, 93 not. V, 101 not.
- Tombuctu* urbs, II, 32 not.
- Tomyris*, Massagetarum regina, Cylum Araxem traicere sinit, I, 205 not. seqq. filium dolo captum repetit, cap. 212. in Cyri cadaver saevit, c. 214 not.
- Tonitrua* in Xerxis exercitum ingruunt, VII, 42. adv. tonitrua sagittas emittunt Thraces, IV, 94.
- Torone*, opp. Sithoniae, T. III p. 821. VII, 22 not. 122 not. Toronaecum promontor., VII, 122 not.
- Trachea* Chersonesus, IV, 99.
- Trachis*, opp. agri Maliensis, VII, 199 not. 201. 203. Trachinia, VIII, 31 not. Trachinii, VII, 175. 176 not. Trachiniae petrae, VII, 198.
- Tragici* chori calamitates Adrasti celebrantes, Baccho attributi, V, 67. *Tragoedia*, vid. *Drama*.
- Tragoediae* Graecae origines, T. III p. 800 seqq.
- Trapezus*, Arcadiae opp., VI, 127 not.
- Traspias*, Scythae, IV, 6 not.
- Trausi*, pop. Thraciae, V, 4 not. T. III p. 811.
- Trausus*, fl. Thraciae, in Bistonidem lacum influit, VII, 109 not.
- Tricadac* Spartanorum, I, 65 not.
- Tria-capita*, locus in Cithaerone monte, IX, 39 not.
- Triballicus campus*, Thraciae, IV, 49 not.
- Tributum* (Landsteuer), VI, 42 not.
- Tribuum* nomina mutata Sicyone, V, 68. Tribus Athen. auctae, V, 66. 69. VI, 131 not.
- Triceterides* in Bacchi honorem, IV, 108 not.
- Trifolium* apud Persas, I, 132 not.
- Triopium*, Cnidiorum ditio, I, 174 not. Triopici Apollinis templum, I, 144 not. — Triopium promontor., I, 174 not. IV, 38 not. *)
- Triphylia*, IV, 148 not.
- Tripodes* veterum, I, 92 not. 144 not. V, 49. Tripodes Apollini sacri, IV, 179 not. V, 49 not. *Tripus aureus* Croesi Thebis, I, 92 not. *tripus* Delphis a Graecis dedicatus, VIII, 82 not. IX, 81 not. *tripus aeneus* ad Tritonidem lacum, IV, 179. *tripodes* in Apollinis templo Thebis, V, 59 not. 61. I, 92 not.
- Tritacenses* (Tritaea), Achaeorum civitas, I, 145 not.
